Mich. iiij. credebat: de q̄ scriptū est. In nouissimis dieb⁹ erit mons domus dn̄i ꝑparatus in vertice montiū. Nam hunc esse christū putabat: sicut ꝑ euāgeliū dr̄. Existimāte aūt populo ⁊ cogitationib⁹ oīb⁹ in cordib⁹ suis de Joāne: ne forte ipse esset christus: quē ⁊ requirebāt dicētes. Nūquid christus es tu? Sed nisi isdē Joānes apud se vallis esset ⁊ repletus grē spū nō fuisset. Qui vt hoc qđ erat ostēderet dixit. Uenit fortior me post me cuius nō sum dign⁹ soluere corrigiā calciamēti eius. Et rursus ait. Qui hȝ sponsam sponsus est. Amicus aūt sponsi q̄ stat ⁊ audit eū: gaudio gaudet ꝑpter vocē spōsi. Hoc aūt gaudiū meū impletū est. Jllū oportet crescere: me aūt minui. Ecce cū ꝑ mira operatione virtutū talis esset vt christus crederet: nō solū christū nō se esse rn̄dit: sȝ etiā corrigiā calciamēti eius soluere. i. incarnationis eius mysteriū ꝑscrutari nō se dignum esse perhibuit. Eius esse sponsam ecclām credebāt: q̄ hūc q: christus esset putabāt. Sȝ ait: q̄ hȝ sponsam spōsus est. Ac si diceret. Ego spōsus nō sum: sed amicus spōsi sum. Nec ꝑpter vocē suā: sed in voce sponsi gaudere se ꝑhibebat: q: nō ideo letabat in corde: qm̄ a ꝑplis humiliter audiebat loquēs: sed q: ipē vocē veritatis audiebat intus: vt loqueretur foras. Qđ bene gaudiū impletū dicit: q: quisq̄s de sua voce gaudet plenū gaudiū non habet. A quo ⁊ subdit. Jllū oportet crescere: me aūt minui. Qua in re querēdū est in quo creuit christus ⁊ in quo minutus est Joānes ⁊ nisi ꝙ ppls Joānis abstinētiā videns remotū hūc ab hoīb⁹ esse cōspiciēs ⁊ eū christū esse putabat: christū vo cū publicanis comedētē ⁊ iter pctōres ambulātē intuēs: eū nō christū: sȝ ꝓphetā esse credebat. Sȝ per accessum tēporis christ⁹ q̄ ꝓpheta esse putabat ⁊ christus est agnit⁹: ⁊ Joānes q̄ christ⁹ esse putabat ꝓpheta esse innotuit: impletū est qđ de christo suus p̄cursor: p̄dixit. Jllū oportet crescere ⁊ me aūt minui. Jn estimatione quippe ppl̄i ⁊ christ⁹ creuit ⁊ agnit⁹ est qđ erat: ⁊ Joannes decreuit: q: cessauit dici qđ nō erat. Igit qm̄ ⁊ idem Joannes ideo in sanctitate perstitit: q: in cordis humilitate p̄durauit: ⁊ multi idcirco crediderūt: q: apud semet ipsos elata cogitatiōe tumuerūt. Dicat recte. Ois vallis iplebit: ⁊ ois mōs ⁊ collis humiliabit: q: humiles donū accipiūt ⁊ qđ a se corda superbiēriū repellūt. Sequit. Et erūt praua ⁊ indirecta ⁊ aspera in vias planas. Praua directa fiunt: cū maloꝝ corda ꝑ iniustitiam detorta ⁊ ad iustitie regulā dirigunt. Et aspera in vias planas imutāt: cū immites atq̄ iracūde mētes ꝑ infusionē superne gratie ad lenitudinē māsuetudinis redeūt. Quādo em̄ verbū veritatis ab iracūda mente nō recipit: quasi asperitas itineris gressum pergētis repellit. Sed cū mens iracūda ꝑ acceptā māsuetudinis gratiā correptionis vl̄ exhortationis verbū recipit: ibi planā viā p̄dicator inuenit ⁊ vbi prius ꝑ asperitatē itineris ꝑgere. i. predicationis gressum ponere nō valebat. Sequit. Et videbit ois caro salutare dei. Omnis caro accipitur ⁊ ois hō: vȝ salutare dei christum in hac vita ois hō videre nō potuit. Ubi ḡ in hac sn̄ia propheta ꝓphetie oculū nisi ad extremū iudicij diem tendit: vbi cū apertis celis ⁊ ministrātib⁹ angelis ⁊ cōsedētib⁹ apostolis in sede maiestatis sue christ⁹ apparuerit: oēs hunc ⁊ electi ⁊ reprobi pariter videbūt. Ut ⁊ iusti de munere retributiōis sine fine gaudeāt: ⁊ iniusti in vltione supplicij in ꝑpetuū gemāt. Nam q: ad hoc ista sn̄ia intēdit ꝙ in extremo examine ab omni carne videbit ⁊ recte subiūgitur. Dicebat aūt ad turbas que exibant vt baptizarent ab eo. Genimina viperarū q̄s ostēdit vobis fugere a ventura ira? Uentura em̄ ira est aiaduersio vltionis extreme: Quā tūc peccator fugere nō valet: qui nūc ad lamēta penitētie nō recurrit. Et notādū ꝙ dū male soboles maloꝝ parentū actiones imitant ⁊ genimina viperarū vocantur quia per hoc ꝙ bonis inuidēt eosq̄ ꝑsequunt: ꝙ q̄busdā mala retribuūt: ꝙ lesiones proximis exquirūt: quoniam in his omnibus priorū suorum carnalium vias sequunt: quasi venenati filij de venenatis parētib⁹ nati sunt. Sed quia iam peccauimus: quia vsu male cōsuetudinis inuoluti sumus: dicat quid nobis faciēdū sit: vt fugere a ventura ira valeamus. Sequit. Facite ergo dignos fructus penitētie. Jn qb⁹ verbis notādū est: ꝙ amic⁹ sponsi non solū fruct⁹ pn̄ie: sed dignos fruct⁹ pn̄ie admonet eē faciēdos. Aliud est nāq̄ fructū facere: aliud dignū fructū penitētie facere. Ut em̄ fm̄ dignos pn̄ie fruct⁹ loquamur ⁊ sciendū est: quia quisq̄ illicita nulla commisit ⁊ huic iure conceditur ⁊ vt licitis vtatur: sicq̄ pietatis opera faciat: vt tamē si voluerit ea que mūdi sunt relinquat. At si quis in fornicationis culpa: vel fortasse qđ est grauius in adulterium lapsus est: tanto a se licita dȝ abscidere ⁊ quāto se meminit ⁊ illicita perpetrasse. Neq̄ enim par fructus boni operis esse debet eius qui minus: ⁊ eius q̄ amplius deliquit ⁊ aut eius qui nullis: ⁊ eius qui in quibusdam facinoribus cecidit ⁊ ⁊ eius qui in multis est lapsus. Per hoc ergo qđ dicit: facite dignos fruct⁹ pn̄ie: vniuscuiusq̄ conscientia conuenit: vt tanto maiora querat bonorū operū lucra ꝑ penitentiā: quāto grauiora sibi intulit dāna per culpā. Sed Judei de generis nobilitate gloriātes: idcirco se peccatores agnoscere nolebāt: quia de Abrae stirpe descēderāt. Quibus recte dicitur. Et ne ceperis dicere. Patrem habemus Abraā. Dico enim vobis: quia potens est deus de lapidib⁹ istis suscitare filios Abrae. Quid em̄ lapides nisi corda gentilium fuerūt ad intellectum dei omnipotentis insensibilia? Sicut etiam quibusdam ex iudeis dicitur. Auferā cor lapideū de carne vestra. Nec immerito lapidū noīe gentes significate sunt q̄ lapides coluerūt. Unde scriptū est. Similes illis fiant qui faciunt ea: et oēs qui cōfidūt in eis. De quibus nimirū lapidib⁹ filij Abrae suscitati sunt: q: dū dura corda gentilium in Abrae semine: idest in christo crediderūt eius filij facti sunt cuius semini sunt vniti. Unde ⁊ eisdē gētib⁹ per p̄dicatorem dicit. Si aūt vos christi: ergo semē Abrae estis. Si igitur nos per fidem christi Abrae semen existimus: Judei ꝑpter perfidiā Abrae filij esse desierūt. Quia vo in illo die tremēdi examinis ⁊ parētes boni malis filijs prodesse nō possunt: testāte ꝓpheta q̄ dicit Noe ⁊ Daniel ⁊ Job: si fuerint in medio ei⁹: viuo ego dicit dn̄s deus: q: filiū ⁊ filiam nō liberabūt: sed iustitia sua liberabunt animas suas. Et rursum: quia boni filij nihil malis parentibus ꝓsint: sed ad reatum potius parentū maloꝝ proficiat bonitas filiorum: ipsa per se veritas Judeis nō credentibus dicit. Si ego in Beelzebub eijcio demonia: filij vestri in quo eijciunt? Jdeo ipsi iudices vestri erunt. Sequitur. Jā em̄ securis ad radicē arboris posita est. Omnis ergo arbor non faciens fructum bonum ⁊ excidetur et in ignem mittetur. Arbor huius mundi est vniuersum genus humanū: securis vo est scȝ redēptor noster ⁊ q̄ velut ex manubrio et ferro tenetur ex humanitate: sȝ incidit ex diuinitate. Que vȝ securis ad radicem arboris posita est: quia etsi per patientiā expectat: videtur tamē quid factura est. Omnis enim arbor nō faciens fructuȝ bonum ⁊ excidetur et in ignem mittetur: quia vnusquisq̄ peruersus paratam citius gehenne concremationem inuenit: quia hic fructum boni operis facere contēnit. Et notandum ꝙ securim non iuxta ramos positam: sed ad radicem dicit. Cum enim malorum filij tolluntur: quid aliud ꝙ rami infructuose arboris abscidunt? Cum vero tota simul progenies cum parente tollitur: infructuosa arbor a radice abscisa est ⁊ ne iam remaneat vnde iterum praua soboles succrescat. Jn quibus Joannis baptiste verbis constat ꝙ audientium corda turbata sunt: cū protinus subinfertur. Et interrogabāt eum turbe dicentes. Quid ergo faciemus? Perculse enim terrore fuerāt que consilium querebant. Sequitur. Respondēs autem dicebat illis. Qui habet duas tunicas ⁊ det non habenti: et qui habet escas similiter faciat. Per hoc ꝙ tunica plus est necessaria vsui nostro ꝙ pallium: ad fructum dignum penitentie pertinet: vt solum exteriora queq̄

Marginal notes (left column): Mich. iiij. — Joan. j. — Ibidem — Joā. iij. — Secretū euangelij aperitur. — Tex. — Tex. — Tex.

Marginal notes (right column): Tex. — Quis dign⁹ fruct⁹ pn̄ie. — Tex. — Ezech. xj. — Ps. cxiij. — Gal. iij. — Ezech. xiiij. — Lu. xj. — Tex. — Ultiōis diuine seueritas. — Tex. — Tex.

Digitized by Google

⁊ minus neceſſaria/ſed ipſa valde nobis neceſſaria diui-
dere cum ꝓximis debeamus:ſcꝫ vel eſcaꝫ/qua carnaliter
viuimus vel tunicam qua veſtimur. Quia enim in lege
Mat. xxij. ſcriptum eſt. Diliges ꝓximũ tuum ſicut teipſum: minus
ꝓximũ amare conuincitur/qui nõ cuꝫ eo in neceſſitate
illius:etiam q̃ ſibi ſunt neceſſaria partitur. Idcirco ergo
de diuidendis cum ꝓximo duabus tunicis datur prece
ptum:quia hoc de vna dici nõ potuit: qm̃ ſi vna diuidit/
nemo veſtitur. In dimidia quippe tunica:⁊ nudus rema
net qui accipit ⁊ nudus qui dedit. Inter hec ſciendũ eſt:
quantũ opera miſericordie valeãt:cum ad fruct⁹ dignos
penitentie/ipſa pre ceteris precipiunt. Hinc etiã ꝑ ſemet
Luce. xi. ipſaꝫ veritas dicit. Date elemoſynã:⁊ ecce oĩa mũda ſunt
Luc. vi. vobis. Hinc rurſus ait. Date et dabitur vobis. Hinc ſcri-
Eccleſiaſtici. iij. ptum eſt. Ignem ardẽteꝫ extinguet aqua:⁊ elemoſyna
reſiſtit peccatis. Hinc iterũ dr̃. Conclude elemoſynã in
Tob. iiij. ſinu pauperis:⁊ hec ꝓ te exorabit. Hinc bonus pater in-
nocentem filiũ admonet dicẽs. Si multũ tibi fuerit/abũ
danter tribue:ſi exiguum fuerit/exiguum libẽter imper
tiri ſtude. Ut aũt quãta eſſet virt⁹ cõtinẽtia:et ſuſceptio-
ne indigentiũ oſtenderet:redemptor noſter dixit. Qui re
Mat. x. cipit ꝓphetã in nomine prophete:mercedẽ ꝓphete acci-
piet. Et qui recipit iuſtum in nomine iuſti:mercedem iu
ſti accipiet. In quibus verbis notandũ eſt:quia non ait:
mercedẽ de ꝓpheta vel mercedem de iuſto:ſed mercedẽ
prophete et mercedẽ iuſti accipiet. Aliud eſt enim mer-
ces de ꝓpheta:aliud merces ꝓphete. Atq; aliud merces
de iuſto:aliud merces iuſti. Quid eſt enim dicere:merce-
dem prophete accipiet:niſi quia is qui prophetã ſua lar-
gitate ſuſtentat:ꝗuis ipſe prophetiam nõ habeat: apud
omnipotentem tñ dominũ/prophete premium habebit?
Iſte enim fortaſſe iuſtus eſt:⁊ quanto in hoc mundo ni-
hil poſſidet:tanto loquendi ꝓ iuſtitia fiduciam maioreꝫ
habet. Hunc dum ille ſuſtentat:qui in hoc mundo aliq̃d
poſſidet ⁊ fortaſſe ꝓ iuſtitia adhuc loquendi libere non
preſumit/iuſtitie illiuꝫ libertatem ſibi participem facit:
vt cum eo pariter quẽ ſuſtentando adiuuit:quaten⁹ ean
dem iuſtitiam libere loqui potuiſſet: ille ꝓphetie ſpiritu
plenus eſt:ſed tñ corporeo eget alimẽto:⁊ ſi corpus non
reficitur:certũ eſt ꝙ ipſa vox ſubtrahatur. Qui igitur ali
mentum prophete ꝓpter hoc quod ꝓpheta eſt tribuit:ꝓ
phetie illius vires ad loquendum dedit. Cum ꝓpheta
ergo mercedẽ ꝓphete accipiet:qui et ſi ſpiritu prophetie
plenus non fuit:hoc tñ ante dei oculos exhibuit qd̃ ha-
buit. Hinc eſt enim quod de quibuſdam peregrinantib⁹
fratribus Caio per Ioãnem dicitur. Pro nomine enim
chriſti profecti ſunt:nihil accipientes a gẽtibus. Nos er-
go debemus accipere huiuſmodi vt cooperatores ſim⁹
veritatis. Qui enim ſpiritualia dona habentibus:tem-
poralia ſubſidia tribuit:in ipſis donis ſpiritualib⁹ coope
rator exiſtit. Nam cum pauci ſint qui ſpiritualia dona ꝑci
piunt:et multi qui rebus tẽporalibus abundant:per hoc
ſe diuites virtutibus pauperum inſerunt:quo eiſdeꝫ ſan
ctis pauperibus de ſuis diuitijs ſolatiantur. Unde cum
per Eſaie vocem dñs derelicte gentilitati:id eſt ſancte ec
cleſie ſpiritualium virtutum merita/tamꝙ̃ deſerta arbu
Eſa. xli. ſta promitteret:vlmũ quoq; pariter promiſit dicens. Po
nã deſertum in ſtagnum aque:⁊ terram inuiam in riuos
aquarum. Dabo in ſolitudinem cedrum et ſpinam:myr-
tum et lignũ oliue. Ponam in deſerto abietem/vlmũ et
buxũ ſimul:vt videant et ſciant et recogitent ⁊ intelligãt
pariter. Deſertum quippe dñs in ſtagnum aquarum: et
terram inuiam in riuos aquarum poſuit:quia gentilita
ti que prius per ariditatem mentis nullos bonorum ope
rum fructus ferebat/fluenta ſancte predicationis dedit:
et ipſa ad quã prius pro aſperitate ſue ſiccitatis via pre-
dicatoribus nõ patebat/doctrina poſtmodũ riuos ema
nauit. Cui adhuc ex munere magno promittitur. Dabo
in ſolitudine cedrum et ſpinam. Cedrũ:quia magni odo
ris eſt atq; imputribilis nature/iure accipimus in ꝓmiſ-

ſione. De ſpina vero cum peccanti homini dictũ ſit. Ter-
ra tua ſpinas et tribulos germinabit tibi. Quid mirũ ſi Gen. iij.
ſancte eccleſie illud promittitur: quod peccanti homini
pro pena multiplicatur? Sed cedri ſignificantur nomi-
ne hi qui virtutes et ſigna exhibent in ſua operatione:q̃
dicere cum Paulo valent. Chriſti bonus odor ſum⁹ deo: ij. Co. ij.
quorum corda ita interno amore ſolidata ſunt vt ea iam
terreni amoris putredo nulla corrũpat. Per ſpinam ve-
ro ſignate ſunt doctrine ſpũalis viri/qui dum de pecca-
tis ac virtutibus diſſerunt:et modo eterna ſupplicia mi-
nantur:modo celeſtis regni gaudia promittunt:cor au-
dientium pungunt:ſicq; mentẽ dolore cõpunctionis ꝑfo
rant: vt ab eorum oculis quaſi quidam ſanguis anime
lachryme decurrãt. Myrtus vero tẽperatiue virtutis eſt:
ita vt diſſoluta membra temperando conſtringat. Qui
itaq; per myrtum/niſi hi deſignati ſunt/qui afflictionib⁹
proximorꝫ cõpati ſciũt:eorũq; tribulationẽ per cõpaſſio-
nem tẽperant/iuxta hoc quod ſcriptũ eſt. Gratias autẽ ij. Cor. i.
deo qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra: vt
poſſim⁹ ⁊ ipſi cõſolari eos q̃ in omni preſſura ſunt. Qui
dum afflictis ꝓximis verbũ vel opem cõſolationis ferũt
eos proculdubio ad ſtatum rectitudinis reſtringũt:ne im
moderata tribulatione/in deſperatione ſoluant. Quos
aũt per oliuã/niſi miſericordes accipimus. Quia ⁊ gre-
ce oleos miſericordia vocatur:⁊ quaſi oliue liquor ante
omnipotẽtis dei oculos miſericordie fructus lucet. Cui
adhuc in promiſſione ſubiungitur. Ponã in deſerto abie Eſa. xli.
tem/vlmũ et buxum ſimul. Qui per abietẽ que valde cre
ſcendo ad aeris alta ſuſtollitur:niſi hi deſignati ſunt qui
intra ſanctã eccleſiam adhuc in terrenis corporibus poſi
ti/iam celeſtia cõtẽplant:et ꝗuis naſcẽdo de terra exeũt
cõtẽplando tamen iam iuxta ethera mentis verticẽ tol-
lunt. Et quid per vlmũ/niſi ſecularium mẽtes expreſſe ſunt
que dũ terrenis adhuc curis inſeruiunt/nullũ virtutum
ſpũalium fructũ ferũt. Sed et ſi fructum propriũ vlmus
non habet:portare tamẽ vitẽ cũ fructu ſolet:quia ⁊ ſecu-
lares viri in ſancta eccleſia:ꝗuis virtutũ ſpũalium dona
non habeant:dũ tamẽ ſanctos viros donis ſpũalib⁹ ple-
nos ſua largitate ſuſtentant:quid aliud ꝙ̃ vitem cũ bo-
tris portant? Buxus aũt quos alios deſignat que in altũ
non ꝓficit:⁊ ꝗuis fructum nõ habeat:viriditateꝫ habet
niſi eos qui intra ſanctã eccleſiã adhuc ex etatis infirmi
tate bona opera ferre nõ valent:ſed tamẽ parentũ fide-
lium credulitatem ſequẽtes/fidem perpetue viriditatis
tenent? Poſt q̃ omnia apte ſubiungit:vt videant ⁊ ſciãt
et recogitent et intelligant pariter. Ad hoc eñ cedrus in
eccleſia ponitur:vt quiſquis a proximo odorẽ virtutum
ſpiritualium trahit:ipſe quoq; ab interne vite dilectione
non torpeat:ſed ad bonorum celeſtiũ deſideria igneſcat.
Ad hoc ſpina ponitur:vt q̃ predicationis eius verbo cõ-
punctus fuerit:ipſe quoq; exẽplo illius diſcat/corda ſe-
quentium predicationis verbo cõpungere. Ad hoc myr-
tus ponitur:vt qui in ardore tribulationis ab ore vel ope
re proximi compatiens temperamentũ cõſolationis ac-
ceperit:ipſe etiam diſcat/queãdmodũ afflictis ꝓximis
ſue conſolationis tẽperamentũ proferat. Ad hoc oliua
ponitur:vt q̃ aliene miſericordie opera cognoſcit:diſcat
queãdmodũ debeat indigẽti ꝓximo ⁊ ipſi miſereri. Ad
hoc abies ponitur:vt quiſquis vim contemplationis ei⁹
agnouerit:ipſe quoq; ad cõtemplãda eterna premia ſuc-
cendatur. Ad hoc vlmus ponitur vt quiſquis cum intue
tur/qui habere virtutum ſpiritualium fructum non va-
let:ſed tamen eos qui ſpiritualib⁹ donis ſunt repleti ſu-
ſtentat:ipſe quoq; ſanctorum vite quanta valet largita-
te inſeruiat:⁊ celeſtium bonorum botros quos gignẽdo
non valet/ſuſtentando ferat. Ad hoc buxus ponitur: vt
qui habere multos adhuc in infirmitate poſitos vere ſi
dei viriditatem conſiderat/etiam eſſe ipſe infidelis eru-
beſcat. Bene ergo de ſcriptis prius arboribus dicitur:vt
videãt ⁊ ſciant:⁊ recogitẽt:⁊ intelligant:vbi ⁊ apte ſub-

Digitized by Google

iungitur pariter: qꝛ cū intra ſanctā eccleſiā diuerſi homi
nū moꝛes/diuerſi ſunt oꝛdines: neceſſe eſt vt oēs ſimul
diſcant/dum in ea ſpirituales viri diuerſe qualitatis eta-
tis et oꝛdinis/ad imitandū ſimul videant̄. Sed ecce nos
dum monſtrare vlmū querimus/per multa arbuſta lon-
gius euagati ſumus. Ad hoc itaqꝫ propter qđ ꝓphete te-
Mat.x. ſtimoniū ꝓtulim⁹ reuertamur. Qui recipit ꝓphetam
in noīe ꝓphete/mercedē ꝓphete accipiet: qꝛ ⁊ ſi fructū
vlmus nō habet/vitē tñ cū fructibus poꝛtat. Hec ipſa ſua
efficit/q̄ bene ſuſtentat aliena. Quia ad magna nos opa
Joānes admonet dicēs. Facite fruct⁹ dignos penitētie.
Et rurſuʒ. Qui habet duas tunicas/det nō habēti: ⁊ qui
habet eſcas ſimiliter faciat. Jā pateret dat̄ intelligi/quid
eſt qđ veritas dicit. A diebus Joānis baptiſte/regnū ce-
Mat.xi. loꝝ vim patit̄: ⁊ violēti arripiūt illđ. Quid ſupne verba
ſnie nobis ſunt magnopere ꝑſcrutāda: Naʒ querēdū eſt/
quō vim ꝑpeti regnū celoꝝ poſſit: Quis eñ celo violen
tiā irrogat: Et rurſum querendū eſt. Si pati vim celoꝝ
regnū pōt: ⁊ violenti rapiūt illud: cur eandē vim a dieb⁹
Joannis baptiſte: ⁊ non etiā ante pertulerit: In lege mo
ſcriptū eſt. Si qs hec vel illa fecerit/moꝛte moꝛiat̄. Cun-
ctis legentib⁹ liquet: qꝛ peccatoꝛes quoſqꝫ pena ſue ſeue
ritatis ꝑculit/nō aūt per penitentiā ad vitā reduxit. Cū
Myſte- vero Joānes baptiſta redēptoꝛis gratiā ꝑcurrens peni-
riū abo tentiā p̄dicat: vt peccatoꝛ qui ex culpa eſt moꝛtuus/per
rū aperi cōuerſionē viuat: ꝑfecto a dieb⁹ Joānis baptiſte regnū
tur. celoꝝ vim patitur. Quid eſt aūt regnū celoꝝ/niſi locus
iuſtoꝝ: Solis eñ iuſtis celeſtis patrie p̄mia debent̄: vt
hūiles/caſti/mites atqꝫ miſericoꝛdes: ad gaudia ſupna
ꝑueniāt. Cū aūt qs vel ſupbia tumid⁹ vel carnis facinoꝛe
pollut⁹/vel iracūdia acceſus/vel crudelitate impi⁹: poſt
culpas ad pniam redit: ⁊ vitā eternā ꝑcipit/q̄ſi in locum
ꝑtoꝝ intrat alienū. A dieb⁹ ḡ Joānis baptiſte regnū ce-
loꝝ vim patit̄: ⁊ violēti rapiūt illud: qꝛ q̄ pniam ꝑtōꝝ
indixit/quid aliud q̄ꝫ celoꝝ regno fieri violentiā docuit:
Recogitemus ergo fratres chariſſimi mala q̄ fecim⁹: et
noſmetipſos aſſiduis lamētis atteramus. Hereditatē iu
ſtoꝝ quā nō tenuimus per vitā/rapiamus ꝑ penitentiā.
Vult a nobis omnipotens deus talē violentiā perpeti.
Nā regnū celoꝝ rapi vult noſtris fletib⁹/qđ noſtris me-
ritis nō debetur. Ab ſpei ergo certitudine/nulla nos ma
loꝝ noſtroꝝ q̄litas/nulla quātitas frangat. Preſtat ma
gnā venie fiduciā latro ille venerabilis: qui nō indevene
rabilis/vñ latro: nam latro ex crudelitate/venerabilis ex
cōfeſſione. Cogitate rogo cogitate/q̄ꝫ ſint incōꝑhenſi-
bilia in oīpotēti deo miſericoꝛdie viſcera. Latro iſte cruē-
tis manibus abſtractus a fauce itineris ſuſpenſus eſt in
patibulo crucis. Ibi cōfeſſus/ibi ſanatus/ibi audire me-
ruit/hodie mecum eris in paradiſo. Quid eſt hoc: Quis
tantam bonitatem dei poſſit dicere: quis eſtimare ſuffi-
ciat: De ipſa pena criminis ꝑuenit ad p̄mia virtutis. Id-
circo aūt omnipotēs de⁹ electos ſuos in quibuſdā lapſi-
bus cadere ꝑmiſit: vt alijs in culpa iacētib⁹/ſi toto ad eū
coꝛde cōſurgāt ſpem venie reddat: vt eis ꝑ lamenta peni
tentie/viā pietatis aperiat. Exerceam⁹ noſmetipſos in la
mētis/extinguam⁹ fletib⁹ ⁊ dignis pnie fructib⁹ culpas
Tēpoꝛa idulta nō pereāt: qꝛ q̄ multos a ſuis iniq̄tatib⁹ iā
ſanatos aſpicim⁹/q̄d aliud q̄ꝫ ſupne micpign⁹ tenemus:

¶ De eo. ſab. Ser. beati Leo. pape.

SI fideliter dilectiſſi-
mi atqꝫ ſapienter creationis noſtre intelliga
mus exoꝛdium/inuenimus hominem ideo
ad imaginem dei cōditum: vt imitatoꝛ ſui eſſet auctoꝛis.
Et hanc eſſe naturalē nr̄i generis dignitatē/ſi in nobis
quaſi in quodā ſpeculo diuine bonitatis foꝛma reſplen-
deat. Ad quā vtiqꝫ nos quotidie reparat gr̄a ſaluatoꝛis/
cū qđ occidit in Adā p̄mo/erigit̄ in ſcđo. Cauſa aūt re-
parationis nr̄e: nō eſt/niſi miſericoꝛdia dei: quē nō dilige
remus/niſi nos p̄oꝛ ipſe diligeret: ⁊ tenebꝛas ignoꝛātie
noſtre veritatis ſue luce diſcuteret. Qđ ꝑ Eſaiā dñs p̄nū-
Eſa.xlij. tians ait. Adducā cecos ad viā quā ignoꝛabāt: ⁊ ſemitas
quas neſciebāt faciā illos calcare. Faciā illis tenebꝛas in
lucē: ⁊ praua in directa. Hec verba faciā illis: ⁊ nō derelin
quā eos. Et iterū. Inuēt⁹ ſum inq̄t a nō querētib⁹ me: et
palā apparui his qui me nō interrogabāt. Qđ quō imple-
tū ſit/Joānes aplūs docet dicēs. Scim⁹ q̄m iā fili⁹ dei ve-
.j.Jo.v. nit/⁊ dedit nobis ſenſuʒ vt cognoſcam⁹ deū verū: ⁊ ſim⁹
in vero filio eius. Et iterū. Nos ergo diligam⁹ deū/q̄m
deus p̄oꝛ dilexit nos. Diligēdo itaqꝫ nos de⁹/ad imagi-
nē ſuā reparat: ⁊ vt in nobis foꝛmā ſue bonitatis iueniat
dat vnde ipſi quoqꝫ/qđ operat̄ operemur: accendēs ſcʒ
mētiū noſtrarū lucernas: ⁊ igne nos ſue charitatꝭ inflā-
mans: vt nō ſolū ipſum: ſed etiā quicquid diligit/diliga-
Amici- mus. Nā ſi inter hoīes ea demū firma amicitia eſt/quaʒ
tie vere moꝝ ſimilitudo ſociauerit: cū tñ paritas voluntatum
foꝛma. ſepe in reꝓbis tēdat affect⁹: quātū nobis optādū atqꝫ
nitendū eſt/vt in nullo ab his que deo ſunt placita diſcre
pemus. De quo dicit ꝓpheta. Q̄m ira in indignatione
Pſ.xxix eius: ⁊ vita in volūtate ei⁹. Quia nō aliter in nobis erit
dignitas diuine maieſtatis/niſi imitatio fuerit volunta
tis. Dicente dño. Diligēs dñm deū tuū ex toto coꝛde tuo:
Matt. et ex tota mente tua: ⁊ diliges ꝓximū tuū ſicut teipſum.
xxij. Suſcipiat fidelis aīa auctoꝛis ſui atqꝫ rectoꝛis immar-
ceſſibilē charitatē: totūqꝫ ſe ei⁹ ſubijciat volūtati/in cui⁹
operib⁹ atqꝫ iudicijs nihil vacat a veritate iuſtitie/nihil
miſeratione clemētie: q̄m ⁊ ſi magnis q̄s laboꝛib⁹ ⁊ mul
tis fatiget̄ incōmodis/bona eſt illi cauſa tolerandi: q̄ ſe
aduerſis/vel colligi intelligit/vel ꝓbari. Charitatis aūt
iſtius pietas ꝑfecta eſſe nō poterit/niſi diligat̄ et ꝓxi-
mus: quo nomine nō hi tantū intelligendi ſunt/q̄ nobis
amicitia aut ꝓpinquitate iungūtur: ſed omnes p̄oꝛſus
hoīes cū q̄bus nobis natura cōmunis eſt/ſiue illi hoſtes
ſint/ſiue ſocij/ſiue liberi/ſiue ſerui/vnus eñ nos cōditoꝛ
finxit/vnus creatoꝛ animauit/eodem cūcti celo ⁊ aere:
iiſdē vtimur diebus et noctibus/cū alij boni/alij ſint ma
li/alij iuſti/alij iniuſti: deus tamē omnib⁹ largit̄/omnib⁹
eſt benignus: ſicut Licaonijs a Paulo ⁊ Barnaba apo
Actu. ſtolis dicit̄ de ꝓuidentia dei/qui in p̄teritis generationi
xiiij. bus dimiſit omnes gentes ingredi vias ſuas. Et quidem
non ſine teſtimonio ſemetipſum reliquit benefaciēs eis
de celo: dans pluuiā et tēpoꝛa fructifera: implens cibo et
letitia coꝛda veſtra: dedit aūt nobis maioꝛes diligēdi ꝓxi
Gr̄a iu- mi cauſas chꝛiſtiane gratie latitudo: que ſe ꝑ omnes par
bet dēij tes totius oꝛbis extendēs: neminē hominē deſperat/dū
hominē docet neminē negligendū: ⁊ merito etiā inimicos diligi
diligere. et ꝓ ꝑſecutoꝛibus ſibi p̄cipit ſupplicari: q̄ ex omnib⁹ quo
tidie gentib⁹ ſacris oliue ſue ramis inſerēs germē olea
ſtri: de inimicis recōciliatos/de alienis adoptiuos/de im-
pijs facit iuſtos: vt omne genuflectat̄: celeſtiū/terreſtriū
et infernoꝝ: et omnis lingua confiteat̄: quoniā dñs Je-
ſus in gloꝛia dei patris eſt. Cū ergo deus bonos nos ve-
lit eſſe: quia bonus eſt: nihil nobis debet de eius iudicijs
diſplicere. Nā nō ꝑ omnia illi gratias agere: q̄d eſt aliud
q̄ꝫ ex quadā eū parte repꝛehendere: Audet enim plerūqꝫ
humana inſipientia aduerſus creatoꝛē ſuū: nō ſolū de ino-
pia: ſed etiā de copia murmurare: vt cum aliquid nō ſup
petit querula: et cū quedā exuberēt/ſit ingrata. Multe
meſſis dñs hoꝛreoꝝ ſuoꝝ plenitudinē faſtidiuit: ⁊
ad copiā vindemie affluētis ingemuit: nec de magnitu-
dine fructuū gratulat̄: ſed de vilitate conqueſtus eſt. Si
aūt partioꝛ ſunt in ſuſceptis terra ſeminib⁹ ⁊ caſtigatioꝛe
ꝓuentu vites oleeqꝫ fluxerūt: accuſat̄ annus/arguunt̄
elementa: ⁊ nec aeri parcit̄ nec celo: cū fideles ⁊ pios di-
ſcipulos veritatis nihil magis cōmēdet ⁊ muniat: q̄ꝫ ꝑſe-
uerans in deū ⁊ indefeſſa laudatio: dicente aplō. Semꝑ
gaudete: ſine intermiſſione oꝛate: in omnibus gratias
.j.Theſ.v agite. Hec eſt enim voluntas dei in chꝛiſto Jeſu in omni-
bus vobis. Huius autem deuotionis quēadmodum po

Digitized by Google

terimus eſſe participes/niſi varietas rerum cõſtantiam
mentis exerceat: vt amor directus in deũ/nec inter fecũ/
da ſuperbiat/nec inter aduerſa deficiat. Qđ placet deo/
placeat ⁊ nobis: de omni mẽſura numerũ ipſius gaudea
mus. Qui bene vſus eſt magnis: bene vtatur ⁊ modicis
Tam nobis copia q̃ parcitate conſulitur. Nec in ſpũali/
bus lucris anguſtia granabimur fructuum: ſi fecũditas
non areſcat animorum. Oriatur de cordis agro qđ terra
non dedit. Sempꝑ illi qđ largiat᷑ occurrit / cui bene velle
nõ deficit. Ad omnia igitur dilectiſſimi opera pietatis
omniũ nobis qualitas proſit annorũ: nec beneuolentiá
chriſtianá difficultas tẽporalis impediat. Nouit dñs va/
ſa hoſpitalis vidue copijs pietatis ſue vacuata complere.
Nouit aquas in vina cõuertere: nouit de pauciſſimis pa
nibus milia eſurientiũ ſaturare populorũ. Et ille q̃ in ſuis
paſcitur: que potuit augere dando/poteſt multiplicare
Tria ſũt opa pie/tatis. ſumendo. Tria ꝟo ſunt que maxime ad religioſas perti/
nent actiones: oratio ſcꝫ ⁊ ieiuniũ et eleemoſyna: quibꝰ
ad exercendũ omne quidẽ tp̃s ꝓprũ: ſed illud eſt ſtudio
ſius obſeruãdũ/quod apoſtolicis accepimus traditioni/
bus conſecratũ: ſicut etiá decimus menſis hic morem re
fert veteris inſtituti. Ut tria illa de q̃bus locutus ſum di
ligentius exequamur: oratione enim ꝓpiciatio dei q̃rit᷑:
ieiunio concupiſcẽtia carnis extinguitur: eleemoſynis
peccata redimunt᷑: ſimulq; ꝑ omnia dei in nobis imago
renouat᷑: ſi et in laudẽ eius ſempꝑ parati ⁊ ad purificatio/
nẽ noſtrá ſine ceſſatione ſoliciti: et ad ſuſtentationẽ ꝓxi/
mi/indeſinenter ſumus intenti. Hec triplex obſeruatio
dilectiſſimi/oim virtutũ cõprehẽdit effectꝰ: hec ad imagi
nẽ ⁊ ſimilitudinẽ dei ꝑuenit: et a ſctõ ſpiritu inſeparabi/
les facit: q: in orationibꝰ ꝑmanet fides recta/in ieiunijs
innocẽs vita/in eleemoſynis mẽs benigna. Quarta igit᷑
⁊ ſexta feria ieiunemꝰ: ſabbato aũt ad beatiſſimũ Petrũ
apoſtolũ vigilias celebremꝰ: q̃ ⁊ orationes ⁊ ieiunia/⁊ elee
moſynas noſtras p̃cibus ſuis dignabitur adiuuare: Per
dñm noſtrũ qui viuit ⁊ regnat in ſecula ſeculorũ. Amen.

¶ Dñica. IIII. Joannis. I.

¶ In illo tempore: Miſerũt iudei ab Hieroſo/
limis ſacerdotes ⁊ leuitas ad Joannẽ: vt interro
garent eum. Tu qui es? Et confeſſus eſt ⁊ nõ ne
gauit. Et reliqua. Homilia beati Gregorij pape
habita in baſilica ſancti Petri.

Ex huius nobis lectio
nis ꝟba fratres chariſſimi Joannis humilitas
cõmendat᷑. Qui cũ tante ꝟtutis eſſet vt chriſtꝰ
credi poſſet: elegit ſolide ſubſiſtere in ſe/ne humana opi/
nione raperetur inaniter ſupꝑ ſe. Ná cõfeſſus eſt et nõ ne/
Tex. gauit. ¶ Confeſſus eſt: q: nõ ſum ego chriſtꝰ. Sed qui di
xit/nõ ſum: negauit plane quod nõ erat: ſed nõ negauit
quod erat/vt veritatem loquens/eius membrum fieret:
cuius ſibi nomen fallaciter nõ vſurparet. Cum enim nõ
vult appetere nomen chriſti/factus eſt membrũ chriſti: q:
infirmitatem ſuam ſtuduit humiliter agnoſcere/illius
celſitudinem meruit veraciter obtinere. Sed cum ex le/
ctione alia: redemptoris noſtri ſentẽtia ad mentem redu
citur: ex huius lectionis verbis/nobis queſtio implexa
valde generatur. Alio quippe in loco inquiſitus a diſci/
Matt. xvij. pulis dominus de aduentu Helie: reſpõdit. Helias iam
venit: et non cognouerunt eum: ſed fecerunt in eo que/
Mat. xj cumq; voluerũt: et ſi vultis ſcire Joánes ipſe eſt Helias
Requiſitus autem Joánes dicit. Nõ ſum Helias. Quid
Concor/dia euá/gelioꝝ oñditur eſt hoc fratres chariſſimi: quia quod veritas affirmat/
hoc propheta veritatis negat? Valde namq; inter ſe di/
uerſa ſunt: ipſe eſt: et non ſum. Quomodo ergo prophe/
ta veritatis eſt: ſi eiuſdem veritatis ſermonibus concors
non eſt? Sed ſi ſubtiliter veritas ipſa requiratur: hoc qđ
inter ſe contrarium ſonat quomodo cõtrariũ nõ ſit inue

nitur. Ad Zachariam namq; de Joanne angelus dicit.
Ipſe p̃cedet ante illũ in ſpiritu ⁊ virtute Helie. Qui id/
circo venturus in ſpiritu et virtute Helie dicitur: q: ſicut Luc. j.
Helias ſcḋm dñi aduentum preueniet: ita Joannes preue
nit primum. Sicut ille precurſor venturus eſt iudicis: ita
iſte precurſor eſt factus redemptoris. Joannes in ſpiritu
Helias erat in perſona Helias non erat. Qđ ergo dñs
fatetur de ſpiritu/hoc Joánes denegat de ꝑſona: quia ⁊
iuſtum ſic erat: vt ⁊ dñs diſcipulis ſpiritualẽ de Joanne
ſententiá diceret: ⁊ Joannes eiſdem turbis carnalibꝰ nõ
de ſuo ſpiritu/ſed de corpore reſpõderet. Contrariũ ergo
veritati videtur eſſe quod Joannes ſonuit/ ſed tamen a
veritatis tramite nõ receſſit. Qui cũ ſe etiá ꝓphetam ne
gat: q: videlꝫ nõ ſolum poterat redẽptorẽ predicare/ſed
etiá demonſtrare: quis ná ſit cõtinuo exprimit/ cũ ſubiũ/
git. ¶ Ego vox clamãtis in deſerto. Scitis fratres chariſ/ Tex.
ſimi: q: vnigenitꝰ filiꝰ verbũ pr̃is vocat᷑. Joáne atteſtãte
q̃ ait. In principio erat verbũ ⁊ verbũ erat apud deum ⁊ Joan. j.
deꝰ erat verbũ. Et ex ipſa vr̃a locutiõe cognoſcitis/q: priꝰ
vox ſonat vt verbũ poſtmodũ poſſit audiri. Joannes ḡ Joánes vox: Je/ſus ꝟbũ.
vocẽ ſe eſſe aſſerit: q: verbũ p̃cedit. Aduẽtũ itaq; dñicum
p̃currẽs vox đr: q: ꝑ eiꝰ miniſteriũ pr̃is verbũ ab hoibus
audit᷑. Qui etiá in deſerto clamat: q: derelicte ac deſtitu
te iudee ſolatiũ ſui redemptoris annũtiat. Quid aũt cla/
mer: inſinuat cũ ſubiũgit. ¶ Dirigite viá dñi: ſicut dixit Tex.
Eſaias ꝓpheta. Uia dñi ad cor dirigit᷑/cũ ꝟitatis ſermo
humiliter audit᷑. Uia dñi ad cor dirigit᷑/cũ ad p̃ceptũ via
preparat᷑. Uñ ſcriptũ eſt. Si q̃s diligit me ſermonẽ meũ Jo. xiiij.
ſeruabit: et pr̃ meus diliget eũ: ⁊ ad eũ veniemꝰ: ⁊ mãſio
nem apud eũ faciemus. Quiſq̃s ergo mentẽ in ſuperbia
eleuat/q̃ſquis auaritie eſtibus anhelat/q̃ſquis ſe luxurie
inquinationibus polluit: cordis oſtiũ contra veritatem
claudit: ⁊ ne ad ſe dñs veniat/clauſtra animi ſeris vitio/
rum dánat. Sed adhuc qui miſſi ſunt ꝑcũctant᷑. ¶ Quid Tex.
ergo baptizas ſi tu non es chriſtus neq; Helias/neq; ꝓ/
pheta? Qđ q: nõ ſtudio cognoſcẽde veritatis: ſꝫ malitia
exercẽde emulatiõis đr: euãgeliſta tacite innotuit/q̃ ſub/
iunxit dicẽs. ¶ Et q̃ miſſi fuerant erãt ex phariſeis. Ac ſi Tex.
aperte dicat. Illi Joánẽ de ſuis actibꝰ req̃rũt q̃ doctriná
neſciũt q̃rere: ſed inuidere. Sed ſctũs quiſq; etiá cũ ꝑuer
ſa mẽte req̃rit᷑ de bonitatis ſue ſtudio non mutat᷑. Unde
Joánes q̃q; ad verba inuidie p̃dicamẽta r̃ndit vite. Nam
ꝓtiuꝰ adiũgit. ¶ Ego baptizo in aqua: mediꝰ aũt veſtrũ Tex.
ſtat quẽ vos neſcitis Joánes nõ ſpũ: ſꝫ aq̃ baptizat quia
ꝑctá ſoluere nõ valẽs/baptizatorꝫ corpora ꝑ aquá lauat/
ſꝫ tñ mẽtẽ ꝑ veniá nõ ſanat. Cur ḡ baptizat q̃ ꝑ baptiſmũ
pctã nõ relaxat/niſi vt p̃curſionis ſue ordinẽ ſeruãs: quia
naſciturũ naſcẽdo p̃uenerat/ baptizaturũ q̃q; dñm bapti/ Secre/tũ ꝟbo/rũ aperit᷑.
zãdo p̃ueniret: ⁊ q̃ p̃dicãdo factꝰ eſt p̃curſor chriſti: bapti
zãdo etiá p̃curſor eiꝰ fieret imitatiõe ſacramẽti? Qui iter
hec myſteriũ nr̃i redẽptoris annũtiás/hũc in medio ho/
minũ ⁊ ſteriſſe aſſerit ⁊ neſciri: q: ꝑ carnẽ dñs apparẽs: et
viſibilis extitit corpore: ⁊ inuiſibilis maieſtate. De q̃ etiá ſub/
dit. ¶ Qui poſt me venit/ante me factꝰ eſt. Sic náq; đr Tex.
ante me factꝰ eſt/ac ſi dicat᷑: añ me poſitꝰ. Poſt me ḡ ve/
nit: q: poſtmodũ natꝰ/ante me aũt factus eſt: q: mihi p̃la
tus. Sꝫ hec paulo ſuperiꝰ dicens/etiá p̃lationis eiꝰ cau/
ſam aperuit/cũ ſubiũgit. ¶ Q: prior me erat. Ac ſi apte Tex.
dicat. Inde etiá poſt me natꝰ ſuperat/q̃ cũ natiuitatis ſue
tp̃a nõ anguſtãt. Ná q̃ ꝑ matrẽ in tp̃e naſcit᷑/ſine mr̃e añ
tp̃a ex patre generat᷑. Cui quãte reuerẽtie hũilitatem de
beat: ſubdendo manifeſtat. ¶ Cuiꝰ nõ ſum dignꝰ ſolue/ Tex.
re corrigiá calciamẽti. Mos apud veteres fuit: vt ſi quis
eam que ſibi competeret accipere vxorẽ nollet/ille ei cal
ciamẽtũ ſolueret q̃ ad hãc ſpõſus ꝓpinquitatis iure ve/
niret. Quid igitur inter hoies chriſtꝰ/niſi ſancte eccleſie
ſpõſus apparuit? De quo et iſte Joánes dicit. Qui habet Joã. iij.
ſpõſam ſpõſus eſt. Sed q: Joánẽ hoies chriſtũ eſſe puta/
uerunt/qđ idẽ Joánes negat: recte ſe indignũ ad ſoluen
dum eſſe corrigiam calciamẽti eius denũtiat. Ac ſi aper/

Digitized by Google

re dicat. Ego redẽptoꝛis veſtigia denudare nõ valeo: q; ſpõſi nomẽ mihi immerito nõ vſurpo. Quod tamẽ intelligi ⁊ aliter poteſt. Quis enim neſciat ꝙ calciamenta ex moꝛtuis animalibus fiunt: incarnatus vero dñs veniens quaſi calciatus apparuit / qui in diuinitate ſua moꝛicinum noſtre coꝛruptionis aſſumpſit. Unde etiã per pꝛo-

Ps. lix. pheram dicit. In idumeã extendam calciamentum meũ Per idumeã quippe gentilitas / per calciamentum vero aſſumpta moꝛtalitas deſignatur. In idumeã ergo dñs calciamentũ ſuũ ſe extendere aſſerit: q; dum per carnem gẽtibus innotuit / quaſi calciata ad nos diuinitas venit. Sed huius incarnationis myſteriũ / human⁹ ocul⁹ pene-

Allegoria pulcherrima. trare nõ ſufficit. Inueſtigare etenim nullaten⁹ põt / quõ incarnaꝫ verbũ / quomodo ſumm⁹ ⁊ viuificatoꝛ ſpũs intra vterũ aiatur / quõ is q̃ initiũ nõ habeat ⁊ exiſtit ⁊ cõcipiꝫ. Coꝛrigia ḡ calciamẽti eſt cauſa nr̃is ſenſib⁹ obligata myſterij. Joannes itaqꝫ ſoluere coꝛrigiã calciamẽti eius nõ valet: q; incarnationis eius myſteriũ / nec ipſe inueſtigare ſufficit: q̃ hoc per ꝓphetie ſpm̃ agnouit. Quid eſt ergo dicere / nõ ſum dignus ſoluere coꝛrigiã calciamẽti ei⁹ niſi aperte ⁊ humiliter ſuã ignoꝛantiã ꝓfiteri: Ac ſi aperte dicat. Quid mirũ ſi mihi p̃lat⁹ eſt / quẽ poſt me q̇dẽ natũ cõſidero: ſed natiuitatꝫ ei⁹ myſteriũ nõ appꝛehẽdo. Ecce Joãnes ꝓphetie ſpũ implet⁹ / mira ſciẽtia emicat: ⁊ tamẽ illud de ſe inſinuat / qd̕ ignoꝛat. Qua in re penſandũ eſt nobis fratres chariſſimi ⁊ tota intẽtione cogitãdũ / quõ sancti viri / vt humilitatis in ſe virtutẽ cuſtodiãt / cũ q̇dam mirabiliter ſciũt / illud ante mẽtis oculos ſtudẽt reuocare qd̕ neſciunt: vt dũ ex parte alia infirmitatẽ cõſiderant ex ea parte qua pfecti ſunt eoꝝ ſe aĩos extollãt. Scientia etenim virt⁹ eſt: humilitas etiã cuſtos virtutꝫ eſt. Reſtat ḡ vt in omni qd̕ ſcit ſe mens depꝛimat / ne qd̕ virt⁹ ſcientie congregat / ventus elationis tollat. Cũ bona fratres agitis / ſemper ad memoꝛiã mala acta reuocate / vt dũ caute culpa conſpicitur / nunq̃ de bono opere incaute animus letetur. Superioꝛes inuicem in via dei eos maxime q̇ vobis cõmiſſi non ſunt / ꝓximos veſtros attẽdite: q; ⁊ quos aliqua agere praua cõſpicitis / q̇ in eis lateant bona neſcitis. Magnus ergo eſſe vnuſquiſqꝫ ſtudeat / ſed tñ aliquo modo eſſe ſe neſciat: dũ ſibi magnitudinẽ arroganter tribuit / amittat in rus qd̕ erat. Hinc etenim per ꝓphetã dr̕:

Esa. v. Ue qui ſapientes eſtis in oculis veſtris / ⁊ coꝛã vobiſmet-

Ro. xij. ipſis prudentes. Hinc Paul⁹ dicit. Nolite eſſe prudentes

I. Reg. xv. apud voſmetipſos. Hinc cõtra ſuperbientẽ Saul dr̕. Cũ eſſes paruulus in oculis tuis / caput in tribubus iſrael factus es: Ac ſi aperte diceretur. Cũ tu te paruulum cõſpiceres / ego te p̄e ceteris magnũ feci: q; vero tu te magnũ conſpicis / a me paruus eſtimaris. Quo cõtra cũ Dauid regni ſui potentiam coꝛã arca dñi ſaltando deſpiceret / di-

ij. Reg. vj. xit. Ludã ⁊ vilioꝛ fiam plus q̃ factus ſum / ⁊ ero humilis in oculis meis. Quẽ eñ nõ extolleret / oꝛa leonum frangere / vꝛſoꝛum bꝛachia diſſipare / deſpectis pꝛioꝛib⁹ fratribus eligi / repꝛobato rege ad regni gubernacula vngi / ti-

Dauid inſignia notanꝫ. mendum cunctis vno lapide Goliã ſternere / a rege pꝛopoſita extinctis allophilis numeroſa pꝛepuria repoꝛtare regnum ex pꝛomiſſione percipere / cunctũqꝫ iſraeliticũ populum ſine vlla poſtmodum contradictione poſſidere: ⁊ tamen in cũctis ſe deſpicit / qui in ſuis oculis ſe eſſe humilẽm confitetur. Si igitur etiã ſancti cũ foꝛtia agunt / de ſemetipſis vilia ſentiunt: q̇d in ſua excuſatione dicturi ſunt qui ſine opere virtutis intumeſcũt: Sed ⁊ ſi q̄libet bona aſſint opera / nulla ſunt / niſi ex hũilitate cõdianꝫ. Miranda quippe actio cũ elatiõe nõ eleuat / ſꝫ grauat. Qui eñ ſine humilitate virtutes cõgregat / quaſi in vẽto puluerẽ poꝛtat: ⁊ vnde aliq̇d ferre cernitur / inde deterius cecaꝫ. In cũctis ergo q̇ facitis fratres mei / radicẽ boni operis humilitatẽ tenete: nec q̇bus iã ſupioꝛes / ſed quib⁹ adhuc inferioꝛes eſtis aſpicite: vt dũ vobis melioꝛa exẽpla pꝛopoſitis / ad maioꝛa ſemꝑ aſcendere ex hũilitate valeatis.

¶ De eadẽ do. ſermo btĩ Maximi epi.

Letitia quãta ſit / quãtuſqꝫ concurſus: cũ imperatoꝛis mũdi iſti⁹ natalis celebꝛãdus eſt bñ noſtis: queãdmodũ duces ei⁹ ⁊ pꝛincipes: oẽs etiã militãtes accurati ſericis veſtib⁹ / accincti operoſis cingulis / auro fulgẽte p̄cioſis / abiãt ſolito nitidi⁹ in cõſpectu regis incedere. Credunt eñ magis imperatoꝛis eſſe gaudiũ: ſi viderit maioꝛẽ ſue apparationis oꝛnatũ: tantoqꝫ illũ letũ futurũ: quãto ipſi fuerint in ei⁹ feſtiuitate deuoti: vt q; imperatoꝛ tãq̃ hõ coꝛda nõ cõſpicit: affectũ eoꝛũ circa ſe ꝓbet / vel habitũ contuendo Ita fit: vt ſplendidius ſe accuret quiſqꝫ regẽ fidelius diligit. Deinde q; in natalis ſui die ſciunt eũ largũ futurũ / ac donaturũ plurima vel miniſtris ſuis / vel his q̇ in domo ei⁹ abiecti putanꝫ ⁊ viles: tãta pꝛi⁹ theſauros eius reple-

Doctrina a moribus ſecularib⁹ trahitur re diuitiarũ varietate feſtinãt: vt in quãtũ pꝛogare voluerit intãtũ pꝛogatio copioſa nõ deſit: ⁊ ante voluntas donãdi deficiat q̃ ſubſtãtia largiẽdi. Hec aũt iõ ſolicite faciũt: q; maioꝛẽ ſibi remunerationẽ pꝛo hac ſolicitudine ſperãt futurã. Si ergo fratres ſeculi iſtius hoĩes ꝓpter p̄ſentis oneris gloꝛiã terreni regis ſui natalis diẽ tãta apparitione ſuſcipiũt qua nos accuratiõe eterni regꝫ nr̃i Jeſu chꝛiſti natalẽ ſuſcipere debem⁹: q̇ ꝓ deuotiõe noſtra non nobis tẽpoꝛalẽ largietur gloꝛiã / ſꝫ eternã: nec terreni honoris adminiſtrationem dabit: q̇ ſucceſſoꝛe finiꝫ ſed celeſtis imperij dignitatẽ q̇ nõ habet ſucceſſoꝛẽ. Qualis autẽ noſtra remuneratio ſit futura / dicit ꝓpheta. Que ocul⁹ nõ vidit / nec auris audiuit / nec in coꝛ hoĩs aſcendit: q̇ pꝛepa-

Eſaie. lxiiij. rauit dñs diligẽtibus ſe. Quib⁹ aũt indumẽtis nos exoꝛnari opoꝛtet: Qd̕ autẽ diximus nos: hoc eſt aĩas noſtras q; rex noſter chꝛiſtus nõ tã nitoꝛẽ veſtiũ q̃ aiarũ req̇rit affectũ: nec inſpicit oꝛnamẽta coꝛpoꝛũ / ſed cõſiderat coꝛda meritoꝝ: nec fragilis cinguli p̄cingẽtis lũbos operoſitatẽ miraꝫ / ſꝫ foꝛtis caſtimonie reſtringẽtis libidinẽ ad pudicitiam plus miraꝫ. Ambiam⁹ ḡ inueniri añ ipm̃ / ꝓbati fide / cõpti mĩa / moꝛib⁹ accurati: ⁊ q̇ fideli⁹ chꝛiſtum diligit: nitidius ſe mãdatoꝝ eius obſeruatione cõponat. Ut vere nos in ſe credere videat: cũ ita in ei⁹ ſolẽnitate fulgemus: ⁊ magis let⁹ q̃ nos pſpexerit puriores. Atqꝫ iõ ante cõplures dies caſtificem⁹ coꝛda noſtra / mũdem⁹ cõſcientiã / purificem⁹ ſpm̃ / ac nitidi et ſine macula immaculatꝫ dñi ſuſcipiam⁹ aduẽtũ: vt cui⁹ natiuitas ꝑ ĩmaculatã virginem cõſtitit: ei⁹ natalis ꝑ imaculatos ſeruos ꝓcuretur Quiſqꝫ eñ in illa die ſoꝛdidus fuerit ac pollut⁹: natalem chꝛiſti votũqꝫ nõ curat. Interſit licet dñice feſtiuitati coꝛpoꝛe: mẽte tñ lõgi⁹ a ſaluatoꝛe ſeparaꝫ: nec ſocietatẽ habere poterũt imũd⁹ ⁊ ſctũs: auar⁹ ⁊ miſericoꝛs: coꝛrupt⁹ et virgo / niſi ꝙ magis ingerẽdo ſe indign⁹ offenſionẽ: cũ minime ſe cognoſcit. Dũ eñ vult officioſus eſſe / iniurioſus

Mat. xxij. exiſtit: ſicut ille in euangelio q̇ in cetu ſctõꝝ inuitatus: ad nuptias venire auſus eſt / veſtẽ nõ habẽs nuptialẽ. Et cũ ali⁹ niteret iuſtitia / alius luceret fide / ali⁹ caſtitate fulgeret: ille ſolus cõſciẽtie feditate pollut⁹ / cũctis ſplẽdẽtib⁹ defoꝛmi hoꝛroꝛe ſoꝛdebat. Et quãto plus ſimul diſcũbẽ-

Cultus myſtic⁹, natalis dñici. tiũ btõꝛũ cãdebat ſctitas: tãto magis pctõꝛũ illi⁹ apparebat ipꝛobitas: q̇ potuerat min⁹ diſplicuiſſe foꝛſitã ſi in cõſoꝛtio ſanctoꝛũ minime ſediſſet. Propterea ḡ ſublatꝫ manib⁹ ⁊ pedibus in tenebꝛas exterioꝛes expelliꝫ: nõ ſolũ q; pctõꝛ erat / ſed q; cũ pctõꝛ eſſet ſctitatis ſibi meritũ vẽdicabat. Igiꝫ fratres ſuſcepturi natalẽ dñi: ab oĩ nos fece delictoꝝ purgem⁹. Replcamus theſauros eius diuerſoꝛũ munerũ donis: vt in die ſancta ſit vnde ꝑegrini accipiãt: reficianꝫ vidue / paupes veſtianꝫ. Nã qualẽ erit ſi in vna eadẽqꝫ domo inter ſeruulos vni⁹ dñi / alter exultet in holoſericis / alter cõſumatur in pannis / alter eſtuet cibo / alius famẽ frigusqꝫ ſuſtineat: Ille eructuet heſternam indigeſtionis crapulam / hic heſternam ieiunij inediam non reſoluat: Aut quis erit noſtre oꝛatiõis effectus: Petim⁹ vt liberemur ab inimico: qui nõ ſum⁹ liberales in fratres Sim⁹ imitatoꝛes dñi. Si eñ ille paupes in celeſti gratia

voluit nobis eſſe cōſortes:cur nobis nō ſint in ſubſtātia
terrena conſortes? Nec extranei ſint alimonijs q̄ fratres
ſunt ſacramentis/niſi ꝙ recti apud deū per ipſos agimꝰ
cauſam noſtrā:vt noſtris alamꝰ ſumptibꝰ q̄ illi grās agāt
Quicq̄d paup dn̄m bn̄dicit/illi pficit:q̄ faciēte dn̄m bene
Rom.ij. dicit. Et ſicut ſcriptū eſt de illo. Ve illi hoī per quē nomē
Mat.x. dn̄i blaſphematur:ita ⁊ de iſto ſcribitur. Pax huic domui
ꝑ quē nomē dn̄i bn̄dicitur ſaluatoris. Quale aūt eſt meri
tum largientis:vt ſolus q̄s operet in domo ⁊ per multos
eccleſia dominū deprecetur. Et quod ille fortaſſis petere
a diuinitate non audebat:plurimorum interpellantium
oratiōibus etiā quod nō ſperabat accipiat. Qd̄ ad adiu
torium noſtrū cōmemorans beatus apoſtolus ait. Vt ꝑ
multos gratiarū actio referat a nobis. Et iterū. Vt fiat
Ro.xv. oblatio noſtra accepta/ſanctificata in ſpiritu ſancto.

¶ Sermo ſctī Auguſtini epī.

SAnctam et deſidera
bilē/glorioſam ac ſingularē ſolēnitatē:h̄ eſt na
tiuitatē dn̄i ſaluatoris frēs dilectiſſimi/deuo
tione fideliſſima ſuſcepturi/totis viribꝰ nos debemꝰ cū
ipſiꝰ adiutorio pparare:⁊ oēs latebras aīe nr̄e diligenter
aſpicere:ne forte ſit in nobis aliqd̄ pctm̄ abſcōditū qd̄ et
cōſciētiā noſtrā cōfundat ac mordeat:⁊ ocl'os diuine ma
Excelſꝰ dn̄s hu milia re ſpicit. ieſtatis offendat. Nā licet chriſtꝰ dn̄s nr̄ poſt paſſionē re
ſurrexerit ⁊ in celū aſcēderit:cōſiderat tn̄ vt credimus et
diligēter attēdit/q̄liter ſe vnuſquiſq; ſeruorū eiꝰ:ſine aua
ritia/ſine ira/ſine ſupbia atq; luxuria:ad celebrādā eiꝰ na
tiuitatē ſtudeat pparare atq; cōponere:⁊ ſm qd̄ vnūquē
q; ornatū bonis moribus viderit:ita illi gratiā ſue miſeri
cordie diſpēſabit. Si em̄ viderit charitatꝭ luce veſtitū iu
ſtitie vl' miſericordie margaritꝭ ornatū: caſtū/humilē/mi
ſericordē/benignū ⁊ ſobriū:ſi talē agnouerit/corpꝰ ⁊ ſan
guinē ſuū ei nō ad iudiciū/ſed ad remediū per ſacerdotū
ſuorum miniſteriū diſpenſabit. Si vero aliquem viderit
adulterū/ebrioſum/cupidū ⁊ ſuperbum:timeo ne hoc il
Mat. xxij. li dicat:qd̄ in euangelio dn̄s ipſe dixit. Amice quō huc in
traſti non habēs veſtē nuptialē? Et (qd̄ dn̄s auertat) fiat
qd̄ ſeq̄tur. Ligate illi manꝰ ⁊ pedes:⁊ ꝓijcite in tenebras
exteriores/vbi eſt fletus ⁊ ſtridor dentiū. Ecce qualē ſen
tētiā in die iudicij excipiet q̄ ſine remedio penitētie ad fe
ſtiuitatem dn̄i vitiorū ſordibus inquinatus acceſſerit. In
natali em̄ dn̄i fratres dilectiſſimi q̄ſi in nuptijs ſpūalibꝰ
ſponſe ſue eccleſie chriſtus adiunctus eſt. Tūc veritas de
terra orta eſt:tunc iuſtitia de celo ꝓſpexit:tūc ꝓceſſit ſpō
ſus de thalamo ſuo:hoc eſt verbū dei de vtero virginali.
Proceſſit em̄ cū ſpōſa ſua ecclia.i.humanā carnē ſuſcepit
Ad iſtas ergo tam ſctās nuptias inuitati:⁊ ad cōuiuium
patris ⁊ filij ⁊ ſpūſſancti intraturi:videte q̄libus indumē
tis debeamus ornari. Et ideo mūdemus quātū poſſumꝰ
cū dei adiutorio corda ſimul ⁊ corpora noſtra:vt celeſtis
ille inuitator/nihil in nobis ſordidū/nihil fedū/nihil ob
ſcurum/nihil oculis ſuis deprehendat indignum. Hec er
go fratres dilectiſſimi:nō trāſitorie/ſꝫ cū ingenti tremo
re debemus attēdere. Inuitati em̄ ſumꝰ ad nuptias vbi
Inuitat aīa ad nuptias nos ipſi ſi bene agimus ſpōſi erimus. Cogitemus ad qua
les nuptias:cōſideremus ad qualē ſpōſum/vel ad quale
cōuiuium inuitati ſumus. Inuitati em̄ ſumus ad mēſam
vbi nō inuenitur cibus hoīm/ſed panis ponit angelorū.
Et ideo videamus ne forte intus in aīa vbi debemꝰ bo
norū operū margaritis ornari:ibi appareamus vitiorū
pānis veteribꝰ inuoluti:⁊ q̄ſi eos qui boni ſunt in oculis
dei caſtitas reddet cādidos:tunc eos q̄ mali ſunt reddat
luxuria ſordidatos. Et ideo quotieſcūq; aut dies natalis
dn̄i:aut relique feſtiuitates adueniūt/ſicut frequenter
admonui ante plures dies:nō ſolū ab infelici cōcubinarū
cōſortio/ſed etiā a proprijs vxoribus abſtinere. Ab omni ira
cūdia alienos vos efficite. Peccata preterita per eleemō
ſynam ⁊ penitentiā redimant:cōtra nullū hoiem odiū in
corde teneat:qd̄ ſolebat vanitas per gulā ꝑdere:incipiat
iuſtitia per miſericordiā pauperibꝰ erogare. Qd̄ luxuria
⁊ gula diſſipauit in mūdo:pietas reponat i celo. Et licet
hoc expediat:vt ſemp eleemoſynas facere debeamꝰ:pre
cipue tn̄ in ſanctis ſolēnitatibus ſm noſtras abūdantias
erogare debemꝰ. Pauperes autē ante oia frequētius ad
cōuiuium reuocemꝰ. Nō em̄ eſt iuſtū/vt in ſancta ſolēni
tate in populo chriſtiano ad vnū dn̄m ptinētes/alij inebriē Opera mie ſua dentur.
tur/alij famis periculo cruciētur. Et nos ⁊ oīs populus
vnius dn̄i ſerui ſumus:vno precio redēpti ſumꝰ:pari con
ditiōe in hoc mūdo intramꝰ:ſimili etiā exitu migraturi
ſumꝰ. Et ſi bene agimꝰ ad vnā beatitudinē pariter venie
mꝰ. Et quare paup tecū nō capiat cibū/q̄ tecū accepturꝰ
eſt regnū? Quare pauper nō accipiat vel veterē tunicam
q̄ tecū recepturꝰ eſt imortalitatis ſtolā? Quare paup non
mereat panē tuū/q̄ tecū meruit accipere baptiſmi ſacra
mentum? Cur indignꝰ eſt accipere reliq̄as ciborū tuorū
q̄ tecū ad cōuiuiū inuitatus eſt angelorū? Audite fratres
audite:nō meū ſed dn̄i cōmune preceptū. Si enim ait in
euangelio. Cū facis prandiū aut cenā noli inuitare diui Luce. xiiij.
tes q̄ te iterū iuitēt ⁊ fiat tibi retributio/ſꝫ voca paupes:⁊
claudos ⁊ beatꝰ eris/q: nō hn̄t vn̄ retribuāt tibi:retribue
tur aūt tibi in retributiōe iuſtorū. Sed dicit aliq̄s. Ergo
amicos aut parētes nō debeo ad cōuiuiū reuocare? Ro
gādi ſunt ⁊ parētes ⁊ vicini/ſꝫ rariꝰ rogādi ſunt:⁊ non ni
mis ſumptuoſa ⁊ delicioſa/ſed tam parca ⁊ ſobria vel ho
neſta illis debēt cōuiuia pparari/vt remaneat vn̄ poſſiūt
pauperes refici:vn̄ poſſit aliq̄d indigētibꝰ erogari:vt cū
dies iudicij venerit/nō cū ipſis q̄ nūc pauperes deſpiciūt
audiamꝰ. Diſcedite a me maledicti in ignē eternū/ſed cū Mat. xxv.
iuſtis ⁊ miſericordibꝰ audire mereamur. Venite bn̄dicti
patris mei ꝑcipite regnū:q: eſuriui ⁊ dediſtis mihi mādu
care:ſitiui ⁊ dediſtis mihi bibere. Simul etiā ad vos illa
vox deſiderabilis dirigat. Euge ſerue bone ⁊ fidelis: q: Ibidem
ſup pauca fuiſti fidelis:ſupra multa te cōſtituā:intra i gau
diū dn̄i tui. Sꝫ vt hec q̄ ſuggeſſimꝰ ſēſibꝰ veſtre charitatꝭ
tenaciꝰ inhereāt:breuiter q̄ dicta ſunt iteramꝰ. Hoc em̄ ad
monuimꝰ frēs vt q: natalis dn̄i iminet/tāq̄ ad nuptiale
⁊ celeſte cōuiuiū ab oī luxuria alieni:⁊ bonis opibꝰ ado
nati/nos ꝑ xp̄i adiutoriū pparemꝰ/eleemoſynas paupe
ribꝰ erogemꝰ/iracūdia vel odiū velut venenū de nr̄is cor
dibꝰ reſpuamꝰ. caſtitatē fideliter ꝯſeruate:ad cōuiuia vr̄a
frequētiꝰ paupes reuocate:ad vigilias maturiꝰ ſurgite i
ecclia ſtātes/aut orate/aut pſallite: vba otioſa aut ſecula
ria nec ipi ꝓferte:⁊ eos q̄ ꝓferre voluerit caſtigate. Pa
cē cū oibꝰ cuſtodite:⁊ q̄s diſcordes agnoſcitꝭ ad cōcordiā
reuocate. Hec ſi fideliter chriſto adiuuāte volueritꝭ imple
re:⁊ in hoc ſeculo ad altare dn̄i cum ſecura conſciētia po
teris accedere:⁊ in futuro ad eternam beatitudinem fe
liciter peruenire:preſtante dn̄o noſtro Ieſu chriſto qui vi
uit ⁊ regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Dn̄ica ante Natale. Marci. I.

¶ Initium ſancti euangelij Ieſu chriſti filij dei
ſicut ſcriptū eſt in Eſaia propheta. Et reliqua.
Homilia venerabilis Bede preſbyteri.

COnferēdum eſt hoc
euangelij Marci principiū principio Mat
thei qui ait. Liber generationis Ieſu chri Collatio initio rū euangelij.
ſti/filij Dauid/filij Abraam: atq; ex vtroq;
vnus deus noſter Ieſus chriſtus/dei ⁊ hominis eſt filius
intelligendus. Et apte primꝰ euāgeliſta filiū hois cū/ſe
cūdus filiū dei noiat:vt a minoribꝰ paulatim ad maiora
ſenſus nr̄ exurgeret/ac ꝑ fidē ⁊ ſacramēta hūanitatꝭ aſſu
pte:ad agnitionē diuine eternitatis aſcēderet. Apte q̄ hu
manā gn̄ationē erat deſcripturꝰ/a filio hois cepit Dauid
vꝫ ſiue Abrae:de q̄r ſtirpe carnis ſubſtātiā aſſupſit. Apte
is qui librū ſuūꝫ ab initio euāgelice ꝑdicationis inchoat

Digitized by Google

bat filiū magis dei appellare voluit dn̄m noſtrū Jeſum
chriſtū:q2 nimirū/⁊ humane erat nature de progenie pa
triarcharum ſiue regū veritatē carnis ſuſcipere:diuine
fuit potentie/euangelium mundo predicare.Euāgeliū
quippe/bonum nuntiū dicitur.Quod aūt melius eſt nū
tium ꝙ penitentiā agite:appropinquabit.eīm regnū celo
rum:Hominis itaq3 eſt/humanit⁹ naſci:dei vero/regni
celeſtis introitū penitētibus predicare.Et ideo Mathe
us recte filiū Dauid nūcupat/quē in carne venientē aſſe
uerat:recte Marcus filiū dei/quam in prima voluminis
ſui fronte auctorē euangelij/⁊ ſponſorem regni deſignat
eterni.Ubi vero notandū ꝙ euangeliſte ſancti/q̄ diſpen
ſationem nobis dn̄ice incarnatiōis ſcriptura relinquere
vno q̄dē ſpiritu accēſi/ad officiū ſcribendi acceſſerūt/ſed
ſm̄ diuerſum narratiōis ſue primordiū:ſinguli diuerſum
ſtatuere terminū.Mattheus nāq3 a natiuitate dn̄ica ex
ordium ſumēs:ad tēpus vſq3 dn̄ice reſurrectionis ſeriem
ſue narrationis ꝑduxit.Marcus ab initio euāgelice ꝑdi
cationis incipiens:ꝑuenit vſq3 ad tēpus aſcēſionis dn̄i:⁊
predicationis diſcipulorū eius cūctis gentibus per orbē.
Lucas a natiuitate ꝑcurſoris inchoans euāgeliū/termi
nauit in aſcēſione dn̄ica:cū redeūtes diſcipuli hieroſoly
mā:aduentū ſancti ſpirit⁹ diuinis in laudibus expectāt.
Joannes ab eternitate ꝟbi dei:per qđ oīa facta ſunt ꝑn
cipiū ſumēs:⁊ ipē ad tēpus vſq3 dn̄ice reſurrectiōis euā
gelizando ꝑtingit.Scripturus ergo euāgeliū Marc⁹ cō
grue primo oīm ponit teſtimonia ꝓphetarū:q̄bus hoc fu
turum iam olim precinebāt:vt cū eo cūctis vera/ac ſine
ſcrupulo dubietatis ſuſcipienda que ſcriberet intimaret
quo hec a ꝓphetis ſancto ſpiritu ipletis antea ꝑſcita/ac
predicta eſſe mōſtraret.Simulq3 vno eodēq3 euāgelij ſui
principio:⁊ iudeos q̄ legē ac ꝓphetas ſuſceperāt:ad ſuſci
pienda etiā euangelij ſacramēta/q̄ ipſorū ꝓphete ꝑdixe
rant inſtituit:⁊ gentiles q̄ per euāgelij ꝑconia ad deū ve
nerant:ad auctoritatē quoq3 legis ⁊ ꝓphetarū ſuſcipien
dam venerādāq3 ꝓuocat:ne ſi quis iuxta hereticos:aut
vetus ſolūmodo teſtamentū:aut ſolūmodo nouū ſuſce
Tex. piſſet:alienus a teſtamēto dei remaneret.¶ Ecce mitto
angelū meū ante faciē tuam:q̄ preparabit viā tuam ante
naſterioꝝ ſunt itelligẽdi:ſꝫ ⁊ oẽs fideles/q̃ vel ꝑuule ſue
domꝰ cuſtodiã gerũt paſtores recte vocant̃/inquãtũ ei
dẽ ſue domui ſolicita vigilãtia ꝑſunt. Et q̇cũq; veſtrum
ſaltẽ vni/aut duobꝰ fratribꝰ q̃tidiano regimine ꝑeſt/pa
ſtoris eiuſdẽ oꝫ officiũ iplere:q: inquantũ ſufficit paſcere
hos verbi dapibꝰ iubet̃. Immo vnuſq̇ſq; fratres q̃ etiaꝫ
priuatꝰ viuere credit̃:paſtoris officiũ tenet/⁊ ſp̃ualẽ pa
ſcit gregẽ:vigiliaſq; noctis cuſtodit ſup illũ/ſi bonorum
actuũ cogitationũq; mũdarũ ſibi aggregãs multitudi
nẽ:hic iuſto moderamine gubernare:celeſtibꝰ ſcriptura
rũ paſcuis nutrire:⁊ ꝑuigili ſolertia ↄtra imũdoꝝ ſpiri
tuũ inſidias ſeruare ↄtẽdit. ¶ Maria aũt ↄſeruabat oĩa Tex.
verba hec cõferẽs in corde ſuo. Maria v̾ginalis pudici
tie iura cuſtodiẽs:ſecreta chriſti q̃ nouerat:nemini diuul Exerci-
gare volebat:ſꝫ ip̃m q̃ñ vellet h̃ ⁊ quõ vellet diuulgari re tiũ ma-
uerẽter expectabat. Ip̃a aũt ſecreta eadẽ ore tacito/vigi rie erga
li tñ corde ſedula ſcrutabat̃. Et h̃ eſt qð ait cõferẽs in cor dominũ
de ſuo. Cõferebat q̇ppe ea q̃ acta videbat his q̃ agenda
legerat. Videbat nãq; ſe pe de ſtirpe Dauid ortã:in Naza
reth de ſp̃uſctõ filiũ dei ↄcepiſſe. Legerat in ꝓpha. Exiet Eſa. xi.
virga de radice ieſſe:⁊ Nazareꝰ de radice eiꝰ deſcẽdet:et
req̇eſcet ſup eũ ſp̃us dñi. Legerat. Et tu Bethleẽ effra micħ. v.
ta ꝑuulꝰ es in milibꝰ Juda:ex te mihi egredietur q̃ ſit dña
tor in iſrl̃:⁊ egreſſus eiꝰ ab initio a diebꝰ eternitatis. Vi
debat ſe i Bethleẽ ꝑpiſſe dñatorẽ iſrl̃:q̃ eternꝰ ex p̃re deꝰ
ante ſcl̃a natꝰ eſt. Videbat ſe v̾ginẽ cõcepiſſe/ꝑpiſſe fi
liũ:⁊ vocaſſe nomẽ eiꝰ Jeſum. Legerat in ꝓphetis. Ecce Eſa. vii.
v̾go cõcipiet ⁊ pariet filiũ:⁊ vocabit̃ nomẽ eiꝰ emanuel
Legerat. Bos cognouit poſſeſſorẽ ſuũ:⁊ aſinꝰ ꝑſepe dñi Eſa. i. a.
ſui. Videbat dñm poſitũ in ꝑſepio/q̃ bos ⁊ aſinꝰ ſolẽt nu
triẽdi aduenire. Meminerat ſibi dictũ ab angelo. Sp̃uſ Luc. i.
ſanctus ſuꝑueniet in te:⁊ virtus altiſſimi obũbrabit tibi:
ideoq; ⁊ qð naſcet̃ ex te ſctm̃/vocabit̃ filiꝰ dei. Legerat
modũ natiuitatis eiꝰ:nõ niſi ãgelo reuelãte potuiſſe co Eſa. liii.
gnoſci/dicẽte Eſaia. Gñationẽ eius q̇s enarrabit: Lege micħ. iiii.
rat. Et tu turris gregis nebuloſa filia ſion vſq; ad te ve
niẽt:⁊ veniet ꝑtãs ꝑma regnũ filie hieruſalẽ. Audiebat
angelicas virtutes/que ſunt filie ſupne ciuitatis/appa
ruiſſe paſtoribus in loco/qui a conuentu pecorũ antiqui
tus turris gregis vocabatur:et eſt vno miliario ad oriẽ
tẽ Bethleẽ:vbi etiã nunc tria paſtorũ illorũ monumẽta
in eccleſia monſtrant̃. Nouerat tunc veniſſe in carne do
minũ/cui vna et eterna eſt cũ patre poteſtas:q̃ regnũ da
ret eccl̃ia/filie ſcꝫ celeſtis hierl̃m. Conferebat ergo bea
ta Maria ea q̃ faciẽda legerat/his q̃ iaꝫ facta cognouit
nõ hec tñ ore ꝓmens/ſed clauſo ſeruãs in corde. ¶ Et Tex.
reuerſi ſunt paſtores/glorificãtes ⁊ laudãtes deũ in oĩbꝰ
que audierãt et viderãt/ſicut dictũ eſt ad illos. Diſcamꝰ
et nos fratres chariſſimi ad cõtẽplationẽ dñice diſpenſa
tionis:q̃ nobis ſubuenire dignatus eſt ſemp/ad agẽdas
beneficijs eiꝰ grãs reuerti. Si em̃ illi ſola adhuc natiui
tate eiꝰ cognita reuerſi ſunt/glorificãtes ⁊ laudãtes deũ
in oĩbꝰ q̃ audierãt ⁊ viderãt:quãto magis oportet nos q̃ Benefi-
totã incarnatiõis illiꝰ ſeriẽ et ordine cognouimꝰ:q̃ ſacra ciũ incar
mẽtis illiꝰ imbuti ſumꝰ/in oĩbꝰ glĩam eius ac laudẽ:non natiõis
ſolũ verbo:ſed etiã factis ꝑdicare. Neq; vnq̃ obliuiſci q̃ ſemp re-
ideo hõ natꝰ eſt/vt nos ad imaginem ⁊ ſimilitudinẽ ſue colẽdũ.

diuinitatis renaſcẽdo reficeret. Ideo baptizat⁹ aq̃: vt ad
noſtroꝝ ablutionẽ ſcelerũ oĩm fluẽta fecũdaret aquaꝝ.
Ideo tẽtatus in eremo: vt vincẽdo tẽtatorẽ nobis vincẽ
di peritiã virtuteꝗ tribueret. Ideo mortuus: vt mortis de
ſtrueret imperiũ. Ideo ſurrexit ⁊ aſcẽdit ĩ celũ: vt nobis
reſurgendi a mortuis/ atqꝫ in celeſtib⁹ perpetuo regnan
di ſpem exemplũqꝫ preberet. Pro quibus ſinguli reuerſi
ad intuitum piiſſime diſpenſationis eius: glorificem⁹ et
laudemus ipſum deũ/ ac dñm noſtrũ Ieſum chriſtũ: qui
viuit ⁊ regnat cũ patre in vnitate ſpiritusſancti/ per oĩa
ſecula ſeculorum. Amen.

¶ In die ſancto. Ioannis. I.

¶ In principio erat ṽbum et verbũ erat apud
deum: et deus erat verbum: hoc erat in principio
apud deum. Omnia per ipſum facta ſunt: ⁊ ſine
ipſo factum eſt nihil. Quod factum eſt in ipſo vi
ta erat: ⁊ vita erat lux hominum: ⁊ lux in tenebris
lucet: ⁊ tenebre eũ nõ cõprehenderunt. Fuit ho
mo miſſus a deo: cui nomen erat Ioannes. Hic
venit in teſtimoniũ: vt teſtimoniũ ꝑhiberet de lu
mine. Et reliq̃. Homilia venera. Bede p̃ſbyteri.

Via temporalem me/
diatoris dei ⁊ hoim/ hois Ieſu chriſti natiuita/
tẽ que hodierna die facta eſt/ ſanctorũ verbis
euãgeliſtarũ/ Matthei vꝫ ⁊ Luce manifeſtatã cogno/
uimus. Libet etiã de verbi. i. diuinitatis ei⁹ eternitate:
Ioãnis euãgeliſte laus. Io. xxi. in qua patri manet ſemper equalis beati Ioannis dicta
perſcrutari: qui ſingularis priuilegio meruit caſtitatis:
vt ceteris alti⁹ ſcripture cõditorib⁹/ diuinitatis ipſi⁹ ca/
peret ſimul ⁊ patefaceret arcanũ. Neqꝫ eñ fruſtra in ce/
na ſupra pect⁹ dñi Ieſu recubuiſſe ꝑhibet᷑: ſed ꝑ hoc typi
ce docet᷑: q: celeſtis hauſtũ ſapiẽtie ceteris excellenti⁹ de
ſcriſſimo eiuſdẽ pectoris fõte potauerit. Vñ ⁊ merito in
figura q̃tuor aialiũ aq̃le volãti cõpat᷑. Cũctis q̃ppe aui/
bus aq̃la celſius volare/ cũctis animãtib⁹ clari⁹ ſolis ra/
diis ĩfigere cõſueuit obtut⁹. Et ceteri euãgeliſte q̃ſi ĩ ter
ra ambulãt cũ dño: q̃ tpalẽ ei⁹ gn̄ationẽ pariter ⁊ tẽpora
lia facta ſufficiẽter exponẽtes/ pauca de diuinitate dixe/
rũt. Hic aũt q̃ſi ad celũ volat cũ dño: q̃ ꝑpauca de tẽpora
lib⁹ ei⁹ actis ediſſerẽs/ eternã diuinitatis ei⁹ potẽtiã/ per
quã oĩa facta ſunt/ ſublimi⁹ mẽte volãdo ⁊ lympidi⁹ ſpe/
culãdo cognouit/ ac nobis cognoſcẽda ſcribẽdo cõtradi
dit. Ergo alii euãgeliſte chriſtũ ex tẽpore natũ deſcribũt/
Tex. Ioãnes eũdẽ in p̃ncipio fuiſſe teſtat᷑ dicẽs. ¶ In princi/
pio erat verbũ. Alii iter hoies eũ ſubito apparuiſſe cõme
Tex. morãt/ ille ipm apd̃ deũ ſemꝑ fuiſſe declarat dicẽs. ¶ Et
verbũ erat apud deũ. Alii ṽo verũ hoiem/ ille verũ cõfir
Tex. mat eſſe deũ dicẽs. ¶ Et de⁹ erat ṽbũ. Alii hoieꝫ cũ apd̃
hoies tpalr̃ cõuerſatũ: ille deũ apd̃ deũ ĩ p̃ncipio manẽtẽ
Tex. oñdit dicẽs. ¶ Hoc erat ĩ p̃ncipio apd̃ deũ. Alii magna/
lia q̃ in hoie geſſit ꝑhibẽt: ille qd̃ oẽm creaturã viſibilẽ et
Tex. inuiſibilẽ ꝑ ipm de⁹ pr̃ fecerit oñdit dicẽs. ¶ Oia ꝑ ip̃m
facta ſunt/ ⁊ ſine ip̃o factũ eſt nihil ⁊c. Et mire btũs Ioã
nes in initio euãgelii ſui/ de diuinitate ſaluatoris ⁊ fidẽ
recte credẽtiũ ſublimiter ĩbuit: ⁊ hereticoꝝ ꝑfidiã poten
Hereſes euellũt᷑. ter exuperat. Fuere nãqꝫ heretici q̃ dicerẽt. Si ĝnat⁹ eſt
chriſt⁹/ erat tp̃s q̃ñ ille nõ erat. Quos p̃mo ſermõe redar
guit cũ ait. In p̃ncipio erat verbũ. Neqꝫ vero ait. In prĩ/
cipio cepit verbũ eſſe: vt vꝫ eũ nõ ex tẽpore ortũ/ ſed in
exortu tẽporũ exiſtẽtẽ: ac ꝑ hoc ſine vllo tpis initio de pr̃e
Prouer. viii. natũ mõſtraret: iuxta qd̃ ip̃e loquit᷑ ĩ ꝓuerbiis. Dñs poſ/
ſedit me ab initio viaꝝ ſuaꝝ/ anteq̃ꝫ quicq̃ꝫ faceret a prin
cipio/ ab eterno ordinat⁹ ſum. Itẽ fuerũt heretici: q̃ tres
ſcrẽ trinitatis ꝑſonas eſſe negãtes dicerẽt. Idẽ deus q̃ñ
vult pr̃ eſt/ q̃ñ vult fili⁹ eſt/ q̃ñ vult ſpũſſctũs eſt: ip̃e tamẽ
vn⁹ eſt. Quoꝝ deſtruẽs errorẽ ſubiungit. Et verbũ erat
apud deũ. Si eñ alius apud aliũ erat/ duo ſunt profecto
pater ⁊ fili⁹: ⁊ non ipſe vn⁹/ modo pr̃/ mõ fili⁹/ mõ etiam
ſpũſſanctus: quaſi mutabilis ſit diuine ſubſtantie natu/
ra/ cũ apertiſſime Iacob⁹ dicit apoſtolus. Apud quẽ nõ Iaco. i.
eſt trãſmutatio/ nec viciſſitudinis obũbratio. Item fue/
re quidã praui dogmatis autores: qui chriſtũ hominem
tm̃ cõfitẽtes/ deũ prorſus eſſe nõ crederẽt: q̃s ↄ̃tra oppu
mit cũ ait. Et de⁹ erat verbũ. Fuere alii: q̃ deũ q̃dẽ illum/
ſed ex tpe incarnatiõis factũ/ nõ aũt eternũ ãte ſecl'a na/
tũ a pr̃e putarũt: vñ q̃dã taliũ dixiſſe cõmemorãt. Nõ in/
Errores circa incarnationem. uideo chriſto deo facto: q̃ñ ⁊ ego ſi volo/ poſſũ fieri ſm̃
ipſum. Et hoꝝ nefandã refellit ſñiam euãgeliſta cũ ait:
Hoc erat in p̃ncipio apud deũ. i. hoc verbũ qd̃ de⁹ eſt nõ
ex tẽpore cepit/ ſed in p̃ncipio inq̃t erat verbũ: de⁹ apud
deũ. Itẽ fuere veritatꝭ inimici: q̃ chriſtũ ⁊ ãte partũ virgi
nis fuiſſe iã nõ negarẽt: nõ tñ natũ ex pr̃e deũ/ ſed factũ a
pr̃e: ⁊ ideo minorẽ pr̃e/ q: creaturã crederẽt. Et iam hos
dãnat euãgelic⁹ ſermo q̃ dicit. Oia ꝑ ipſum facta ſunt: et
ſine ipſo factũ eſt nihil. Si eñ nihil creaturarũ ſine ipſo
factũ eſt: patet ꝓfecto/ q: ipſe creatura non eſt/ ꝑ quẽ oĩs
creatura facta eſt. Et ne quis audiẽs factã ꝑ dñm creatu
rã/ mutabilẽ eius crederet volũtatẽ: q̃ſi qui ſubito vellet
facere creaturã quã ab eterno nũq̃ꝫ ante feciſſet: manife
ſte docet euãgeliſta/ factã quidẽ ĩ tpe creaturã: ſꝫ in eter/
na creatoris ſapiẽtia/ q̃ñ ⁊ q̃lis crearet᷑ ſemꝑ eſſe diſpoſi/
tũ. Et hoc eſt qd̃ ait. ¶ Qd̃ factũ eſt in ip̃o vita erat. i. qd̃ Tex.
factũ in tẽpore/ ſiue viuũ/ ſiue vita carẽs apparuit omne
hoc in ſpũali factoris rõne/ q̃ſi ſemꝑ vixerat ⁊ viuit. Non
q: coeternũ eſt creatori qd̃ creauit/ ſed quia coeterna eſt
illa ratio volũtatis ſue: in qua habuit ab eterno et habet
quid ⁊ q̃ñ crearet/ q̃liter creatũ gubernet et vt maneat/ ad
quẽ ſinẽ ſingula que creauit perducat. Sequit᷑. ¶ Et vi Tex.
ta erat lux hominũ. Quo verbo apertiſſime docet᷑ q̃ ip̃a
vitalis ratio ꝑ quã oĩa diſpoſita ſunt ⁊ regunt᷑: nõ omnẽ
creaturã/ ſed rationalẽ tm̃ vt ſapere poſſet illuminat. Ho
mines nãqꝫ qui ad imaginẽ dei facti ſũt: percipere ſapiẽ/
tiã poſſunt/ animalia cetera nõ poſſũt. Sed ⁊ aialis qui/
cumqꝫ eſt homo nõ percipit ea q̃ ſunt ſpũs dei. Vñ bñ cũ
dixiſſet: ⁊ vita erat lux hominũ: ſubiũxit ⁊ de his qui ab
humane cõditiõis honore ꝓcul recedẽtes: cõparati ſunt
iumẽtꝭ inſipiẽtib⁹ ⁊ ſimiles facti ſunt illis: atqꝫ ideo recte
veritatis lumine priuant᷑. ¶ Et lux in tenebris lucet: ⁊ te Tex.
nebre eã nõ cõprehẽderũt. Lux quippe hoim eſt chriſtus
quia oĩa que illuminari merent᷑ corda hoim/ ſue p̃ſentia
cognitiõis illuſtrat. Tenebre aũt ſtulti ſunt ⁊ iniqui: q̃rũ
ceca p̃cordia lux eterne ſapiẽtie qualia ſint manifeſte co
gnoſcit: q̃uis ip̃os radios eiuſdẽ lucis nequaq̃ꝫ per itel/
ligẽtiã capere poſſint: veluti ſi quilibet cec⁹ iubare ſolis
obfundat᷑/ nec tñ ip̃e ſolẽ cui⁹ lumine ꝑfundit᷑ aſpicit. Sꝫ Laus
nec tñ tales oĩno ſupna pietas deſpexit: verũ medelã eis Ioãnis
ſalutis q̃ ad vidẽdã lucẽ ꝑuenire poſſent adhibuit. Ipſa baptiſte
lux inuiſibilis/ ip̃a dei ſapiẽtia carne ĩ q̃ videri poſſet idũta
eſt: q̃ in hois habitu apparẽs/ ⁊ loq̃ns hoib⁹ paulati fide
purificata coꝝ corda/ ad cognitionẽ ſue diuine viſionis
ꝑueheret. Miſſus eſt ãte illũ hõ magni meriti: cui⁹ teſti
monio pararent᷑ oẽs ad audiẽdũ mox vt appareret ipſa
dei ſapiẽtia/ ad vidẽdũ ſolẽ iuſtitie nube iã corporis tectũ. i.
ad vidẽdũ audiẽdũqꝫ hoiem/ q̃ de⁹ eẽt plenũ gr̃e veritatꝭ.
¶ Fuit inq̃t hõ miſſus a deo/ cui nomẽ erat ioãnes. Hic Tex.
venit in teſtimoniũ/ vt teſtimoniũ ꝑhiberet de lumine/ vt
oẽs crederẽt ꝑ illũ. Nõ ait/ vt oẽs crederẽt in illũ. Male/
dict⁹ eñ hõ q̃ cõfidit in hoie/ ⁊ ponit carnẽ brachiũ ſuũ:
ſed vt oẽs crederẽt ꝑ illũ/ hↄ eſt ꝑ illi⁹ teſtimoniũ crederẽt
in lucẽ: quã necdũ videre nouerãt/ dñm vꝫ Ieſum chri/
ſtũ: q̃ de ſeipſo teſtat᷑. Ego ſũ lux mũdi/ qui ſequit᷑ me nõ Ioãnis
ãbulat in tenebris/ ſꝫ habebit lumẽ vite. Sequit᷑. ¶ Nõ viii.
erat ille lux/ ſꝫ vt teſtimoniũ ꝑhiberet de lumine. Erat lux Tex.
vera q̃ illuminat oẽm hoiem veniẽtẽ ĩ hũc mũdũ. Et ſcri
quidẽ hoies lux ſunt vocati: dicẽte ad eos dño. Vos eſtis
lux mũdi. Et ap̃lo Paulo. Fuiſtis aliq̃ñ tenebre/ nũc aũt Mat. v.
lux ĩ dño. Sꝫ multũ diſtat inter lucẽ q̃ illuminat᷑/ ⁊ lucẽ q̃ Eph. v.

Digitized by Google

illuminat.i.inter eos q̄ ꝑticipatiōe ꝟe lucis accipiūt vt lu
ceāt/⁊ ipam lucē ꝑpetuā:q̄ nō ſolū lucere in ſeipa/ſʒ ſua
pn̄ſentia qſcūqꝫ attigerit illuſtrare ſufficit. Ad cuiꝰ vere lu
cis cōparationē:nō tm̄ minores q̄libet electi/verūetiam
ipē Joānes:q̄ maior iter natos mulierū non ſurrexit/lux
nō eſſe aſſerit:vt vcʒ chriſtꝰ nō eē qȯ putabat mōſtraret.
Joā.v. Ille em̄ vt ſcriptū eſt: erat lucerna ardēs ⁊ lucēs. Ardēs
ſcilicet fide ⁊ dilectiōe:⁊ lucēs ꝟbo ⁊ actione. Gratiā ve
ro lucis peccatorībꝰ infundere/ſoliꝰ eſt eiꝰ de quo dicit.
Erat lux vera q̄ illuminat omnē hominē veniētē in hunc
mūdū. Omnē vcʒ qui illuminat/ſiue naturali ingenio/
ſiue ſapientia diuina. Sicut enim nemo a ſeipſo eſſe. ita
etiā nemo a ſeipſo ſapiēs eſſe pōt ſed illo illuſtrante/de q̄
Eccli.j. ſcriptū eſt. Ois ſapientia a dn̄o deo eſt. Cuius vtraqꝫ na
turā ⁊ diuinā.ſ.qua ſemper vbiqꝫ totꝰ manet: ⁊ humanā
ex qua in tēpore natꝰ loco incluſo aperuit:conſequenter
Tex. deſcribit euāgeliſta dicēs. ¶ In mūdo erat ⁊ mūdus ꝑ
ipm factꝰ eſt:⁊ mūdus eū nō cognouit. In ꝓpria venit ⁊
ſui eū nō receperūt. In mūdo quippe erat/⁊ mūdus per
ipſum factus eſt:q: deꝰ erat:q: totꝰ vbiqꝫ/q: ſue preſentie
maieſtatꝭ ſine labore regēs/⁊ ſine onere cōtinēs qȯ fecit.
Et mūdus eū nō cognouit:q: lux in tenebris lucet/et te-
nebre eā nō cōphēderūt. Mūdū nāqꝫ dicit h̄ loco hoīes
Tex. mūdi amore deceptos/atqꝫ iherēdo creature ab agnoſcē
da creatoris ſue maieſtate reflexos. ¶ In ꝓpria venit:q:
in mūdo ꝑ quē diuinitatē fecit/ꝑ hūanitatē apparuit. In
ꝓpria venit:q: in gente iudea/quā ſibi pre ceteris natio-
Obſti- nibꝰ ſpeciali gratia copulauerat/icarnari dignatꝰ eſt. In
natio he mūdo ḡ erat:⁊ in mundū venit. In mūdo erat ꝑ diuinita
breorum tē:in mūdū venit ꝑ incarnationē. Venire q̄ppe vel abire
dānatur humanitatis eſt/manere diuinitatis. Quia ḡ cū in mun
do eſſet ꝑ diuinitatē/mūdꝰ eū nō cognouit:dignatꝰ eſt ve
nire in mūdū ꝑ hūanitatē/vt vel ſic mūdus eū cognoſce
ret. Sed videamꝰ q̄d ſequit. In ꝓpria venit: ⁊ ſui eū nō
receperūt. Quē em̄ in potētia deitatis cuncta creantē/re
gentēqꝫ nō cognouerāt/ipm in carnis infirmitate mira-
culis coruſcantē recipere noluerūt. Et qȯ eſt grauiꝰ/ſui
eū nō receperūt/hoīes.ſ.quos ipſe creauit/iudei q̄s pecu
liarē ſibi elegerat i plebē/q̄bꝰ ſui cognitiōis reuelauerat
arcanū:q̄s mirificis patrū glorificauerat actis:q̄bꝰ ſue le
gis doctrinā cōtulerat/ex q̄bꝰ ſe incarnādū ꝓmiſerat:⁊ i
q̄bꝰ ſe incarnatū vt ꝓmiſerat oñdit:ipi eū recipere veniē
tē ex magna pte recuſarūt. Neqꝫ em̄ eū oēs recuſarūt:alio
q̄n nullꝰ eēt ſaluus/⁊ ſupuacua eſſet eiꝰ incarnatio. Nūc
aūt multi eū ex vtroqꝫ ꝑplo nō credēdo reſpuerūt:multi
Tex. credēdo receperūt:de q̄bꝰ euāgeliſta ꝯſeq̄nter iſinuat di
cens. ¶ Quotq̄t aūt receperūt eū dedit eis ꝑtātē filios
dei fieri/his q̄ credūt i noīe eiꝰ. Cōſideremꝰ fr̄es chariſſi-
mi q̄nta gr̄a redemptorꝭ nr̄i/ꝙ magna ſit multitudo dul
cedinis eiꝰ. Unicꝰ ex pr̄e natꝰ eſt:⁊ noluit remanere vnꝰ
Gētiliū Deſcēdit ad terrā/vbi fr̄es ſibi q̄bus regnū pr̄is ſui dare
pietas poſſet/acq̄reret. Deꝰ ex deo natꝰ eſt:⁊ noluit dei filius tm̄
oſtendit manere. Hoīs q̄qꝫ filiꝰ fieri dignatꝰ eſt/nō amittēs quod
erat:vt ꝑ h̄ hoīes i dei filios trāſferret/glieqꝫ ſue faceret
coheredes/q̄ qȯ ipē ſꝑ habebat ꝑ naturā/inciperēt hr̄e ꝑ
Aba.ij. grā. Cōſideremꝰ q̄nta eſt ꝟtꝰ fidei/cuiꝰ merito dat ꝑtās
hoībꝰ filios dei fieri. Vn̄ bn̄ ſcriptū eſt:q: iuſtꝰ ex fide viuit
Viuit em̄ iuſtꝰ ex fide/nō illa q̄ labiorū tm̄ cōfeſſiōe ꝓfer
tur ſʒ ea q̄ ꝑ dilectionē operat. Alioq̄n fides ſi nō habeat
opa mortua eſt i ſemetipa. Nullꝰ ſeipm deſpiciat/nullꝰ de
ſua ſalute deſpet. Curramꝰ oēs/curramꝰ ⁊ nos ſinguli:vt
q̄ eramꝰ lōge/mereamur fieri ꝓpe in ſanguine chriſti. Vi
deamꝰ qȯ d̄r:q: q̄tq̄t receperūt eū dedit eis ꝑtātē filios dei
Actu.x. fieri. Quotq̄t inq̄t receperūt. Nō eſt em̄ ꝑſonarū acceptor
deꝰ ſed in oī gente q̄ timet deū ⁊ operat iuſtitiā/acceptꝰ
eſt illi. Quo aūt ordine credentes filij dei poſſint fieri:et
quātū hec generatio a carnali diſtet/ſubſecutꝰ euāgeliſta
Tex. deſignat. ¶ Qui nō ex ſanguinibus inq̄t:neqꝫ ex volūta
te carnis:neqꝫ ex volūtate viri:ſed ex deo nati ſunt. Car-
nalis q̄ppe noſtra ſingulorꝫ generatio ex ſanguinibus.i.

ex natura maris ⁊ femine a cōplexu cōiugij duxit origi-
nē. At ꝟo ſpūalis gn̄atio ſpūſſancti gr̄a miniſtratur:quā
dn̄s a carnali diſtinguēs ait. Niſi q̄s renatꝰ fuerit ex aq ⁊
ſpūſctō/nō pōt introire regnū dei. Qȯ natū eſt ex carne Jo.iij.
caro eſt:⁊ qȯ natū eſt ex ſpū/ſpūs eſt. Verum ne q̄s hoīm Ibidem
dubitet/filiū ſe dei ⁊ coheredē chriſti poſſe fieri/dat exem
plū euāgeliſta:q: ⁊ ipſe filiꝰ dei hō fieri/⁊ inter homines
habitare dignatꝰ eſt:vt humane ꝑticeps exiſtēdo fragili
tatis/hoīes diuine ꝟtutꝭ ſue donaret eſſe ꝑticipes. ¶ Et Tex.
verbū caro factū eſt/⁊ habitauit in nobis. Qȯ eſt dicere:
⁊ filius dei hō factꝰ eſt:⁊ inter hoīes cōuerſatꝰ eſt. Solet
nāqꝫ ſcriptura mō aīe:mō carnis vocabulo totū deſigna
re hoīem. Aīe vcʒ vt ſcriptū eſt:q: deſcēdit Jacob in Egy Gene.
ptū in aīabꝰ ſeptuaginta. Carnis vero vt rurſus ſcriptū xlvj.
eſt. Et videbit oīs caro ſalutare dei. Neqꝫ em̄ vel aīe ſine Lu.iij.
corporibꝰ ⁊ i Egyptū deſcēdere:vel caro ſine aīa videre ali
q̄d pōt. Sed hic ꝑ animā totꝰ homo/ibi ſignatur per car
nē. Sic ḡ h̄ loco q̄ d̄r:⁊ verbū caro factū eſt:nihil aliud de
bet intelligi ꝙ ſi diceret:⁊ deꝰ hō factꝰ eſt/carnē vcʒ indu
endo ⁊ aīam. Ut ſicut q̄ſqꝫ nr̄m vnus hō conſtat ex carne
⁊ anima:ita vnus ab incarnatiōis tēpore chriſtꝰ ex diuini Gloria
tate carne ⁊ anima cōſtet/deꝰ ab eterno in eternū exiſtēs vnigeni
verus vt erat/hominē ex tpe aſſumens in vnitatē ſue ꝑſo ti que ſit
ne verū quē nō habuerat. Sequit. ¶ Et vidimus gloriā oſtēdit.
eiꝰ/gl̄iam quaſi vnigeniti a pr̄e/plenū gr̄e ⁊ veritatꝭ. Glo
riā chriſti quā āte incarnationē videre nō poterāt hoīes Tex.
poſt icarnationē viderūt/aſpiciētes humanitatē miracu
lis refulgentē:⁊ intelligētes diuinitatē intus latitantē il
le maxime q̄ ⁊ eius claritatē āte paſſionē trāſfigurati in
mōte ſctō/cōtēplari meruerūt voce delapſa ad eū huiuſce
modi a magnifica gloria. Hic eſt filiꝰ meus dilectus/in q̄
mihi bene cōplacui. Et poſt paſſionē/reſurrectionis/aſcē
ſioniſqꝫ ipſiꝰ gloria cōſpecta/ſpūs eius dono mirifice do-
no ſunt refecti. Quibus oībus manifeſte cognouerunt
ꝙ hmōi gloria nō cuilibet ſanctorꝫ ſed illi ſoli homini qui
eſſet in diuinitate vnigenitꝰ a pr̄e cōueniret. Qȯ aūtē ſe
quit. ¶ Plenū gr̄e ⁊ veritatis. Gr̄a plenꝰ erat idē homo Tex.
chriſtus Jeſus/cui ſingulari munere pre ceterꝭ mortalibꝰ
datū eſt:vt ſtatim ex q̄ i vtero virginis concipi/et hō fieri
inciperet:verꝰ eſſet ⁊ deꝰ. Vn̄ ⁊ eadē glioſa ſemper virgo
Maria:nō ſolū hoīs chriſti/ſed ⁊ dei genitrix recte credē
da ⁊ cōfitenda eſt. Idē veritate plenus erat ⁊ eſt/ipſa vcʒ
verbi diuinitate q̄ hominē illū ſingulariter electum/cum
quo vna chriſti ꝑſona eſſet aſſumere dignata eſt:nō aliq̄d
ſue diuine ſubſtātie (vt heretici volūt) in faciēdā hoīs na
turā cōmutās:ſed ipa apud patrē manēs/totū qȯ erat/to
tā de ſemine Dauid naturā veri hoīs quā nō habebat ſu
ſcipiēs. Unde oportet fratres chariſſimi:vt q̄ humanā re
demptoris noſtri natiuitatē hodie annua deuotiōe reco
limus ⁊ diuinā pariter et humanā eius naturā/nō ānuo
ſed cōtinuo ſemper amplectamur amore/diuinā ꝑ quam
creati ſumꝰ cū nō eſſemꝰ/humanā ꝑ quā recreati ſumꝰ cū
perditi eſſemꝰ. Et q̄dē diuina conditoris nr̄i virtus ſine
aſſumptiōe hūanitatis/nos recreare erat idonea:huma Memo
na aūt eiuſdē redēptoris nr̄i infirmitas/ſine aſſumēte ſe ria ſalu-
et habitāte in ſe et operante ꝑ ſe diuinitate:nos recreare tis inge-
nequit. Atqꝫ ideo verbū caro factū eſt.i.deus hō factus ritur.
eſt:⁊ habitauit i nobis:vt ꝑ cognatū hoīs habitū nobis
cōſeruādo cōgruere/nos alloq̄ndo inſtruere/nobis viuē
di viā ꝓbere/ꝓ nobis cōtra hoſtē cōfligere/nr̄am mortem
moriendo ac reſurgendo poſſet deſtruere/ꝑ coeternā ve
ro patri diuinitatem nos interiꝰ viuificādo ad diuina ſu-
ſtolleret. remiſſionem nobis pctōꝝ pariter et ſpūſſctī do-
na cōcederet. Et poſt bonorū ꝑfectionem operū:nō ſolū
nos ad videndū gl̄iam clarificate ſue ꝑduceret hūanita
tis:ſed et incōmutabilem nobis eſſentiā ſue diuine maie
ſtatis oſtenderet:in qua viuit et regnat cū patre in vnita
te ſpūſſancti:per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

¶ De eodē feſto. Sermo ſctī Iſidori

Digitized by Google

NAtalis domini dies ea de causa a patribus votiua solẽnitate institutus est: q2 in eo christus ꝓ redẽptione mũdi nasci corporaliter voluit/ꝓdiens ex virginis vtero q̃ erat in patris imperio. Cuius suscepte carnis causa hec est.
Ratio natalis dñici.
Post q̃ em̃ inuidia diaboli/parẽs ille primus seduct⁹ vaniter cecidit/cõfestim exul ⁊ perdit⁹ in omni genere suo radicẽ malitie/⁊ peccati traduxit/crescebatq3 in malũ vehemẽti⁹ oẽ gen⁹ humanũ/diffusis vbiq3 sceleribus ⁊ qđ est nequius omniũ cultib⁹ idolorũ. Volẽs ergo deus terminare pctm̃: consuluit verbo/lege/ꝓphetis/signis/plagis/ꝓdigijs. Sʒ cũ nec sic q̃dẽ errores suos admonitus agnosceret mũdus/misit deus vnigenitũ filiũ suũ vt carnẽ indueret/⁊ hoibus appareret/⁊ peccatores sanaret. Qui ĩõ in hoiem venit: q2 p semetipm̃ ab hoib⁹ cognosci nõ potuit. Ut aũt videret: vbũ caro factũ est/assumẽdo carnẽ/nõ mutatũ in carnẽ. Assumpsit em̃ hũanitatẽ/non amisit diuinitatẽ. Ita idẽ de⁹ ⁊ idẽ hõ/i natura dei eq̃lis pr̃i/in natura hois factus est mortalis in nobis. Pro nobis em̃ de nobis manẽs qđ erat: suscipiẽs qđ nõ erat/vt liberaret qđ fecerat. Hec est ğ dñice natiuitatis magna solẽnitas/hec est diei hui⁹ noua ⁊ gloriosa festiuitas/aduẽtus dei factus ad hoies. Itaq3 dies iste pro eo q2 i eo christus natus est/natalis dicit. Queq3 ideo obseruare p reuolutum circulũ anni festa solẽnitate debemus: vt in memoriã reuocetur q2 natus est christus/qui viuit ⁊ regnat in secula seculorum. Amen.

¶ De eodẽ festo. Ser. beati Leo. pa.

SAluator noster dilectissimi hodie nat⁹ est/gaudeamus. Neq3 enim fas est locũ esse tristitie/vbi natalis est vite: que cõsumpto mortalitatis timore/ingerit nobis de ꝓmissa eternitate letitiã. Nemo ab huius alacritatis participatione secernit. Una cunctis letitia/cõis est ratio: q2 dñs nr̃ peccati mortisq3 destructor: sicut nullũ a reatu liberũ reperit/ita liberãdis oibus venit. Exultet sanctus: quia ꝓpinquat ad palmã. Gaudeat pctõr: q2 inuitat ad veniã Animetur gẽtilis: quia vocatur ad vitã. Dei nãq3 filius ꝯm plenitudinẽ tẽporis/quã diuini cõsilij iscrutabilis altitudo disposuit/recõciliãdũ auctori suo naturã generis assumpsit humani: vt inuẽtor mortis diabol⁹ ꝑ ipsam quã vicerat vinceret. In q̃ cõflictu ꝓ nobis inito magno ⁊ mirabili equitatis iure certatũ est/dũ omnipotẽs dñs cum seuissimo hoste: nõ in sua maiestate: sed in nr̃a humilitate cõgredit: obijciẽs ei candẽ formã eãdẽq3 naturam mortalitatis quidẽ nr̃e participẽ: sed pcti toti⁹ expertẽ.
Job. xv.
Alienũ q̃ppe ab hac natiuitate est: qđ de oibus legit. Nemo mũdus a sorde/nec infans cuius est vni⁹ diei vita sup terram Nihil in istã singularẽ natiuitatẽ de carnis cõcupiscẽtia trãsiuit/nihil de pcti lege manauit. Uirgo regia dauidice stirpis/q̃ sacro grauidãda fetu/diuinã humanãq3 ꝓlẽ prius cõciperet mẽte q̃ corpe. Et ne superni ignari cõsilij ad inusitatos paueret affect⁹/qđ in ea operãdum erat a spũscrõ/colloq̃o discit angelico: nec dãnũ credit pudoris dei genitrix mox futura. Cur em̃ de cõceptiõis nouitate desperaret/cui efficiẽtia de altissimi ṽtute ꝓmitit: Cõfirmat credẽtis fides etiã precurris attestatiõe miraculi/donaturq3 Helisabet inopinata fecũditas: vt q̃ cõceptũ dederat sterili/daturus nõ dubitaret ⁊ virgini.
Mysteriũ incarnatiõis festiue narrat.
Uerbũ igit dei/de⁹ fili⁹ dei: q̃ in principio erat apud deũ/ꝑ quẽ oĩa facta sunt: ⁊ sine eo factũ est nihil/ꝓpter liberãdũ hoiem ab eterna morte fact⁹ est hõ/ita se ad susceptionẽ hũilitatis nr̃e sine diminutiõe sue maiestatis iclinãs: vt manẽs qđ erat/assumẽsq3 qđ nõ erat/verã serui formã ei forme i qua deo pr̃i est eq̃lis vniret: ⁊ tãto federe naturã vtrãq3 cõsereret: vt nec inferiorẽ cõsumeret glificatio/nec superiorẽ minueret assũptio. Salua igit ꝓprietate vtriusq3 substãtie/⁊ in vnã coeũte psonã: suscipit a maiestate hũilitas/a ṽtute infirmitas/ab eternitate mortalitas: ⁊ ad depẽdẽdũ cõditiõis nr̃e debitũ/natura inuiolabilis nature est vnita passibili: deusq3 ver⁹ hõ/ver⁹ in vnitate deũ tpat: vt qđ nr̃is remedijs cõgruebat/vn⁹ atq3 idẽ dei hoĩmq3 mediator: ⁊ mori posset ex vno ⁊ resurgere posset ex altero. Merito ṽginee integritati nihil corruptiõis intulit part⁹ salutʒ q2 custodia pudoris fuit editio ṽitatis. Talis ğ dilectissimi natiuitas decuit dei virtutẽ/⁊ dei sapiẽtiã christũ: qua nobis ⁊ hũanitate cõgrueret/⁊ diuinitate pcelleret. Nisi eĩ eẽt de⁹ ver⁹/nõ afferret remediũ: nisi eẽt hõ ver⁹ nõ preberet exẽplũ. Ab exultãtib⁹ ãgelis nascẽte dñno: glia in excelsis deo canit: ⁊ pax i terra bone volũtatʒ hoib⁹ nũtiat.
Angelici gaudij ratio.
Uidẽt em̃ celestẽ hierlm ex oib⁹ mũdi gẽtib⁹ fabricari: de q̃ ienarrabili diuine pietatis opere: quãtũ letari dʒ hũilitas hoim/cũ tm̃ gaudeat sublimitas angelorũ. Agam⁹ ğ grãs dilectissimi deo pr̃i ꝑ filiũ ei⁹ i spũscrõ: q̃ ꝓpter multã miaʒ suã q̃ dilexit nos/miser⁹ est nr̃i.
Ephe. ij.
Et cũ essem⁹ mortui pctis/cõuiuificauit nos i christo: vt essem⁹ i ipo noua creatura nouũq3 figmẽtũ. Deponam⁹ ğ veterẽ hoiem cũ actib⁹ suis: ⁊ adepti pticipatiõe gñationis christi/carnis renũtiem⁹ opib⁹. Agnosce christiane dignitatẽ tuã: ⁊ diuine cõsors fact⁹ nature/noli i veterẽ vilitatẽ degeneri cõuersatiõe recedere. Memẽto cui⁹ capitʒ ⁊ cui⁹ sis corpis mẽbrũ reminiscere: q2 erut⁹ de ptãte tenebrarũ: trãslat⁹ es i dei lumẽ ⁊ regnũ. Per baptismatis sacramẽtũ sctĩ spirit⁹ fact⁹ es tẽplũ. Noli tm̃ habitatorẽ prauis de te actib⁹ effugare: ⁊ diaboli te iterũ seruituti subijcere: quia pciũ tuũ sanguis est christi: q2 veritate te iudicabit/qui misericordia te redemit/Jesus christus dominus noster.

¶ De eodem festo. Ser. bti Leo. pa.

EXultemus in domino dilectissimi/⁊ spũali iocũditate letemur q2 illuxit dies redẽptiõis noue/reparatiõis antiq̃/felicitatʒ eterne. Repat ei nobis salutis nr̃e ãnua reuolutiõe sacramẽtũ ab initio ꝓmissũ/i fine redditũ/sine fine mãsurũ. In q̃ dignũ est nos sursũ erectis cordib⁹ diuinũ adorare mysteriũ: vt qđ magno dei munere agit/magnis ecclie gaudijs celebret. De⁹ ei ops ⁊ clemẽs/cui⁹ natura bonitas/cui⁹ volũtas potẽtia/cui⁹ op⁹ mia est: statim vt nos diabolica malignitas/veneno sue mortificauit iuidie/ꝑ pata renouãdis mortalib⁹/pietatʒ sue remedia iter mũdi primordia ꝑsignauit denũtiãs s peti futurũ semẽ mulierʒ/qđ noxij capitʒ elatiõnẽ sua ṽtute cõtereret/christũ. S. i carne deũ hoĩemq3 significãs: q nat⁹ ẽ ex ṽgie/violatorẽ hũane ꝓpaginis icorrupta natiuitate dãnaret. Nã q2 gliabat diabol⁹ hoiẽ sua fraude deceptũ diuinis caruisse munerib⁹/⁊ imortalitatʒ dote nudatũ durã mortʒ subijsse sniam/seq3 i malis suis q̃ddã de puaricatoris cõsortio inuenisse solatiũ. Deũ q3 iuste seueritatʒ exigẽte rõne erga hoiem/quẽ tãto bono cõdiderat/ãtiquã mutasse sniam. Op⁹ fuit dilectissimi secreta dispẽsatione cõsilij: vt icõmutabilis de⁹ (cui⁹ volũtas nõ põt sua benignitate priuari) ꝓmã pietatʒ sue dispositionẽ sacramento occultiori cõpleret: ⁊ hõ diabolice nequitatʒ ṽsutia act⁹ i culpã cõtra dei ꝓpositũ nõ periret.
Dignatio deitatis exponitur.
Ingredit ğ h̃ mũdi ĩfima fili⁹ dei/de celesti sede descẽdẽs: ⁊ a prĩa glia nõ recedẽs nouo ordine/noua natiuitate gñat⁹. Nouo ordine: q2 inuisibilis i suis/visibilis est fact⁹ i nr̃is: icõphẽsibilis voluit cõphẽdi: añ tpa manẽs eẽ cepit ex tpe. Uniuersitatʒ dñs fuilẽ formã obũbrata maiestatʒ sue dignitate suscepit: ipassibil de⁹ nõ dedignat⁹ ẽ hõ eẽ passibil/⁊ imortal mortʒ legib⁹ subiacere. Noua aũt natiuitate gñat⁹: q2 inuiolata ṽginitas cõcupiscẽtiã nesciuit subaʒ mistrauit. Assũpta ẽ de nr̃e dñi natura/nõ cl̃pa: creata ẽ forã sui sine cõditiõe suili: ⁊ nou⁹ hõ sic cõtẽperat⁹ est veteri/vt ⁊ ṽitatẽ susciperet gñis/⁊ vitiũ excluderet vetustatʒ. Uerũ nãq3 mia dei/cũ ad reparãdũ hũanũ gen⁹ ieffabilr ei mlta suppeterẽt: hãc potissimã cõsulẽdi elegit viã/q̃ ad destruẽdũ op⁹ diabo-

Digitized by Google

li/nō virtute vtereꝫ potētie: ſʒ rōne iuſtitie. Nā ſupbia hoſtis antiq̄ nō īmerito ſibi in oēs hoīes ius tyrānicū vendicabat/nec indebito dominatu p̄mebat q̄s a mādato dei ſpōtaneos in obſequiū ſue volūtatis illexerat. Non itaq̨ iuſte amitteret oīginalē humani gn̄is ſeruitutē/niſi de eo qd̄ ſubiecerat vinceret. Cū igit̄ miſericors oīpotenſq̨ ſaluator/ita ſuſceptiōis humane modereꝫ exordia: vt virtutem inſeparabilis a ſuo hoīe deitatis/p velamē noſtre infirmitatis abſconderet/illuſa eſt ſecuri hoſtis aſtutia/ q̄ natiuitatē pueri in ſalutē humani generis pcreati/nō alr̄ ſibi q̄ oīm naſcētiū putauit obnoxiā. Uidit igit̄ vagiētē atq̨ lachrymātē/vidit pānis obuolutū/circūciſiōi ſubditū: et legalis ſacrificij oblatione pfunctū. Agnouit deinceps ſolita incremēta pueritie: et vſq̨ ad viriles annos de naturalib⁹ nō dubitauit augmētis. Inter hec intulit cōtumelias/multiplicauit iniurias/adhibuit maledicta (Occultatio myſterij tractatur.) opprobria/blaſphemias/cōuitia. Oēm poſtremo in ipm̄ vim furoris effudit/oiaq̨ tētamētoꝝ genera percurrit et ſciēs q̄ humanā naturā infeciſſet veneno: nequaq̄ credidit traſgreſſionis exortē/ quē tot documētis didicit eſſe mortalē. Perſiſtit g̃ improb⁹ pdo et auar⁹ exactor: in eū q̄ nihil habebat ipſi⁹ inſurgere. Et dū viriate originis p iudiciū gn̄ale pſeq̄t̄/chyrographū q̄ nitebat̄ excedit/ab illo iniq̄tatis exigēs penā/in quo nullā reperit culpam. Soluit̄ itaq̨ letifere pactiōis maleſuada cōſcriptio: fortis ille nectit̄ in vinculis ſuis: ⁊ ligato mūdi principe captiuitatis vaſa rapiunt̄. Redit in honorē ſuū ab antiq̄s ꝯtagijs purgata natura/mors morte deſtruit̄/natiuitas natiuitate reparat̄: qm̄ ſimul ⁊ redēptio aufert ſuitutē: et generatio mutat originē: ⁊ fides iuſtificat peccatorē. Quiſq̨ igit̄ chriſtiano noīe pie et fideliter glr̄ia/ recōciliatiōis hui⁹ gratiā iuſto perpēde iudicio. Tibi ei quōdā abiecto/tibi extruſo paradiſi ſedib⁹/tibi p exilia lōga moriēti/tibi in cinerē et puluerē diſſoluto/cui iā nō erat ſpes vlla viuēdi: per incarnationē verbi ptās data eſt/vt de lōgīquo ad tuū reuertaris auctorē. Recognoſcas patrē/liber efficiaris ex ſeruo: de extraneo/ puel·aris i filiū vt q̄ ex corruptibili carne nat⁹ es/ex dei ſpū renaſcaris: ⁊ obtineas p gratiā qd̄ nō habes per naturā. Habētes g̃ tāte ſpei fiduciā dilectiſſimi/in fide qua fundati eſtis ſtabiles permanete: ne ille idē tētator/cui⁹ dñationē a nobis chriſt⁹ excluſit: aliq̄b⁹ nos iterū ſeducat inſidijs: et hec ipa preſentis diei gaudia fallacie ſue arte corrūpat/illudens ſimpliciores aīos de quorūdā peſtifera pſuaſione: quib⁹ hic dies ſolēnitat̄ nr̄e: nō tā de natiuitate chriſti q̄ de noui (vt dicūt) ſolis ortu videꝫ honorabilis. Quorū corda vaſtis tenebris obuoluta: et ab oī incremento vere lucis aliena ſunt. Trahunt̄ eīm adhuc ſtultiſſimis gentilitatis errorib⁹ et miniſtra mūdi luminaria diuino honore venerant̄ (Rit⁹ gētiles ꝑſtringunt.) q̄ etſi mirādā hn̄t pulchritudinē/adorādā tm̄ nō habent deitatē. Illa ergo virt⁹/illa ſapiētia/illa eſt adoranda ſola maieſtas: q̄ vniuerſitatē mūdi creauit ex nihilo: ⁊ in q̄s voluit formas atq̨ mēſuras terrenā celeſtēq̨ ſubſtātiā oīpotēti rōne pduxit. Sol/luna et ſidera ſint commoda vtētib⁹/ſint ſpecioſa cernētib⁹: ſʒ ita vt de illis gratie referant̄ auctori: et adoreꝫ de⁹ q̄ hec cōdidit/nō creatura que ſeruit. Laudate igitur dn̄m dilectiſſimi in omnib⁹ operibus eius atq̨ iudicijs. Sit in nobis indubitata credulitas virginee integritatis et partus/reformationis humane ſacrū diuinūq̨ myſteriū/ſancto atq̨ ſyncero honorate ſeruitio. Amplectimini chriſtū in noſtra carne naſcētem: vt eum videre mereamur deum glorie in ſua maieſtate regnantem cum deo patre et ſpiritu ſancto. Amē.

¶ De eodē feſto. Ser. vii Max. epi.

IUſtiſſime fratres feſtiuitate pſentis diei in oē ſe gaudiū tot⁹ vbiq̨ ſuſcitat mūd⁹: q: hodie pmiſſus a ſeculis/vniuerſorū iudex nat⁹ eſt ⁊ redēptor: ⁊ neceſſe eſt vt in cor nos oēs q̄ futuri examinis reſurrectiōiſq̨ pmiſſe ſalutarē ſuſcepim⁹ fidē/habeam⁹ metū q̄dē de iudice: ſed de redēptore leticiā. Ois naq̨ fidelis aīa timore corrigit̄/correctione letat̄. Et in hoc chariſſimi: quāta ergo humanū gen⁹ oīpotētis pr̄is diſpēſatio eſt/quāta ve benignitas: vt quē iudicē pparabat incredulis: hūc credituris p̄mitteret redēptorē. Quaten⁹ pcurrēs miſericordia: ſeueritātē aduenientis iudicis p̄ueniret. Hodie itaq̨ nat⁹ eſt chriſtus: ſed in natiuitate ei⁹ nr̄a oīm hʒ vita natalē: q: q̄ priuilegia p̄me natiuitatis amiſimus/viſitante nos chriſto ſanctiori partu redim⁹ ad vitā. Hodie peperit Maria: ſʒ ipa ſuū parturiuit auctorē. Hodie edidit mūdo hoīeʒ quē nō ſuſcepit ab hoīe. Quid eſt h̄ miraculi fr̄es? Naſcit̄ caro de carne/nō tn̄ gn̄ata p carnē: ⁊ ſecreto q̄dā incōprehēſoq̨ cōceptu pcedit de mortali femina diuina progenies. Nec mirū ſane ſi extitit diuina natiuitas vbi nō erat hūana cōceptio: aut ſi matrē illā nō violauit part⁹/quā coit⁹ nō fedauit. Ait ille quodā futuroꝝ cōſci⁹ Eſaias ppl̄is ⁊ gētib⁹ ſignū noue ſalutis aperiēs. Ecce virgo in vtero cōcipiet et pariet filiū: ⁊ vocabūt nomē ei⁹ Emanuel/quod (Eſa.vij.) eſt interpretatū nobiſcū de⁹. Atq̨ vt aduertam⁹ noui ac veteris teſtamēti vnū eſſe cōſenſum: vnūq̨ cōciliū: ait btiſſimus lucas dn̄ice gn̄atiōis relator egregi⁹ dicēs. Miſſus eſt angel⁹ Gabriel a deo ad vgīnē deſpōſatā viro cui no (Luce.j.) mē erat Joſeph: ⁊ ait ad illā. Ecce cōcipies in vtero ⁊ paries filiū: ⁊ vocabūt nomē ei⁹ Jeſum. Jeſus aūt chariſſimi/latino ſermone ſaluator dr̄. Ecce q̄liter inuicē ſe concordantib⁹ ſentētijs teſtimonia diuina cōformant̄. Et cū pdicātiū diuerſa ſint tpa/nō tn̄ diuerſa narratio. (Cōſonātia ſcripturarū de Chriſto.) Nā partū virginis quē ille pdixerat/iſta teſtat̄. Quis igit̄ de diuinitate chriſti: q̄s de redēptiōe cūcteꝫ: quē ⁊ Eſaias pſiteꝫ deū ⁊ Gabriel annūtiat ſaluatorē? Quis itacre puerpere aluū dubitet fuiſſe: quē vno pene ore atq̨ codē ſpū ploquunt̄ euāgeliſta/angel⁹ ⁊ ppha? Ubi tāti taleſq̨ teſtes nō erubeſcit veritas: ſʒ audito: icredul⁹ cōfutat̄. Sʒ iā videam⁹ q̄s p nobis nat⁹ pferat chriſt⁹ iniurias: q̄bus ve rurſus iniurie ille virtutib⁹ decoreꝫ. Et aū oīa/ femineo ſexu cōcipi patit̄ q̄ in exordio mūdi oīpotēti manu de maſculo operat⁹ eſt feminā. Sʒ hāc humilitatē naſcendi virginalis ſublimat integritas. Et q̄uis nat⁹ chriſt⁹ femineo vt infans lacte paſcat̄: tn̄ vt rerū potēs virgineis nutrit̄ vberib⁹/atq̨ vt p̄mū illū in has ſeculi pcellas et fluctuātis ſentinā mūdi vter⁹ matern⁹ effudit/viliſſimis circūdat̄ pānis. Pānis induit̄ p nobis: q̄ cū crearet oīa/ terras luce pfudit/celū ſiderib⁹ adornauit: ⁊ ignea ſolē claritate veſtiuit. Obuoluit̄ q̄dē pānis: ſʒ hi panni noua radiāte ſtella munerant̄ a magis: ⁊ exultātib⁹ āgelis honorant̄. Et vt nouerim⁹ vniuerſa hec p myſteriū vel dici vel fieri: h̄ q̄ pānis circūuoluit̄ pdicat⁹ ab initio de ſinu patris eternoq̨ thalamo ſalutariū nuptiarū ſpōſus venit e celo ſicut ait venerād⁹ Dauid. (Pſal. xviij.) Ipe tāq̄ ſpōſus pcedens de thalamo ſuo. Deīde vt legit̄/ponit̄ in pſepio: q: vt ait euāgeliſta. (Luce.ij.) Nō erat illi loc⁹ in diuerſorio. Ne quē fr̄es iſta pmoueat: q: oīs hec i ſaluatore vilitas/pcioſiſſimū nr̄e ſalutis eſt ſacramētū. Uidete eīm quāta ſapiētia collocari chriſt⁹ dr̄ in pſepio: q̄ gemina q̄dā gr̄a hūani gn̄is ⁊ eſca erat futur⁹ ⁊ paſtor. Qui bn̄ in pſepio ponit̄: (Preſepis dñi ſacramētū pādit) vt ad pabula pennis vite ſpūaliū ouiū greges agni celeſtis balatus inuitet. Nō erat inq̄t ei loc⁹ in diuerſorio. Nunq̄d tātē illius erāt anguſtie māſiōis: vt nati ſub hora paruuli mēbra nō caperet? Sʒ idcirco myſtico refert̄ ſermone/non inueniri locū in diuerſorio: q: ingreſſus mūdū chriſt⁹/ſidē in q̄ poſſit requieſcere nō inuenit: vt alr̄ ipe in euāgelio dicēs. (Mat. viij.) Filij aūt hoīs nō hʒ vbi caput ſuū reclinet. Un aduertim⁹: q: vnic⁹ dei fili⁹ nō i ſpacioſis domib⁹/auratiſq̨ laq̄arijs: ſʒ in fide credētiū requieſcit. Hūc g̃ chriſtū Jeſum ſugentē vbera/naſcētiū infantū more vagiētē/vilib⁹ circūdatū pānis/iacētē vili⁹ in pſepio: angelica miniſteria p ſequunt̄: et omnis celeſtis exercit⁹ multitudo miratur/ conſona cū voce collaudans et dicēs. Gloria in excelſis deo: ⁊ in terra pax hoīb⁹ bone voluntatis. Gl'ia vtriq̨ deo

Digitized by Google

qui deſperatis moꝛtalibꝰ munꝰ eterne ſalutis exhibuit. Et pax hoibꝰ bone volūtatis: q̄s certamine ſuo xpo/ſuoq; ꝑlio in regnū ꝓpꝛiū diabolica de captiuitate reuocauit. Et q̄ cōgrue euāgelicꝰ intimat ſermo/cū dr̄. Gl'ia in excelſis deo: et in terra pax hoibꝰ: qd̄ idē eſt dei filiꝰ et apud angelos gl'oſus eſt in excelſis: et bone volūtatis hoibus pacē ꝑſtat in terris. Pꝛopter qd̄ dilectiſſimi cōpetētibus gaudijs tāta de ſalute letemur/atq; āgelicis nos vocibꝰ ſociātes honoꝛē debito miſteria ſp̄ xp̄i virtuteſq; laudemꝰ.

¶ De eodē feſto. Ser. ſcti Augu. epi.

Saluatoꝛ noſter natꝰ de patre ſine die/ꝑ quē factꝰ eſt oīs dies: voluit in terra hr̄e natalē hūc diē quē hodie celebramus. Quiſq̄s in die miraris: eternū mirare potiꝰ añ omnē diē ꝑmanentē/oēm diē creātē: in die naſcētem: a malitia diei liberātē. Adhuc mirare. Que peperit/⁊ mater ⁊ virgo eſt. Quē peperit: et infans ⁊ verbū eſt. Merito celi locuti ſunt/angeli gratulati/paſtoꝛes letati/magi mutati/reges turbati/paruuli coꝛonati. Lacta mr̄ cibū noſtrū;
Eſa. j.
lacta panē de celo venientē: ⁊ in ꝑſepe poſitū velut pioꝝ cibaria iumētoꝝ. Illic em̄ cognouit bos poſſeſſoꝛē ſuū: ⁊ aſinus ꝑſepe dn̄i ſui: circūciſio ſcꝫ ⁊ pꝛeputiū cohērēdo lapidi angulari: quoꝝ ꝑmitie fuerūt paſtoꝛes et magi. Lacta eū qui talē fecit te/vt ipſe fieret in te: q̄ tibi et munus fecūditatis attulit cōceptꝰ: et decus virginitatis nō abſtulit natus: q̄ ſibi priuſq̄ naſceret᷑: et vterū de q̄ naſceret᷑ et diē q̄ naſceretur elegit. Et ipē cōdidit qd̄ elegit/vt ille
Teſtimonia partus virginei
hinc ꝓcederet de thalamo ſuo: q̄ moꝛtalibꝰ oculis poſſet videri: ⁊ augmēto lucis annue ſe lucē mētiū veniſſe teſtari. Pꝛophete cecinerūt cōditoꝛē celi et terre in terra cum hoibꝰ futurū: angelꝰ nūciauit creatoꝛē carnis et ſpūs in carne venturū. Salutauit Joānes ex vtero in vtero ſaluatoꝛē Symeō ſenex deū agnouit infantē: Anna vidua
Luce. j. ⁊ ij.
virginē matrē. Hec ſunt teſtimonia natiuitatis tue dn̄e Jeſu anteq̄ tibi fluctꝰ ſubſterneret᷑ calcāti/cederēt ipē rāti: anteq̄ ventus te iubēte ſiluiſſet/moꝛtuꝰ te vocāte viuiſſet/ſol te moꝛiēte palluiſſet. terra te reſurgēte tremuiſſet/celū te aſcēdēte patuiſſet: anteq̄ iſta et alia mirabilia iā iuuenilis tui coꝛpis etate feciſſes. Adhuc in manibus matris poꝛtabaris: ⁊ iā dn̄s oꝛbis agnoſcebaris: ipē puer paruulꝰ ex ſemine iſrl': ⁊ ipē nobiſcū deꝰ Emanuel. Que eſt illa nr̄a gn̄atio ſaluatoꝛis: q̄ gignēti patri coeternꝰ eſt qn̄ hāc gn̄ationē ex virgine mundus expauit: quam pia fides agnouit ⁊ tenuit: infidelitas aūt irriſit/ſupbia tumuit ſuperata. Que nā eſt illa generatio: q: in pꝛincipio erat verbū: ⁊ verbū erat apud deū: ⁊ deus erat verbū. Vel qd̄ eſt hoc verbū: qd̄ dicturus antea nō ſilebat: q̄ dicto non ſiluit q̄ dicebat: qd̄ eſt verbū ſine tpe/per qd̄ facta ſunt tpa: verbū qd̄ labia nulliꝰ aperuit ceptū clauſit vel finitū: verbū qd̄ initiū nō hꝫ ex oꝛe loquētiū/⁊ aperuit oꝛa mutoꝝ:
Admiratio interimerate gn̄ationis.
verbū qd̄ linguis gentiū diſertis nō fit: ⁊ linguas infantiū diſertas facit. Que nā eſt illa generatio/cui pater moriēdo nō cedit: q: nō eū viuēdo ꝓcedit. Segregata ab oībus locoꝝ tēpoꝛūq; interuallis: ab oī diſtētione ſpatioꝝ quā vel in diebꝰ vel in coꝛpoꝛibꝰ ſentire cōſueuimus. Leuemus ad eū quātū ipō iuuāte aīam noſtrā poſſumꝰ/ſi quō capere valeamꝰ ⁊ natū nō ꝑuenientē q̄ gignit et gignētē nō ſubſequētē qui gignit᷑ patrē et filiū: nec pariter patres/nec pariter filios: et pariter eternos. Nō vtrūq; generātē nec vtrūq; naſcētē: ſed alteꝝ ſine altero nō viuētē. Et patrē ſempiternū genuiſſe: et filiū ſempiternū natū eſſe. Cogitemꝰ ſi valemꝰ/ſi nō valemꝰ credamꝰ. Non eſt qd̄ hic dicere volumꝰ: ſꝫ tn̄ nō lōge poſitū eſt ab vno q̄q; noſtrum.
Actuū xvij.
In illo em̄ viuimꝰ/mouemur ⁊ ſumus. Trāſcendamus carnē noſtrā/in q̄ parētes añ filios viuūt: q: vt filios poſſent generare creuerūt: ⁊ filijs creſcētibꝰ iā ſeneſcunt Nondū natis filijs parentes vixerūt: q: ⁊ parētibus moꝛtuis filij victuri ſunt. Trāſcēdamꝰ ⁊ aīas noſtras/pariūt et ipſe aliquid cogitādo/qd̄ ſecū hn̄t ſciēdo ſꝫ ꝑn̄t amittere obliuiſcēdo: q: et nō habebāt antea naſcēdo. Cuncta coꝛpoꝛalia: tp̄alia et mutabilia trāſcēdamꝰ: vt videamus ſuꝑ oīa ꝑ quē facta ſunt oīa. Aſcēſus nr̄ in coꝛde eſt: q: et illō q̄ aſcēdimꝰ ꝓpe eſt. Lōge aūt ab illo ſumꝰ iquātū diſſimiles ſumꝰ. Aſcēdit ḡ ad eū ſua ſilitudo quā in nobis fecit et reficit: quā nōdū ꝑfecte palpitat infirmꝰ aſpectꝰ: et ineffabilē cādoꝛē lucis eterne nō pōt intueri. Cuiꝰ ḡ fulgorē mētis acies nōdū capit: gn̄ationē eiꝰ q̄s enarrabit? Sꝫ
Eſa. liij
verbū caro factū eſt et habitauit in nobis. Hāc ḡ gn̄ationē cuius hodiernū celebramꝰ diē: hāc in qua dignatꝰ eſt venire per iſrl': et fieri emanuel nobiſcū deꝰ in carnis infirmitate: nō nobiſcū in coꝛdis iīquitate: accedēs ad nos per id qd̄ aſſumpſit ex noſtro: et liberās nos per id qd̄ manſit in ſuo. Viſitauit q̄ppe dn̄s ſeruos ſuos per moꝛtalem infirmitatē. Hāc ergo gn̄ationē cuius vtcūq; capax eſt
Gn̄atio chriſti duplex.
humana fragilitas: nō illā q̄ ſine tpe manet ſine mr̄e ſuꝑ oīa: ſꝫ iſtā q̄ in tpe facta eſt ſine patre inter oīa. Hūc virginis filiū et virginū ſpōſum/de incoꝛrupta mr̄e naſcētē: et incoꝛruptibili veritate ferantē laudemꝰ/amemꝰ/adoꝛemus: vt in eius miſericoꝛdia de aſtutia diaboli ſiſt triumphemꝰ. Diabolus ad nos decipiendū coꝛrupta feminea mēte ſubꝛepſit: xp̄s ad nos liberādum icoꝛrupta feminea etiā carne ꝓceſſit. Qui eſt bn̄dictꝰ in ſcl'a ſeculoꝝ. Amē.

¶ De eodē feſto. ſermo ſcti Aug. epi.

Gaudeamus fratres: letent᷑ ⁊ exultēt gētes. Iſtū diē nobis nō ſol iſte viſibilis: ſꝫ creatoꝛ ipſiꝰ inuiſibilis conſecrauit: qn̄ eū ꝓ nobis viſibilē factū: a q̄ inuiſibili et ipā creata eſt viſceribꝰ fecūdis et genitalibꝰ itegris virgo mr̄ effudit. Cōcipiēs virgo/pariēs virgo/virgo grauida/virgo feta virgo perpetua. Quid miraris hec hō deū: Deū ſic naſci opoꝛtuit qn̄ eſſe dignatꝰ eſt hō. Talē fecit illā qui eſt factꝰ ex illa. Anteq̄ fieret em̄ erat: et q: omīps erat: fieri potuit manēs qd̄ erat. Fecit ſibi matrē cū eſſet apud patrē: et cū fieret ex mr̄e/māſit in pr̄e. Quō deꝰ eſſe deſiſteret cū hō eſſe cepit: qui genitrici ſue ꝑſtitit: ne deſiſteret virgo eſſe cū peperit. Pꝛoinde cū verbū caro factū eſt/nō verbū in carnē ꝑeūdo ceſſit: ſꝫ caro verbo ne ipā periret acceſſit: vt quēadmodū hō eſt aīa et caro: ſic eēt xp̄s deꝰ et hō: idem deꝰ q̄ hō: et qui deꝰ idē hō nō cōfuſiōe nature: ſꝫ vnitate perſone. Deniq; filiꝰ dei gn̄anti coeternꝰ ſꝑ ex pr̄e: idē filius hoīs eē cepit ex virgine: ac ſic et filij diuinitati eſt addita hūanitas: et tn̄ nō eſt pſonaꝝ facta quaternitas: ſꝫ ꝑmanet trinitas. Nō ḡ nobis ſubꝛepat q̄rūdā ſnia minꝰ attentoꝝ in regulā fidei: et in ſcripturarū oꝛacula diuinaꝝ. Dicūt em̄. Qui filiꝰ eſt hoīs factꝰ eſt filiꝰ dei: qui vero filius eſt dei: nō eſt factꝰ hoīs. Hoc vt dicerēt qd̄ veꝝ eſt attēderūt: ſꝫ verū eloqui nō voluerūt.
Erroꝛ circa filiū dē rapat
Quid em̄ attēderūt/niſi q: hūana natura potuit in meliꝰ cōmutare: in deteriꝰ autē diuina nō potuit. Hoc verū eſt: ſꝫ etiā ſic .i. nequaq̄ in deteriꝰ diuinitate mutata: verbū tn̄ caro factū eſt. Neq; enim ait euāgeliſta: caro verbū facta eſt: ſed ait: verbum caro factum eſt. Verbū autem deus: quia deus erat verbum. Et quid caro niſi homo. Nō eniꝫ ſine anima in chriſto hominis caro. Unde ait. Triſtis eſt anima mea vſq; ad moꝛtē. Si ergo verbum deus et homo caro: quid eſt
Mat. xxvj.
aliud: verbum factum eſt caro/niſi qui deus erat factus eſt homo. Ac per hoc qui erat dei filius: factus eſt hoīs filius. Aſſumptione inferioꝛis: non verſione potioꝛis. Accipiendo ipſe quod non erat/non amittendo quod erat. Nā quomodo in regula fidei confiteremur: credere nos in filiū dei qui natus eſt ex virgine Maria: ſi non filiꝰ dei ſed filius hominis natꝰ eſt ex virgine Maria. Quis em̄ chriſtianus neget et illa femina filiū hominis natū: ſꝫ tātumdem hominē factum: et ita hominē deū factū. Deꝰ
Joan. j.
enim erat verbū: et verbū caro factū eſt. Cōfitēdū eſt igitur eum qui filiꝰ dei erat vt de virgine Maria naſceret᷑. aſſū-

Digitized by Google

pra forma ſerui filiũ hoĩs factũ: qḋ erat manẽtẽ: quod nõ erat aſſumẽtẽ. Eſſe inſipiẽtẽ quo minor eſt patre: ⁊ ſemp manentẽ in eo ꝙ vnũ ſunt ipſe ⁊ pater. Nã ſi ille ꝗ ſemper eſt dei fili⁹ nõ eſt ipſe factus hoĩs filius/ quõ de illo dicit ap̃ls. Qui cũ in forma dei eſſet/ nõ rapinã arbitratus eſt eſſe ſe equalẽ deo: ſꝫ ſemetipm̃ exinaniuit/ formã ſerui accipiẽs: in ſilitudinẽ hoĩꝫ fact⁹: ⁊ habitu inuẽt⁹ vt homo. Neqꝫ eñ ali⁹ ſꝫ ipſe in forma dei eq̃lis prĩ: ꝗ eſt vtiqꝫ vnigenit⁹ dei fili⁹ ſemetipꝫ exinaniuit/ in ſilitudinẽ hoĩm factus. Nec ali⁹ ſꝫ idẽ ipſe in forma dei eq̃lis prĩ. Humiliauit nõ aliũ ſꝫ ſemetipm̃/ factus obediẽs vſqꝫ ad mortem mortẽ aũt crucis. Qḋ totũ nõ fecit dei fili⁹/ niſi in ea forma ꝗ eſt hoĩs. Itẽ ſi ille ꝗ ſemp eſt dei filius/ nõ eſt ipſe factus hoĩs fili⁹: quõ dicit ap̃ls ad romanos. Segregatus in euãgeliũ dei qḋ añ ꝓmiſerat ꝑ ꝓphetas ſuos i ſcripturis ſanctis de filio ſuo: ꝗ fact⁹ eſt ei ex ſemine Dauid ſm carnẽ? Ecce fili⁹ dei qḋ vtiqꝫ ſemp erat: fact⁹ eſt ex ſemine Dauid ſm carnẽ qḋ nõ erat. Itẽ ſi ille ꝗ eſt dei fili⁹ nõ eſt ipſe fact⁹ filius hoĩs: quõ miſit de⁹ filiũ ſuũ factũ ex muliere? Quo noĩe ſm hebreã linguã/ nõ virgineũ decus negat: ſed femineus ſexus oñdit. Quis eñ a prẽ eſt miſſus niſi vnigenit⁹ dei fili⁹. Quõ ergo ex muliere factus/ niſi q: idẽ ipſe ꝗ erat apud patrẽ dei filius miſſus factus eſt hoĩs filius. De patre natus ſine tp̃is die/ de matre natus hodie. Ita eñ diẽ quẽ creauit in ꝗ crearet elegit/ ſicut factus eſt de matre quã fecit. Nã ⁊ ipſe dies a ꝗ deinceps incremẽtũ lucis accipit dies/ op⁹ chꝛiſti ſignificat: in ꝗ interior: hõ noſter renouat̃ de die in diẽ. Eterno quippe creatori in tp̃e creato ille dies debuit eſſe natalis: cui creatura congrueret tẽpoꝛalis: cui honor et imperium per infinita ſecula ſeculorum. Amen.

Phil. ij. | Rom. j. | Gal. iiij. | Hebr: eiſmi pp̃ric tas.

¶ Itẽ ſermo beati Auguſtini epiſcopi vnde ſupra.

In principio erat verbũ: ⁊ verbũ erat apḋ deũ: ⁊ de⁹ erat ṽbũ. Qui in pꝛĩcipio erat intra ſe cõcludit oẽ pꝛĩcipiũ. Ex matre vero initiũ ſumpſit/ ſicut legim⁹ ꝑ Eſaiã. Ecce virgo in vtero cõcipiet ⁊ pariet filiũ: ⁊ vocabit̃ nomẽ eius emanuel: qḋ eſt īterꝑtatũ nobiſcũ de⁹. i. latens in hũana fragilitate maieſtas: ſicut in Ioãne euãgeliſta legimus. Et verbũ caro factũ eſt: ⁊ habitauit in nobis. i. in fragilitate corpoꝛis nr̃i. Itẽ de Marie virginis gñatiõe. Et porta erat clauſa ⁊ nõ eſt apta. Tãq̃ ſi īterrogaret̃ cur apta nõ eſſet adiecit. Q: dñs trãſiuit ꝑ eam. Porta clauſa. i. ſignaculũ pudoꝛis imaculate carnis īegritas. Nõ eñ eſt violata partu/ ꝗ magis eſt ſcificata cõceptu. Itẽ de xp̃i gemina dei hoĩſqꝫ ſubſtãtia. Et erũt inq̃t duo ī carne vna i. de⁹ et hõ vn⁹ xp̃s. Qḋ ap̃ls de xp̃o et eccl̃ia. i. de xp̃i corpoꝛe ꝑcepit intelligi/ ſicut ait. Et erũt duo in carne vna: ego aũt dico in xp̃o et in eccl̃ia. Qḋ apte expoſuit ad romanos. Patres nr̃i ex ꝗb⁹ xp̃s ſm carnẽ. Aſſeruit hoĩs: cõſequẽter aſſerit ꝓprietatũ dei dicẽs. Qui eſt ſuꝑ omnia Deus bñdict⁹ in ſecula. Tã ꝑfecta hic filiũ eminẽtia declarat̃/ vt dici de prẽ maioꝛa nõ poſſint. Nã ſi initiũ haberet nõ eſſet ſuꝑ oĩa: ſꝫ inter oĩa ꝗ ꝑ cõditiõe facture intra initiũ ꝯtinet̃. Sꝫ xp̃s ꝗ eq̃lis eſt prĩ/ nulla tp̃is/ nulla etatis lege ꝯcludit̃. Euidẽter ⁊ ad Philippẽſes ap̃ls duas xp̃i natiuitates et duas ſubſtãtias p̃dicat/ dicẽs. Qui cũ in forma dei eẽt/ formã ſerui accepit. Quib⁹ regulis plena ſunt volumina noui ⁊ veteris teſtamẽti. Sic̃ ⁊ Iob preclicat eximius ꝓpheta⁊. Et ī carne mea videbo deũ. Qḋ de illo tp̃e ꝓphetauit/ qñ xp̃i deitas habitu nr̃e carnis induta eſt. Q: ergo vt p̃fati ſumus: verbũ caro factũ eſt: ⁊ duos eſſe cõſtat hoĩem et deũ in carne vna: nõ hõ loquitur prĩ/ nõ deus: nõ viſibilis ex matre/ nõ inuiſibilis ex patre. Da ṽba hoĩs. Ipſe in euãgelio dicit. Fili⁹ hoĩs nõ hꝫ vbi caput ſuũ reclinet. Oñdat hic pauꝑ filius hoĩs diuitias ſuas in gl̃ia diuinitatis. Oĩa inq̃t ꝗ pater hꝫ mea

Ioã. j. | Eſa. vij. | Ioan. j. | Ezech. xliij. | Geñ. ij. | Eph. v. | Equalitas prĩs et filij. | Phil. ij. | Iob. xix. | Math. viij. | Io. xvj.

Scribis et Phariſeis cōtra noſtre ſalutis auctorē murmurantib⁹:ſicut req̄ſita q̄ hanc p̄cedit ſancti euāgelij lectio declarat: ꝓpoſuit dn̄s duas parabolas. Alterā hoīs de inuēta oue ꝑdita gaudētis. Alterā mulieris ſupꝰ ꝑdita et reperta drachma gratulabūde exultātis:oſtēdens in cōcluſione parabole:quātū ſit gaudiū in celo ſupꝰ cōuerſis peccatorib⁹. Deinde dixit ⁊ hanc ſimilitudinē:nō ſolum ſuū de cōuerſis pctōrib⁹ gaudiū demōſtrās:verūetiā inuidentiū murmurationē rep̄hendens. Ait ergo. (Tex.) ❡ Homo q̄dā habuit duos filios. Homo iſte/deus oipotēs pater intelligitur:qui duos habuit filios:q: ipſe eſt genitor et creator duorū populoꝝ. Et maior iudeos deſignat:q̄ in cultura vni⁹ dei permāſerūt. Minor vero ſignificat populos gentiū:qui relicto creatore colēdo creaturā/etiā ad ipſum dei inimicū diabolū adorādū puenerūt. (Tex.) ❡ Et dixit adoleſcētior ex illis patri. Da mihi portionē ſubſtantie q̄ me cōtingit:⁊ diuiſit illis ſubſtātiā. Subſtātia q̄ inter fratres diuiſa eſt/ſenſus rōnalis homini a deo attributus intelligit̄. Nā viuere/intelligere/meminiſſe/ingenio aliq̄ p̄eminere:diuine muneris ſubſtātia eſt. Quam ſubſtātiā tūc adoleſcentior filius a p̄re expetijt:cū hō in ſua volens eſſe poteſtate ꝑ liberū arbitriū ſe regere conatus eſt:ſicqꝫ dn̄m creatorē ſuū q̄ſiuit ſupꝰbus abijcere. Diuiſit ꝗ eius ſubſtātiā:q: fidelib⁹ ſue precioſis gratiā quā vero deſiderabāt impartijt. Infidelib⁹ vero naturalis tātū ingenij beneficiū/qđ ſibi ſufficere putabant attribuit. (Tex.) ❡ Et nō poſt multos dies cōgregatis omnib⁹/adoleſcētior filius ꝓfectus eſt in regionē longinquā. Qđ nō poſt multos dies cōgregatis oibus ꝓfectus eſt deſignat: q: nō multo poſt inſtitutionē humani gn̄is viſum eſt aie/vt bona ſua per ſeipſam gubernaret:que tn̄ per ſe ad bona opera faciēda infirma ⁊ impotens eſt:niſi eius q̄ eā dedit fulciat̄ auxilio:ad adimplēda ſua deſideria ſibi aggregaret vel attribueret. (Nota expoſitionem.) (Tex.) ❡ Et diſſipauit ſubſtātiā ſuā viuēdo luxurioſe. Viuēdo luxurioſe dicit/amādo hāc vitam prodigā:que pōpis exteriorib⁹ ſpatiari gaudet/intus nō metuit inaneſcere. Lōge vero ꝓfectus eſt:nō loci/ſꝫ animi mutatione. Quāto eni̅ quis amplius delinq̄t: tanto longius a dei conditoris ſui gratia recedit. (Tex.) ❡ Et poſtq̄ omnia cōſummaſſet/facta eſt fames valida in regione illa. Fames in longinqua regione/indigentiā ſignificat verbi dei. In regione longinqua.i.in obliuione conditoris. De qua dn̄s ꝑ prophetā minat̄. Mittā famē ſupꝰ terrā (Amos. viij.) non famē panis neqꝫ ſitim aque:ſed audiendi verbi dei. (Tex.) ❡ Et ipſe cepit egere:⁊ abijt:⁊ adheſit vni ciuiū regionis illius. Merito egere cepit:q̄ theſauros diuine ſapiētie/⁊ diuitiarū celeſtiū dereliq̄t. Vnus ciuium regionis illius:cui iſte prodigus adheſit/diabol⁹ eſt:quē dn̄s principē huius mūdi appellat:q: merito peruerſitatis ſue terrenis cōcupiſcētijs prepoſitus eſt. (Tex.) ❡ Et miſit illū in villā ſuā/vt paſceret porcos. Villa carnalē cōcupiſcentiam ſignificat:de qua is q̄ inuitatus ad ſpirituales epulas ire excuſat dicēs. Villā emi ⁊ neceſſe habeo exire ⁊ videre illā. In villā quoqꝫ mitti:eſt cupiditatib⁹ mūdi ſubiugari. Porcos vero paſcere:eſt ea q̄b⁹ maligni ſpūs delectantur operari. Qui merito deſignant̄ ꝑ aīal ſordib⁹ ⁊ ceno ſempꝰ gaudens. (Tex.) ❡ Et cupiebat implere ventrē ſuū de ſiliquis q̄s mādūcabāt porci. Siliq̄ gen⁹ eſt leguminis/follibus maximū ⁊ ſonorū/ſed granorum paucitate ſterile ⁊ pene vacuū. Ideoqꝫ ꝑ ſiliquas deſignant̄ doctrine ſeculares/ſterili ſuauitate reſonātes:in quibus laudes idoloꝝ.i.fabule ⁊ carmina poetarū cōcrepant:q̄b⁹ porci.i.demones delectant̄. His prodigus iſte ſaturari cupiebat: q: aliq̄d ſordidū/⁊ qđ ad beatā vitā ptineret/in talibus inuenire volebat:nec poterat. Hoc eſt ei qđ ſubiūgit̄. (Tex.) ❡ Et nemo illi dabat.i ſe aūt reuerſus dixit. Quāti mercenarij in domo p̄ris mei abūdāt panib⁹/ego aūt hic fame pereo. In ſe inq̄t reuerſus. Vn̄ iſte reuerſus fuerat: Ab his nimirū q̄ foris ꝑ oblectamēta noxia illiciūt ⁊ ſeducūt/ad cōſcientie interiora mētis intētiōe redierat. Quāti mercenarij i domo p̄ris mei abūdāt panib⁹/ego aūt hic fame pereo. (Mercenarij boni ratio que ſit.) Licet eni̅ gētes in magna veri ignorātia ⁊ errore cultus dei verſabant̄:tn̄ p̄dicātib⁹ ap̄lis ceperūt quodāmō reſipiſcere/verbi ſaturitate ꝑcepta reuocari:mercenarij aūt ſunt q̄ ītuitu ſupne mercedis ſatagūt digna operari. Hi mercenarij in domo p̄ris panib⁹ abundāt:q: tales in eccleſia ſpūalis gr̄e reficiūt̄ alimonijs. At vero q̄ extra edes hui⁹ p̄rīſfamilias poſiti ſunt/fame verbi dei pereūt/⁊ vētrē ſiliq̄s implere cupiunt:q: ſcientiā veritatis nō habentes/beatā vitā in ſtudijs inanis p̄hie requirūt. Sicut eni̅ panis q̄ cor hoīs cōfirmat/vbo dei merito cōparat̄:ita ſiliqua (que foris nitida/intus vacua eſt:nec reficit ventrē ſed onerat) ſeculari ſciētie cōparatur:q̄ ſermone ſonoro vtilitate vacua eſt. (Tex.) ❡ Surgā inq̄t:quia peſſime me iaceſ reſentio. Ibo ad patrē meū/a quo lōge receſſi. Ad patrē inquit ibo:quia ſub porcorū principe miſerabili egeſtate tabeſco. Et q̄ pium ⁊ miſericordē nouerat patrē:q̄ q̄q̄

offenſus:ꝙ̄ꝙ magnis ſcelerib⁹ irritatus/nō dedignatur
Tex. patris audire vocabulū. ¶ Pater inq̄t peccaui in celum
Eſaie. hoc in angelis et in ſanctis animab⁹/que ſunt pedes dei
lxvi. Anima inq̄t iuſti ſedes ſapientie. Et dn̄s dicit. Celū mihi
Tex. ſedes eſt. Addidit. ¶ Et corā te: hoc eſt in ipſo interioris
ꝯſcientie ſecreto: qd̄ dei ſolius oculi penetrare poſſunt.
Tex. ¶ Et iā nō ſum dign⁹ vocari fili⁹ tuus: fac me ſicut vnū
ex mercenarijs tuis. Meminit ſe eſſe filiū: ⁊ pio affectu
cūcta que patris ſunt ſua nō eſſe ambigit: ſꝫ prioris igno-
rantie memor/ad hec nequaꝙ̄ aſperare p̄ſumit. Ideoꝙ
ſicut mercenariū ſe fieri poſcit: ꝓ mercede/nō ꝓ heredita
Pelagiani arguūtur. te ſeruiturꝫ: fac me indigens ſicut vnū ex mercenarijs tuis.
Verū nec hoc q̄dē niſi paterna dignatiōe ꝓmereri poſſe
teſtaṫ. Quapropter taceant Pelagiani qui ore temera-
rio garriūt/hoīem ſua v̄tute ſine dei adiutorio poſſe ſal-
Joā. xv. uari: cū apertiſſime dicat veritas. Sine me nihil poteſtis
Tex. facere. ¶ Et ſurgens venit ad patrē ſuū. Ad patrē veni-
re: eſt ad eccl̄ie ſocietatē ꝑ fidē accedere: vbi eſt legitima
Tex. et fructuoſa peccatoꝝ confeſſio. ¶ Cū aūt adhuc longe
eſſet: hoc eſt cū nōdū adhuc deū intelligeret/ſed iam pia
deuotione q̄reret: vidit illū pr̄/hoc eſt miſert⁹ eſt illi⁹. Vi
Lu. xxij. dere naꝙ dei miſereri eſt: ſicut ⁊ de Petro ſcriptū eſt. Re
Tex. ſpexit dn̄s Petrū: ⁊ miſericordia motus eſt. ¶ Et accur-
rens cecidit ſuꝑ collū eius: ⁊ oſculat⁹ eſt eū. Reuertēti fi-
lio pater occurrit: q: deus ſemper fuit cū vnigenito filio.
Et licet ſol⁹ fili⁹ ꝓ nr̄a ſalute carnē aſſumpſerit: tn̄ in eo
ij. Co. v. deus pater ſemꝑ māſit/⁊ cū eo ad hanc noſtrā ꝑegrina-
Jo. viij. tionē deſcēdit. Apl̄s em̄ dicit. Deus erat in chriſto/mūdū
Jo. xiiij. recōcilians ſibi. Hinc ipſe ſaluator ait. Qui me miſit me-
cū eſt/⁊ nō derelīqt me ſolū. Et alibi. Pater in me manēs
ipſe facit opera. Et cecidit inq̄t ſuꝑ collū eius: ⁊ oſculat⁹
eſt eum. Super collū filij cadere/eſt in amplexus ei⁹ bra-
chiū inclinare. Deus ergo pr̄ ſuꝑ redeūtis filij collū ceci-
dit: q: brachiū ſuū/hoc eſt verbū ſuū ad hec mūdi infima
immēſa miſericordia fudit. Oſculat⁹ eſt enim eū: veꝫ ad
Matt. xxx. ſpem venie ꝑcorū v̄bo gratie reduxit: cū per filiū diceret
Tex. Penitētiā agite: appropinq̄bit em̄ regnum celoꝝ. ¶ Di-
xitꝙ filius ad patrē. Pater peccaui in celū ⁊ corā te: ⁊ iā
nō ſum dignus vocari filius tuus. Poſtꝙ̄ ad patrē reuer
ſus eſt: hoc eſt in eccl̄ia iā poſit⁹/incipit pctā cōfiteri: ſed
nō dicit oīa que ſe dicturū ſupra promiſerat. Dixit em̄: iā
nō ſum dign⁹ vocari filius tu⁹/ſed nō addidit q̄ ſuperius
ſe dicturū meditabatur. Fac me ſicut vnū ex mercenarijs
tuis. Cū em̄ adhuc longe eſſet: ⁊ patrē nō haberet/cupie
bat vt mercenarius eſſet. At poſtꝙ̄ patris oſculo meruit
honorari generoſiſſime: iam dedignaṫ mercenari⁹ eſſe.
Multam naꝙ intelligit diſtantiā eſſe inter ſeruum/mer
Serui ⁊ mercenarij diſtinctio. cenariū/et filiū. Seruus naꝙ eſt qui metu penarū gehē
ne/vel legū mūdanarū formidine a vitijs abſtinet. Mer
cenarius vero eſt: qui ſpe/ac deſiderio regni celeſtis bo-
na agit. Filius vero eſt qui affectu boni ⁊ virtutū amo-
re/delectabiliter deo per charitatem famulatur. Quam
j. Coꝝ. xiij. ſummā ⁊ perfectionē omniū virtutū/apl̄s cōmemorat di
cens. Nūc aūt manet fides/ſpes/charitas/tria hec: ma-
ior aūt horū eſt charitas. Ergo ꝓdigus iſte primo quaſi
ſeruus ad ſe reuerſus/dire famis cepit ſupplicia formida
re. Mox reuerti volens ad patrē/de ſtatu mercenarij ce
pit cogitare. Poſtꝙ̄ v̄o accurrens pater amplexatus eſt
eum ⁊ oſculatus/oblitus ſtatū ſerui/oblitus et mercedē
mercenarij: ſola iam hereditate cepit ſolicitus eſſe filius
Tex. patris. ¶ Dixit aūt pater ad ſeruos ſuos. Cito proferte
ſtolam primā ⁊ induite eū. Stola prima/beata veſtis eſt
innocentie: quā protoplaſtus Adā bene a deo cōdit⁹ ac-
cepit: ſed a diabolo male deceptus amiſit. Unde et poſt
culpā preuaricatiōis primi hoīes cognouerūt ſe eſſe nu-
dos: et amiſſa immortalitatis gl̄ia/pelliū mortaliū acce-
perūt indumētū. Serui quibus hoc precipiṫ/ſunt ſancti
predicatores: qui ꝓtulerūt primā ſtolā/qn̄ hoīes deo re-
cōciliatos predicabant eſſe tanta gratia ſublimādos: vt
nō ſolū ciues angeloꝝ: ſed etiā heredes dei ⁊ coheredes

fierent chriſti. ¶ Et date anulum in manu eius. Anulo Tex.
ſolet res ſecreta ſignari. Per anulū ergo ſignaculū fidei
debemus accipere: quo cūcta dei ꝓmiſſa/in fideliū cordi
bus confirmanṫ. Anulo etiā ſpōſa nuptiali fide pignora-
tur: idcirco ꝑ anulū intelligitur pignus nuptiarū chriſti
et eccleſie. Anulū ergo ꝓdigus filius accepit/cū ꝑ fidem
chriſtus eccleſiā ex gentibus ſibi ſociauit. Et bene in ma
nu datur anulus: vt opera fidē aſtruāt: ⁊ ipſa opera con-
firmentur. ¶ Dantur et calciamēta in pedes. Per calcia Tex.
mēta officiū euāgelizandi ſignatur. Scriptū eſt em̄. Q̄
ſpecioſi pedes euangelizantiū pacē/predicantiū bona.
Et apl̄s. Calciati (inquit) pedes in preparatione euāge Rom. x.
lij. Ergo filio ad patris pietatē reuerſo/manus ⁊ pedes Eph. vi.
ornanṫ. Manus q̄dē/vt quiꝙ fideles recte viuamus: pe
des vero/vt pijs ſanctoꝝ moniti exēplis/ad eterna gau Tex.
dia properemus. ¶ Et adducite vitulū ſaginatū/⁊ occi-
dite. Uitulus ſaginatus ipſe eſt filius dei/dn̄s Jeſus chri
ſtus. Qui bene vitulus ſaginatus d̄r: q: caro eius ſpūali
pinguedine et virtute fertili optima eſt: adeo vt ſola ſuf-
fecerit ad totius mūdi tollenda pctā. Adducere aūt vitu
lum p̄cepit ⁊ occidere/mortē eius ꝑ apl̄os ſignificās p̄di
ri. Quaſi em̄ recēs vitulus iſte occidiṫ/cū ab vno quoꝙ
occiſus crediṫ. Tūc comediṫ/cū ſacrm̄ paſſionis eius ca Tex.
ſto corpore ⁊ mūda mēte percipiṫ. ¶ Et māducemus et
epulemur: q: hic filius meus mortu⁹ erat et reuixit: perie
rat ⁊ inuētus eſt. Intuēdū ꝙ pluraliter dicit: māducem⁹
et epulemur. Q: em̄ ſacra carne huius ſcti vituli nō ſolū
ille q̄ mortu⁹ reuixerat/ꝑditus ⁊ inuētus fuerat: verū pa
ter ⁊ ſerui illi⁹ epulari ſunt oſtendiṫ: q: letitia pr̄is eſt nr̄a Vituli Abrae ſignificatio.
ſalus: ⁊ illius gaudiū eſt noſtroꝝ remiſſio peccatoꝝ: nec
ſolū pr̄is ⁊ filij: ſꝫ ⁊ ſpūſſcti: q: ſcte trinitatis vna eſt opera
tio/vnū gaudiū/vnaꝙ dilectio. Hoc p̄ſignabat olim ꝙ
Abraā tribus angelis hoſpitio receptis: vitulū tenerri-
mū ⁊ optimū legiṫ occidiſſe/⁊ eis appoſuiſſe: q: immola
ta ꝓ noſtra redēptione caro chriſti/totius trinitatis eſt
letitia. ¶ Et ceperūt epulari. Epule iſte nūc in eccl̄ia per Tex.
totū orbē dilatate celebranṫ. Quotidie em̄ in ſctā eccl̄ia
vitulus iſte ſacerrim⁹/deo pr̄i ꝑ ſacerdotes offertur et in
vitam ꝑcipiētes paſcit eternā/q: cū q̄tidie immolaṫ/ſem
per integer ꝑmanet: ⁊ immaculatus ⁊ viuus. ¶ Erat ve Tex.
ro fili⁹ ſenior in agro. Fili⁹ ſenior: ppl̄s iudeoꝝ eſt: q̄ prior
habuit cognitionē dei: quiꝙ a deo ꝑ ꝓphetā ꝑmogenit⁹
appellatus eſt filius: q̄ ꝙuis longe a patre nō diſceſſiſſet
nō tn̄ domi/ſed in agro erat: q: idē ppl̄s neꝙ cultū crea-
toris ex toto ꝓpter idola deſeruit: nec legis ſibi date in-
teriora myſteria penetrauit: ſꝫ ſuꝑficie tātū lr̄e delectat⁹
exteriora. i. terrena tātū oꝑari nouerat. Vn̄ et ei terrena
per ꝓphetā dn̄o dicēte ꝓmittebanṫ. Si volueritis ⁊ au- Eſa. j.
dieritis me/bona terre comedetis. ¶ Et cū veniret ⁊ ap Tex.
propinq̄ret domui: audiuit ſymphoniā ⁊ choꝝ. Sepe cō
tingit/vt aliquis diligens ⁊ ſtudioſus doctor iudeoꝝ le-
gis arcana ſcrutari incipiat: cūꝙ ex eiſdē ſcripturꝫ liberta
tē eccleſie percipit/laborē ſeruilis operis (cui literā legis
obſeruando intentus erat) ꝑhorreſcit. Hoc eſt enim q̄ſi
de agro recedere/et domui appropinquare. Audit ſym-
phoniā ⁊ chorū: hoc eſt p̄dicatores ſctoſpū plenos/conſo
nis vocib⁹ intelligit predicare. Deniꝙ et apl̄s. Obſecro j. Coꝝ. j.
vos inq̄t/vt idipſum dicatis oēs. ¶ Et vocauit vnum de Tex.
ſeruis: ⁊ interrogauit eum q̄ nam hec eſſent. Uocat vnū
de ſeruis: cū ſumit in manib⁹ ad legendū aliquē ex ꝓphe
tis: qui ſunt veri ſerui hui⁹ patriſfamilias. Et ſolicit⁹ in-
ueſtigās q̄ſi reqrit qua de cauſa iocūda eccl̄ia feſta ſunt/
q̄bus ſe vidit minime intereſſe. Ideoꝙ ei rn̄det. ¶ Fra- Tex.
ter tuus venit: ⁊ occidit pater tuus vitulū ſaginatū. Q̄d
eſt apte dicere. Gentilis ppl̄s deū catenus ignorans: qui
ꝑ errorē longe a deo receſſerat: nūc ex oīb⁹ mūdi partib⁹
ab extremis quoꝙ terrarū finibus ad eū cōuertiṫ: ⁊ pro
eius ſalute tāta exultatiōe nouū deo cāticū cantat. Pro-
pter quē etiā occiſus eſt ille vitul⁹ pinguiſſim⁹: cui ꝑ pſal
miſtā diciṫ. Holocauſtū tuū pingue fiat. ¶ Indignatus Tex.

Digitized by Google

Tex. eſt aūt ꝛ nolebat intrare. Obſtinato adhuc aīo iudei fo-
ris ſunt: ꝛ nolūt fidē eccle intrare. Pr̄ ḡ illi⁹ egreſſus/ ce
pit rogare illū. Nouiſſimo ſeculi tpe implebit̃ vocatio iu
deoꝝ: qꝛ credituri ſunt ad p̄dicationē Helie ꝛ Enoch
Hanc ḡ agtā iudeoꝝ vocationē egreſſum patris vocat
tūc em̄ quodāmodo egredieẗ ꝛ rogabit eū/ vt ingreſſa
iā gentiū plenitudine: q̄ſi minore filio oīs etiā Iſrael ſal
uus fiat: cui ex maxima parte cōtigit cecitas infidelitatꝫ.
Tex. ¶ At ille r̄ndēs dixit patri ſuo. Ecce tot annis ſeruiui ti-
bi/ ꝛ nunq̄ mādatū tuū p̄teriui. Cum frequētiſſime lega
mus illū populū cōtra mādatū dn̄i idola coluiſſe: q̄d eſt
qđ nunc dicit: nūq̄ mādatū tuū p̄teriui: Sed hoc non de
oībus iſraelitis/ ſꝫ particulariter de q̄buſdā accipiēdū eſt
de his ſcꝫ tantū q̄ ſemp deū coluerūt/ ꝛ nūq̄ ad idola con
fluxerūt. Ubi tales q̄uis in terrenis tantū delectarenẗ q̄ſi
in agro eſſent: ipſa tn̄ bona terrena a ſolo deo ſperabant
accipere. Quod ꝛ teſtimonio ipſi⁹ fratris ꝯfirmaẗ/ cum
Tex. r̄ndit in ſequētib⁹. ¶ Et nūq̄ dediſti mihi hedū/ vt cum
amicis meis epularer. Hedus aīal ſtolidū eſt: ꝛ in ſcriptu
ris diuinis pctōꝝ figurā tenere ſolet. Sꝫ hoc loco hedi
noīe chriſtū debem⁹ intelligere: quē ille populus in ſimili
tudine carnis pcti veniſſe cōſpiciēs/ peccatorē eſſe exiſti-
mauit. Un̄ ꝛ ceco illuminato dixerūt. Nos ſcimus/ qꝛ hic
hō peccator eſt. Et alibi Samaritanū eū eſſe: ꝛ demoniū
Joā.ix. habere blaſphemāt. Nec mirū videri debet: ſi hic per he-
Jo.viij. dū chriſtū figuratū dicim⁹: cū ꝛ in lege hoc noīe legatur
Exodi. appellar⁹: ait em̄. Non coques hedū in lacte matris ſue.
xxij. Qđ ḡ dicit: nō dediſti mihi hedū: tale eſt ac ſi dicat: illū q̄
mihi hed⁹ videbaẗ. Nā qꝛ chriſtū p̄fanatorē legis ꝛ vio-
latorē ſabbati dicebāt: idcirco epulis ei⁹ iocūdari nō merue-
runt. Qđ vo ſequiẗ vt cū amicis meis epularer/ ex prin
cipū pſona accipiendū eſt: q̄ cū amicis. i. reliq̄ plebe epu-
lari volebāt. Nō dediſti mihi hedū. i. hac de cauſa illū mi
hi ſubtrahis: qꝛ hedus mihi videbaẗ. Pōt ꝛ ex pſona po-
puli hieroſolimitani dictū intelligi cū ceteris ppl̄is iuda
¶ Sed poſtq̄ fili⁹ tu⁹ hic q̄ deuorauit ſubſtantiā ſuā cū
meretricib⁹ venit/ occidiſti illi vitulū ſaginatū. Meretri
ces cū q̄bus ſubām ſuā deuoraſſe dr̄: ſupſtitiones gētiliūꝫ
Mere- ꝛ nefanda figmēta ſunt: in q̄b⁹ naturale totū ingeniū ex
tricium panderūt: ꝛ relicto deo quē virū aīe hr̄e debuerāt/ cū tur
ſpūale. ba demonū turpiſſima cupiditate fornicati ſūt. ¶ At pr̄
Tex. dixit. Fili tu ſp̄ mecū es. Nō redarguit q̄ſi mētientē: ſed
ei⁹ pſeuerātiā in ſuo obſeq̄o cōprobās/ ad colletādū ſibi
Jo.xvij. ſimulq̄ꝫ cū filio epulādū inuitat. Et oīa mea tua ſunt. Ad
patrē loquēs q̄dā loco fili⁹ dicit. Et oīa mea tua ſūt: ꝛ oīa
mea tua. Ecce hoc ſimillimū huic ſonare videtur/ Et oīa
mea tua ſunt. Sꝫ diſtincte ꝛ multū diſſimiliter oīa q̄ pr̄is
ſunt/ habet is q̄ p naturā eſt fili⁹ dei: p̄cipali⁹ q̄ hi quos
gr̄a fecit filios dei. Illi⁹ em̄ ſunt oīa pr̄is p naturā: iſtorū
p donatā dei clemētiā. Ille ſicut vnic⁹ oīa habet p̄ſtāte: iſti
ſicut adoptati conceſſa diuinitus pietate. Ille habet oīa
p id quod de deo de⁹ patri equalis natus eſt: iſti per hoc
quod ex deo renati ſunt. Sane cū diciẗ: oīa mea tua ſunt
nō ſic accipiēdū eſt/ quaſi nō ſint ꝛ ſua. Nam in terrena
hereditate quedā ſunt anguſtie: nec pōt maior frater ha
bere oīa/ ſi minor etiā partē habuerit. Sꝫ in ſpūaliū ꝛ ce-
leſtiū bonoꝝ hereditate/ ſic a pfectis ꝛ imortalib⁹ filijs
oīa poſſidenẗ: vt ꝛ ſingula ſint oīm/ ꝛ oīa ſingulorū: ope-
rāte in oīb⁹ charitate: q̄ nil cū anguſtia nouit poſſidere.
Quā Pſalmiſta magna laude ſublimās ait. Oīs cōſum
Pſ.cxviij matiōis vidi finē/ latū mādatū tuū nimis. Huic igiẗ effi
caciſſime ſtudeam⁹: p hāc mutatis pfectib⁹ congaudere
diſcam⁹. Diligam⁹ id qđ eſt ſupra nos tota aīa/ tota mēte
tota virtute. Diligam⁹ qđ eſt intra nos. i. interiorē noſtrū
hominē/ aīam vcꝫ nr̄am/ eāq̄ꝫ ſubdere deo ſp̄ curem⁹. Di
ligam⁹ qđ eſt iuxta nos. i. proximū/ ſicut nosipſos. Diliga
mus qđ eſt infra nos/ carnē vcꝫ noſtram: vt ei⁹ illicitos
appetit⁹ frangamus/ eāq̄ꝫ ſpiritui obtēperare cogamus
chriſtū ſedulo poſcētes/ vt ſpm̄ aīam ſimulq̄ꝫ corpus ſine
q̄rela in ſuo ſibi aduētu cuſtodiat de⁹ ꝛ dn̄s nr̄. q̄ cū pr̄e ꝛ
ſpūſctō viuit ꝛ regnat de⁹/ p oīa ſecula ſeculoꝝ. Amen.

¶ Dn̄ica. III. in quadrageſima.

Sermo beati Leonis pape.

Predicatur⁹ nobis di-
lectiſſimi ſacratiſſimū maximūq̄ꝫ ieiuniū: quo
aptius vtar exordio q̄ vt verbis apl̄i/ in q̄ chri-
ſtus loq̄baẗ incipiā dicāq̄ꝫ qđ lectū eſt. Ecce nūc tempus
acceptabile: ecce nūc dies ſalutis. Quis em̄ nulla ſint tē ij.Co.vj.
pora q̄ diuinis nō ſint plena munerib⁹ ꝛ ſemp nobis ad
miam dei per ipſius gratiā p̄ſteẗ acceſſus. Nūc tamen
oīm maiore ſtudio mētes ad ſpirituales pfect⁹ moueri ꝛ
ampliore fiducia animari oportet: q̄n ad vniuerſa pieta-
tis officia/ illi⁹ nos diei in quo redēpti ſum⁹ recurſus inui-
tat: vt excellēs ſup oīa dn̄ice paſſionis ſacramētū/ purifi-
catis ꝛ corpib⁹ ꝛ animis celebrem⁹. Debebaẗ quidē tātis Inſigni
myſterijs iſta inceſſabilis deuotio ꝛ ꝯtinuata reuerētia um diei
vt tales pmanerem⁹ in conſpectu dei: q̄les nos in ipſo pa honor.
ſcali feſto dignū eſt inueniri. Sꝫ qꝛ hec fortitudo paucoꝝ
eſt: ꝛ dū carnis fragilitati auſterior obſeruātia relaxatur
dū p varias actiones vite hui⁹ ſolicitudo diſtēdiẗ: neceſ-
ſe eſt de mūdano puluere etiā religioſa corda ſordeſcere.
Magna diuine inſtitutionis ſalubritate p̄uiſum eſt: vt
ad reparādā mētiū puritatē/ q̄draginta nobis dieꝝ exer
citatio mederet̃: in q̄bus alioꝝ tēporꝝ culpas ꝛ pia opa
redimerēt/ ꝛ ieiunia caſta decoquerēt. Ingreſſuri igiẗ di
lectiſſimi dies myſticos/ ꝛ purificādis animis ac corpori
bus ſacrati⁹ inſtitutos: p̄ceptis aplicis obedire curem⁹
emūdātes nos ab oī inq̄namēto carnis ꝛ ſpū: vt caſtiga
tis colluctatiōibus q̄ ſunt inter vtrāq̄ꝫ ſubſtātiā animus ij.Co.vij
(quē ſub dei gubernaculis cōſtitutū corpis ſui decet eſſe
rectorē) dn̄ationis ſue obtineat dignitatē: vt nemini dan
tes vllā offenſionē/ vituperationibus obloquētiū ſimus
obnoxij. Digna em̄ ab infidelibus rep̄hēſione carpemur
ꝛ noſtro vitio lingue impie in iniuriā ſue religiōis arma
bunt: ſi ieiunantium mores a puritate perfecte continē-
tie diſcreparint. Non enim in ſola abſtinētia cibi ſtat nr̄i
ſumma ieiunij/ aut fructuoſe corpori eſca ſubtrahitur/ ni
ſi mēs ab iniq̄tate reuoceẗ: ꝛ ab obtrectationib⁹ lingua
cohibeaẗ. Sic igiẗ nobis edēdi eſt moderāda libertas vt
etiā alie cupiditates eadē lege frenenẗ. Māſuetudinis ꝛ
patiētie: pacis ꝛ trāquillitatis hoc tēpus eſt: in quo exclu
ſa oī cōtaminatione vitioꝝ/ pperutas eſt nobis obtinen
da virtutū. Nūc pioꝝ mētiū fortitudo donare culpas/ ne
gligere cōtumelias/ ꝛ obliuiſci aſſueſcat iniurias. Nunc Exerciti
fidelis animus per arma iuſtitie a dextris ſe exerceat ꝛ a um dieꝝ
ſiniſtris: vt per gloriam ꝛ ignobilitatem/ per infamiam ꝛ ſacrorū.
bonā famā ſecurā cōſcientiā/ nec laudes inflēt nec oppro
bria fatigēt. Religioſoꝝ modeſtia nō ſit meſta ſꝫ ſctā: nec
inueniāẗ in eis vllarū murmura q̄relarū q̄bus nūq̄ de-
ſunt ſctōꝝ ſolatia gaudioꝝ. Nō timeaẗ inter opa mie/ ter
renarū diminutio facultatū. Semper diues eſt chriſtia-
na paupertas: qꝛ eſt plus q̄ habet q̄ quod nō habet: nec
paueat in iſto mundo indigentia laborare/ cui donatum
eſt in omnium rerū domino oīa poſſidere. Operātibus
ḡ que bona ſunt non eſt oīno metuēdū/ ne eis deſit facul
tas operandi: cum ꝛ in duobus nummis euāgelice illius Luc.xxi.
vidue ſit laudata deuotio: ꝛ pro calice aque frigide pre-
miū habeat gratuita largitio. Ex affectib⁹ em̄ pioꝝ be-
nignitatis mēſura taxatur: ꝛ nūq̄ eum miſerendi effica-
cia deſerit/ in quo miſericordia ipſa non deficit. Experta iij.Reg.
eſt hoc vidua illa de ſarepta: que beato Helie in tempore xvij.
famis/ vnius diei cibum quem ſolum habebat appoſuit
ꝛ pphete eſuriem neceſſitati ſue p̄ferens/ exiguū farine
ac puſillū olei incunctanter expendit. Sed non ei defuit
q̄ fideliter erogauit: ꝛ in vaſis pia effuſione vacuatis
fons noue vbertatis exortus eſt: vt ſanctis vſibus non
minueretur eius ſubſtantie plenitudo/ cuius nō fuerat
formidata defectio. His aūt ſtudijs dilectiſſimi ad q̄uos

Digitized by Google

voluntarie cōfidimus ꝑparatos:non ambigitis diabolū/
qui omniū virtutū eſt aduerſarius inuidere:⁊ ad h̄ vim
ſue malignitatis armare/vt pietati laqueos de ipſa pie/
tate pretendat:⁊ quos nō potuerit deijcere ꝑ diffidētiā/
conet̄ ſuperare ꝑ gloriā. Et difficile eſt vt laudabiliter vi
ij.Co.x. uentē/laus humana nō capiat/niſi vt ſcriptum eſt. Qui
gloriatur/in dn̄o gloriēt. Cuiusvero ille hoſtis neq̄ſſim⁹
nō audeat impugnare ꝓpoſitū:cui⁹ non appetat violare
ieiuniū:qn̄ verſutias ſuas:ſicut euāgelica lectione pate/
factū eſt/nec ab ipo mūdi ſaluatore ɔtinuit. Expaueſcēs
em̄ in eo quadraginta dierū noctiūq; ieiuniū/explorare
callide voluit:vtrū hanc cōtinentiā donatā haberet/an
propriā:vt nō metueret deceptionū ſuarū opera reſoluē/
da/ſi chriſtus eſſet ei⁹ conditionis cuius ⁊ corporis. Pri/
mo vtriq; dolo ſcrutat⁹ eſt:an ipſe eſſet ſubſtantiarū crea/
tor:qui rerū corporearū poſſet in quas vellet mutare na
Aſt⁹ de/ turas. Secundo/an ſub humane carnis ſpecie diuinitas
monis obumbrata regeret̄:cui facile eſſet peruiū ſibi aerem fa/
explicat̄ cere:⁊ terrena ꝑ vacuū mēbra librare. Sed cū illi dn̄s iu/
ſtitiā maluiſſet opponere veri hoīs/q̄ potētiā manifeſta
re deitatis:ad hoc cōuertit tertie fraudis ingeniū:vt eū
in quo diuine poteſtatis ſigna ceſſauerāt/dominādi cu/
piditate tentaret:⁊ ad venerationē ſui(regna mūdi pol
licendo)traduceret. Sed prudentiā diaboli ſtultā fecit
ſapiētia dei:vt ſupbus hoſtis hoiem videns quē aliqn̄ ſu
perauerat:nō meruerat eū ꝓſequi quē ꝑ oīb⁹ oportebat
occidi. Huius igit̄ aduerſarij dolos nō ſolū in illecebris gu
le ſʒ etiā ꝓpoſito abſtinētie caueam⁹. Qui em̄ ſciuit hu/
mano gn̄i mortē inferre ꝑ cibū/nouit ⁊ ꝑ ipſum nocere ie
iunijs:⁊ ad cōtrarie fraudis effectū:ſicut ꝑ ſerpētē intulit
interdicta ꝯſumi:ita ꝑ famē ſuadet cōceſſa vitari. Utilis
quidē eſt cōtinētia/q̄ parco aſſueta victu/deliciarū cohi
bet appetitū. Sʒ ve illoꝝ dogmati/apud q̄s etiā ieiunan
do peccat̄:dānant em̄ creatā naturā in creatoris iniuriaʒ
⁊ cōtaminari edētes aſſerūt his quoꝝ nō deū/ſʒ diabolū
Titū.j. cōditorē eſſe definiūt:reſultātes dicēti aplo. Oīa mūda
mūdis:coinq̄natis aūt ⁊ infidelib⁹ nihil mundū:ſʒ inqui
nata ſunt eoꝝ ⁊ mens ⁊ cōſcientia. Vos autē dilectiſſimi
catholice matris generatio ſancta:q̄s incola veritatiſ ſpi
ritusſanct⁹ erudiuit/libertatē veſtrā cōgrua deuotione
moderamini:ſciētes q: bonum eſt etiā a licitis abſtinere.
Et cū caſtigati⁹ viuendū eſt/ita diſcernite cibos/vt vſus
eorū remoueatur/non natura dominetur:⁊ a predictorū
peſtifero contagio vos remouete:vt cū chriſto domino
omniū creatore regnetis.

De eadem dominica. Luce.XI.

In illo tempore: Erat Jeſus eijciens demo/
nium:et illud erat mutū. Et cum eieciſſet demo/
nium:locutus eſt mutus:⁊ admirate ſunt turbe.
Et reliqua. Homilia venera. Bede presbyteri.

D Emoniac⁹ iſte apud
Mat.xij Mattheū:nō ſolū mut⁹/ſed ⁊ cec⁹ fuiſſe narra
tur:curatuſq; dicit̄ a dn̄o:ita vt loq̄ret̄ ⁊ videret.
Tria generalia ſigna ſimul in vno hoie ꝑpetrata ſunt:ce
cus videt:mut⁹ loquit̄:poſſeſſus a demone liberat̄. Qd̄
⁊ tūc q̄dē carnaliter factū eſt:ſʒ ⁊ q̄tidie cōplet̄ in conuer
ſione credētiū:vt expulſo pmū demone/fidei lumē aſpi
Tex. ciāt:deinde ad laudes dei tacētia pri⁹ ora laxēt. Quiſ/
dā aūt ex eis dicebāt. In Beelzebub pn̄cipe demoniorū
eijcit demonia. Nō h̄ aliq̄ de turba/ſʒ phariſei calūniabā
tur ⁊ ſcribe:ſicut alij euangeliſte teſtant̄. Turbis q̄ppe q̄
min⁹ erudite videbant̄/dn̄i ſp facta mirātib⁹:illi cōtra vl
negare hec/vel q̄ negare nequerāt/ſiniſtra interꝑtatiōe
Beelze/ ꝑuertere laborabāt:qſi hec nō diuinitati/ſʒ immūdi ſpūs
bub iter opa fuiſſent.i.beelzebub:q̄ de⁹ erat accaron. Nā beel q̄dē
pretatio ipe eſt baal:zebub aūt muſca vocat̄. Nec iuxta quedā mē
doſa exēplaria.l.lr̄a vel.d.in fine dictiōis legēda eſt/ſʒ.b.
Beelzebub ergo baal muſcarū.i.vir muſcaꝝ ſiue habēs
muſcas interpretat̄:ob ſordes vcʒ immolaticij cruoris:ex
cuius ſpurciſſimo ritu vel noīe principem demoniorū co/
gnominabāt. Et alij tētātes/ſignū de celo querebant Tex.
de eo. Vel i more Helie ignē de ſublimi venire cupiebāt
vel i ſimilitudinē Samuelis tpe eſtiuo mugire tonitrua
coruſcare fulgura/imbres ruere:qſi nō poſſent ⁊ illa ca/
lūniari ⁊ dicere:ex occultis ⁊ varijs aeris paſſionibus ac
cidiſſe. At tu qui calūniaris ea que ocłis vides/manu te
nes/vtilitate ſentis:q̄d facies de his q̄ de celo venerint?
Utiq; r̄ndebis:⁊ magos in Egypto ſigna multa feciſſe Tex.
de celo. Ipſe aūt vt vidit cogitatiōes eoꝝ dixit eis. Oē
regnū in ſeipſum diuiſum deſolabit̄:⁊ dom⁹ ſup domū ca
det. Nō ad dicta/ſʒ ad cogitata r̄ndit:vt vel ſic compelle
rent̄ credere potētiā ei⁹:q̄ cordis videbat occulta. Si aūt
oē regnū in ſeipſum diuiſum deſolabit̄:ḡ patris ⁊ filij et
ſpūſſancti regnū nō eſt diuiſum:qd̄ ſine vlla cōtradictiōe
nō aliquo vnq̄ poterit labefactari ipulſu. Si vero ſctē ex
indiuidue trinitatis indiuiduū(imo q: indiuiduū)ma/ arriano
net regnū:deſiſtāt Arriani minorē patre filiū/minorē fi/ rū incre/
lio ſpm̄ſctm̄ dicere:q: quorū vnū eſt regnū/horū eſt ⁊ vna patio.
maieſtas. Si autem ⁊ ſathanas in ſeipſuʒ diuiſus eſt Tex.
quō ſtabit regnū ipſi⁹:q: dicitis in Beelzebub me eijcere
demonia? Hoc dicēs/ex ipſorū cōfeſſione volebat intelli
gi:q in eū nō credēdo in regno diaboli eē delegiſſent:qd̄
vtiq; aduerſum ſe diuiſum ſtare non poſſet. Eligāt ergo
phariſei quid voluerint. Si ſathanas ſathanā nō pōt Tex.
eijcere:nihil cōtra dn̄m quod dicerēt inuenire potuerūt
Si aūt pōt:multomagis ſibi proſpiciāt ⁊ recedant de re/
gno eius:quod aduerſum ſe diuiſuʒ ſtare nō pōt. In quo
autē dn̄s noſter Jeſus chriſt⁹ eijciat demones:ne demo/
niorū principē exiſtimēt/attēdant qd̄ ſequit̄. Si autem Tex.
ego in Beelzebub eijcio demonia filij veſtri in q̄ eijciūt?
Ideo ipſi iudices vr̄i erūt. Dixit vtiq; h̄ de diſcipulis ſuis
illius filijs populi:q̄ recte dn̄i diſcipuli Jeſu chriſti/bene
ſibi cōſcij erāt/nihil ſe malarū artiū a bono magiſtro di/
diciſſe:vt in principe demoniorū eijcerēt demones:ideo
inquit ipſi iudices veſtri erūt. Ipſi inq̄t:ipi ignobilia ⁊ cō
tēptibilia hui⁹ mūdi:in quib⁹ nō artificioſa malignitas/
ſed ſctā ſimplicitas mee virtutis apparet:ipſi teſtes mei/
iudices erūt veſtri. Aliter. Filios etiā iudeorū exorciſtas
gētis illi⁹ ex more ſignificat:q̄ ad inuocationē dei eijciebāt
demones. Et coarctat eos interrogatione prudēti/vt cō
fiteant̄ ſpūſſancti eſſe op⁹. Qd̄ ſi expulſio inq̄t demonuʒ
in filijs veſtris/de eo nō demonib⁹ deputat̄:q̄re idē in me
op⁹ nō eādē habeat cauſam? Ergo ipſi iudices vr̄i erunt
nō ptāte/ſʒ cōparatiōe:dū illi expulſionē demonū deo a/
ſignant:vos Beelzebub principi demonioꝝ. Porro ſi Tex.
in digito dei eijcio demonia/ꝑfecto ꝑuenit in vos regnū
dei. Iſte eſt digit⁹ quē ⁊ ɔfitent̄ magi:q̄ ɔtra Moyſen et
Aaron ſigna faciebāt/dicētes. Digit⁹ dei eſt iſte:q̄ ⁊ tabu Exo.viij
le lapidee ſcripte ſunt in mōte Sinai. Igit̄ manus ⁊ bra/
chiū dei fili⁹ eſt/⁊ digit⁹ ei⁹ ſpūſſanct⁹. Patris ⁊ filij ⁊ ſpi
ritusſctī vna ſubſtātia eſt. Nō te ſcādalizet mēbroꝝ ineq̄li
tas:cū edificet corꝑis vnitas. Aliter. Digit⁹ dei vocat̄ ſpūs Digitus
ſanct⁹ ꝓpter partitionē donoꝝ q̄ in eo dant̄ vnicuiq; ꝓpa dei ſpūs
ſiue hoīʒ/ſiue angeloꝝ. In nullis em̄ mēbris nr̄is magis ſanctus.
apparet partitio q̄ in digitis. Qd̄ aūt dixit:ꝑuenit in vos
regnū dei:regnū dei nūc dicit quo dānant̄ impij:⁊ a fide
lib⁹ de pctīs ſuis pniam nūc agētib⁹ ſecernunt̄. Cū for Tex.
tis armat⁹ cuſtodit atriū ſuuʒ/in pace ſunt ea q̄ poſſidet.
Fortē diabolū/atriū h̄o illi⁹ mūdū q̄ in maligno poſitus
eſt appellat:in q̄ vſq; ad ſaluatoris aduētum male parto
potiebat̄ impio:q: in cordib⁹ infideliū ſine vlla contradi
ctione q̄ſcebat. Vn̄ ⁊ alibi princeps mūdi vocat̄/dicēte Jo.xiiij.
dn̄o. Venit em̄ princeps mūdi hui⁹:⁊ in me nihil iuenit.
Et iterū. Nūc princeps huius mundi eijcietur foras. De Joā.xij.
qua hic eiectiōe ſubiūgit̄. Si autem fortior illo ſupue Tex.
niens vicerit eū:vniuerſa arma eius auferet in quibus
confidebat:⁊ ſpolia ei⁹ diſtribuet. De ſeipſo q̄ppe loq̄tur

Digitized by Google

ꝙ non concordi fallax operatiõe/quẽadmodũ calũnia
banť ſed fortiori potentia victor/hoies a demonio libera
ret. Arma in quib⁹ male fortis ille cõfidebat: aſtutie do/
liq; ſunt neq̃tie ſpũalis. Spolia vero ei⁹/ipſi hoies ſunt
ab eo decepti: q̃ victor chriſt⁹ diſtribuit: quod eſt inſigne
triũphantis. Qui captiuam duxit captiuitatẽ/dedit do/
na hominibus. Quoſdã quidẽ apoſtolos/alios euange
liſtas/hos prophetas/illos paſtores ordinans ⁊ docto/
Tex. res. ¶ Qui non eſt mecũ/aduerſum me eſt: ⁊ q̃ non colli
git mecũ/diſpergit. Non putet quiſq; de hereticis hoc di
ctũ ⁊ ſchiſmaticis: ꝙꝙ ⁊ ita ex ſupfluo poſſit intelligi: ſ;
ex ſequentib⁹ textuq; ſermonis ad diabolũ referť: ⁊ ꝙ nõ
poſſunt opera ſaluatoris/Beelzebub operib⁹ cõparari.
Ille cupit aias hoim tenere captiuas: dominus liberare
Ille predicat idola/hic vni⁹ dei notitiã. Ille trahit ad vi/
tia/hic ad virtutẽ reuocat. Quomodo g̃ poſſunt habere
Tex. concordiã inter ſe quorũ opera diuiſa ſunt? ¶ Cũ immũ/
dus ſpiritus exierit ab homine/ambulat per loca inaq̃ſa
Quis ſimpliciter intelligi poſſit dñm hec ad diſtinctio/
nem ſuorum ⁊ ſathane operũ adiunxiſſe: ꝙ ſc; ipſe ſemꝑ
polluta mundare: ſathanas vero mundata grauioribus
feſtinet attaminare ſordibus: tñ ⁊ de heretico quolibet/
vel ſchiſmatico: vel etiã malo catholico põt nõ iconueniẽ
ter accipi. De quo tẽpore baptiſmatis ſpũs imundus qui
in eo pri⁹ habitauerat/ad cõfeſſionẽ catholice fidei abre
nuntiationẽq; mũdane conuerſationis eijciať: locaq; in
aquoſa pagret. i. corda fideliũ: q̃ a mollitie fluxu cogita/
tionis expurgata ſint/callid⁹ tentator explorct/ſi q̃s ibi
forte ſue neq̃tie greſſus figere poſſit. Sed bene d̃: q̃rens
requiẽ ⁊ non inueniens: q: caſtas mẽtes effugiẽs in ſolo
diabol⁹ corde prauorũ gratã ſibi põt inuenire quietem.
Job.xl. Vñ ⁊ de illo dñs. Sub vmbra iq̃t dormit i ſecreto calami
in locis humentibus. In vmbra videlicet tenebroſas cõ/
ſcientias: in calamo q̃ foris nitidus intus eſt vacu⁹ ſimu
latrices: in locis humẽtib⁹/laſciuas molleſq; mẽtes inſi/
Tex. nuans. ¶ Tũc dicit. Reuertar in domũ meã vñ exiui. Ti
mendus eſt iſte verſicul⁹/nõ exponẽdus: ne culpa quã in
nobis extinctã credebam⁹/ꝑ incuriã nos vacantes oppri
Tex. mat. ¶ Et cũ venerit inuenit ſcopis mũdatã: hoc eſt gra
tia baptiſmatis a peccatorꝫ labe caſtigatã: ſed nulla boni
operis induſtria cumulatã. Vñ bñ Matthe⁹ hãc domũ
vacantẽ/ſcopis mũdatã/atq; ornatã dicit inuẽtam: mun
datam vc; a vitijs priſtinis ꝑ baptiſmũ: vacantẽ a bonis
actibus ꝑ negligentiã: ornatã ſimulatis virtutib⁹ ꝑ hypo
Tex. criſim. ¶ Et tunc vadit ⁊ aſſumit ſeptẽ alios ſpũs neq̃o
Septez res ſe/⁊ ingreſſi habitãt ibi. Per ſeptẽ alios ſpũs vniuer/
ſpirit⁹ q̃ ſa vitia deſignat. Queũq; em̃ poſt baptiſma ſiue prauí/
ſũe. tas heretica ſeu humana cupiditas arripuerit: mox oim
proſternet in ima vitiorꝫ. Vñ recte nequiores tũc eũ ſpũs
dicunť ingreſſi: q: nõ ſolũ habebit illa ſeptẽ vitia: q̃ ſeptẽ
Tex. ſpũalibus ſunt ɔtraria virtutib⁹: ſ; ꝑ hypocriſim ipſas ſe
ꝟtutes habere ſimulabit. ¶ Et ſunt nouiſſima hois illi⁹
peiora prioribus. Meli⁹ eſt em̃ viã veritatis nõ agnoſcere
ij. Pe. ij. ꝙ poſt agnitionẽ retrorſũ cõuerti. Qd̃ in Juda tradito/
re vel in Simone mago: ceteriſq; talib⁹ ſpũaliter legimus
impletũ. Quo aũt hec parabola generaliter tendat: ipſe
ſ; Mattheũ ſaluator expoſuit: vbi ea terminata mox ſub/
didit/dicẽs. Sic erit ⁊ gñationi huic peſſime. i. qd̃ de vno
q̃libet ſpũaliter geri ſolere narraui: h̃ in tota gñaliter hui⁹
Mat.xij ppli gẽte geri nõ deſinit. Immũdus q̃ppe ſpiritus exiuit
a iudeis: qñ acceperũt legẽ: ⁊ ambulauit per loca arida
q̃rens ſibi requiẽ: expulſus vc; a iudeis ambulauit ꝑ gẽ/
tiũ ſolitudines. Que cũ poſtea dño credidiſſent/ille non
inuento loco in nationibus dixit. Reuertar in domum
meã priſtinã vñ exiui: habebo iudeos quos ante dimiſe/
rã. Et veniẽs inq̃t inuenit vacãtẽ ⁊ ſcopis mũdatã. Vaca
bat em̃ templũ iudeorũ: ⁊ chriſtũ hoſpitẽ nõ habebat di/
Mat. centẽ. Dimitteť vobis dom⁹ vr̃a deſerta. Quia igiť dei ⁊
xxiij. angelorũ p̃ſidia nõ habebãt: ⁊ ornati erãt ſupfluis obſer
uationibus phariſeorũ: reuertiť ad eos diabol⁹/⁊ ſepte/

nario ſibi numero demonũ addito habitat p̃ſtinã domũ
⁊ fiunt poſteriora hois illi⁹ peiora priorib⁹. Multo enim
nũc maiore demonũ numero poſſidenť blaſphemantes
in ſynagogis ſuis chriſtum Jeſum: ꝙ in Egypto poſſeſſi
fuerant an legis notitiã. Q: aliud eſt vẽturũ nõ credere:
aliud eũ nõ ſuſcepiſſe cũ venerit. Septenariũ autem nu
merũ adiunctũ diabolo: vel ꝓpter ſabbatũ intellige/vel
ꝓpter numerũ ſpũſſcti. Ut quomodo in Eſaia ꝑ virgã de Eſa.xj.
radice Jeſſe/⁊ florẽ qui de radice aſcẽdit: ſeptem ſpiritus
virtutum deſcendiſſe narrantur: ita ⁊ econtrario vitiorũ
numerus in diabolo conſecratus ſit.

¶ In cõmemoratiõe beatiſſime vir/ginis Marie: de euãgelio. Extollẽs vocẽ quedam mulier de turba dixit.

FActum eſt autem cũ
hec diceret: extollẽs vocẽ q̃dã mulier de tur/
ba dixit illi. Beat⁹ vẽter q̃ te portauit: ⁊ vbe
ra q̃ ſuxiſti. Magne deuotionis ⁊ fidei hec
mulier oſtẽdiť: q̃ ſcribis ⁊ phariſeis dñm tẽtãtib⁹ ſimul ⁊
blaſphemãtib⁹: tãta ei⁹ incarnationẽ pre oib⁹ ſynceritate
cognoſcit: tãta fiducia cõfiteť: vt ⁊ p̃ſentiũ ꝓcerũ calũniã blaſphẽ
⁊ futurorꝫ cõfundat hereticorꝫ p̃fidiã. Nã tũc ſicut iudei mia iu/
ſctĩſpũs opa blaſphemãdo/verꝫ cõſubſtãtialẽq; pr̃i dei fi/ deorum
liũ negabãt: ſic heretici poſtea (negãdo Mariã ſꝑ ꝟginẽ notatur
ſctĩſpũs operante virtute/naſcituro ex hũanis membris
vnigenito deo carnis ſue materiam miniſtraſſe: verum
cõſubſtãtialẽq; matri filiũ hois fateri nõ debere) dixerũt
S; ſi caro ꝟbi dei ſcḋm carnẽ naſcẽtis a carne virginis ma
tris pronuntiať extranea: ſine cauſa vẽter q̃ eũ portaſſet
vbera q̃ lactaſſent beatificantur. Que enim conſequen/
tia: vt eius lacte credatur nutritus/cuius ſemine negať
eſſe conceptus: cum ex vnius eiuſdemq; fontis origine
ſcḋm Phyſycos vterq; liquor emanare probeť. Niſi forte
putanda eſt virgo ſemẽtiuã ſue carnis materiam/nutriẽ
do in carne dei filio ſuggerere potuiſſe: incarnando aũt
q̃ſi maiore ⁊ inſitato miraculo minime potuiſſe. S; huic
opinioni obſtat apoſtolus dicens. Quia miſit de⁹ filiuz Gal.iiij
ſuũ factũ ex muliere/factũ ſub lege. Neq; enim audiendi
ſunt: q̃ legendũ putãt/natũ ex muliere/factũ ſub lege: ſed
non factũ ex muliere: q: cõcept⁹ in vtero virginali carnẽ
nõ de nihilo/nõ aliũde: ſ; materna traxit ex carne. Alio/
quin nec vere fili⁹ hois diceret: q̃ originẽ non haberet ex
hoie. Et nos igiť his ɔtra Eutichẽ dictis/extollam⁹ vocẽ
cũ eccleſia catholica: cui⁹ hec mulier typũ geſſit: extolla/
mus ⁊ mentẽ de medio turbarꝫ: dicamuſq; ſaluatori. Bea
tus vẽter q̃ te portauit/⁊ vbera q̃ ſuxiſti. Vere em̃ btã pa
rens: q̃ (ſicut quidã ait) enixa eſt puerpera regẽ. Qui ce/
lũ terrãq; regit ꝑ ſecula: cui⁹ Nomẽ ⁊ eterno cõplectens Verſicu
oia gyro. Imperiũ ſine fine manetq; vẽtre btã. Gaudia li ſedulij
matris habẽs cũ virginitatis honore. Nec primã ſimilez in laudẽ
viſa eſt/nec habere ſequentẽ. At ille dixit. Quinimo btĩ virginis
q̃ audiũt verbũ dei/⁊ cuſtodiunt illud. Pulchre ſaluator
atteſtationi mulieris annuit nõ eã tãtũmodo beatam/q̃
ꝟbũ dei corꝑaliter generare meruerat: ſed ⁊ oẽs q̃ idem
verbũ ſpiritualiter auditu fidei cõcipere: ⁊ boni opis cu/
ſtodia/vel in ſuo/vel in ꝓximorũ corde parere/⁊ q̃ſi alere
ſtuduerint/aſſeuerans eſſe beatos. Q: ⁊ eadẽ dei geni/
trix ⁊ inde quidẽ beata: q: verbi incarnandi miniſtra fa/
cta eſt temporalis: ſed inde multo beatior: q: eiuſdem ver
bi ſemper amandi cuſtos manebat eterna. Qua ſenten/
tia ſapientes iudeorꝫ clam ꝑcutit: q̃ verbũ dei non audire
⁊ cuſtodire/ſed negare ⁊ blaſphemare querebant.

¶ Feria ſecunda. Luce.IIII.

¶ In illo tempore: Dixerũt phariſei ad Jeſum
Quanta audiuim⁹ facta in Capharnaũ: fac ⁊ hic
in patria tua. Et reliqua Homilia lec. eiuſdem.

Digitized by Google

Refert ſuperius euā-
geliſta: q: cū veniſſet dñs Nazareth: ⁊ in ſyn
agoga lectoris functus officio/ab oībus in-
tēta ⁊ ſtudioſa fuiſſet intētione auditꝰ: oēſqꝫ
mirarent̃ in verbis gratie/q̄ ꝓcedebāt de ore illius: cepe
rūt phariſei ⁊ ſcribe iuidētes dicere. Nōne hic eſt filiꝰ Jo
ſeph fabri? Quorū quanta eſſet cecitas/hinc liquide co-
gnoſcimꝰ: q: dñm quē in verbis ⁊ factis mirabant̃/⁊ chri
ſtū agnoſcebāt: ob ſolā generis notitiā cōtēnebāt: q: illū
apud ſe multū ꝑ etatū tpa ꝓfeciſſe viderāt. Unde ⁊ cū q̄
de virgine natꝰ fuerat/filiū Joſeph appellabant: q̄ ſpon
Luc.iiij. ſus integerrime matris eiꝰ/⁊ baiulus ac nutritiꝰ eiꝰ fue
rat. Et ait illis dñs. Utiqꝫ dicetis mihi: medice cura teipſ.
Quid aūt vulgare cōtineret ꝓuerbiū/aperit euangeli-
Tex. ſta cū ſubiūgit. ¶ Quāta audiuimꝰ facta in Capharna
um/fac ⁊ hic in patria tua. Qđ eſt dicere. Q: (inquit) i ca
pharnaū plures te curaſſe fama vulgāte cōperimꝰ: cura
Patria etiā teipſm.i.fac ſiliter in patria: h̄ eſt/in tua ciuitate. Pa
dñi quō tria eīm vel ciuitas dñi Nazareth erat: in q̄ ſm aſſumptū
dicatur. hoīem/⁊ ꝯceptꝰ eſt ⁊ nutritꝰ. Et intuere ꝙ ſicut ſuperiꝰ
chriſtū fabrū vel filiū fabri: ita nūc eadē erroris iſania me
dicū cognominār. Sed error iſte inſanꝰ/plenꝰ eſt ſanē fi-
dei ⁊ veritatis. Reuera eīm filiꝰ erat fabri illiꝰ/q̄ in princi
pio celū terrāqꝫ fabricatꝰ eſt: q̄qꝫ ſicut verꝰ faber igne ope
ratur ⁊ ſpū. Juxta qđ de chriſto tāq̄ fabri filio Joānes di
Mat.iij cit. Ipſe vos baptizabit in ſpūſancto ⁊ igne. Hic faber in
magna huiꝰ mūdi domo facit diuerſi generis vaſa: aliud
quidē in honorē/aliud vero in cōtumeliā. Ipſa etiā vaſa
ire/ſpūſſcti igne molliendo/in vaſa cōuertit miſericordie
Mala. Juxta qđ Malachias ex ꝑſona dei pr̄is de chriſto loq̄tur
iij. Et ſedebit cōflans/⁊ emūdās argentū. Eſt ḡ chriſtꝰ vere
Joan.j. faber/de q̄ ſcriptū eſt. Oīa ꝑ ipſm facta ſunt: ⁊ ſine ipſo fa
ctū eſt nihil. Et eſt medicus: q: ꝑ ipſum in celis ⁊ in terris
Mat.ix oīa ſunt reſtaurata. Quiqꝫ de ſe alibi dicit. Nō eſt opꝰ bn̄
valētibus medicꝰ/ſꝫ male habētibꝰ. Sꝫ videamꝰ adhuc q̄
gn̄e medicaminis iſte medicꝰ vtat̃. Legimꝰ in euāgelio
Joan.ix Joānis: q: p̄teriēs Jeſus vidit cecū a natiuitate ⁊ expuit
in terram ⁊ fecit lutū ex ſputo: ⁊ liniuit ſuꝑ oculos ceci/et
dixit ei. Uade ad natatoria ſyloe/qđ interp̄tat̃ miſſus: ⁊
abijt ⁊ lauit/⁊ venit vidēs. Cuiꝰ mirabilis curatiōis my
ſterium: q: ſuo loco dño iuuante exponēdū eſt/hic ſuꝑſe-
demꝰ. Monet̃ ḡ chriſtꝰ ab irridētibꝰ ciuibus/vt ſeipſ cu
raret: hoc eſt/in ſua patria v̄tutes faceret: q̄ſi non reuera
alibi fecerit/q̄ rumor ſꝑ incertꝰ vulgauerat: cū apud ſuos
ciues tāq̄ apud domeſticos ⁊ affines tale nihil feciſſet:
quibus multo cōuenietiꝰ talia bn̄ficia ipēdēda erāt. Qđ
q̄re dñs nō fecerit/aliꝰ euāgeliſta aperte oſtēdit: ⁊ excu-
Mar.vj ſat dñm dicēs. Q: nō poterat ibi v̄tutē vllam facere/niſi
paucos infirmos curauit. Et mirabātur (inq̄t) ꝓpter in-
credulitatē illoꝝ. Nō ḡ voluerat dño patria: ſꝫ icredulitas
eoꝝ h̄ nō merebat̃. Amabat q̄dē ciues/ſꝫ ipſi deſpiciētes
chriſtū: q̄ſi notū ⁊ nō credētes/patria ſe charitate p̄ua-
Tex. bāt. ¶ Ait aūt. Amē dico vobis: q: nemo ꝓpheta eſt acce
ptꝰ in patria ſua. Q: v̄o dñs in ſcripturis ꝓpheta ſoleat
Deuter. appellari Moyſes teſtat̃ q̄ dicit. Prophetā vobis ſuſcita
xviij. bit dñs deꝰ veſter de fr̄ibꝰ v̄ris: tāq̄ meipſm audite. Nō au
tē ſolū dñs/q̄ eſt caput ⁊ dñs oīm ꝓphetaꝝ: verūetiā He-
lias ⁊ Hieremias/ceteriqꝫ ſcti ꝓphete minores atqꝫ infe
riores: plꝰ ſꝑ odio habiti ſunt apud ciues q̄ apud exteras
Compa natiōes. Naturale eīm q̄dāmō ⁊ ꝓpriū eſt/ciues ciuibus
triotarū inuidere: q: nō p̄ntia opa/nō prudētiā/nō virtutē in viro
dñi inui cōſiderāt: ſꝫ fragilis infantie recordant̃: veluti ⁊ ipſi non
dia. ꝑ eoſdē gradus ad maturā ꝑuenerint etatē. ¶ In v̄ita-
Tex. te dico vob: multe vidue erāt in diebꝰ Helie in iſrl/q̄n clau
ſum eſt celū ānis tribꝰ ⁊ mēſibꝰ ſex: cū fctā eēt fames ma-
gna in oī terra: ⁊ ad nullā eaꝝ miſſus eſt Helias/niſi in
ſarepta ſidonie ad mulierē viduā. Notiſſimo vtit̃ ex libro
regū exēplo vidue ſareptane: ad quā Helias famis tpe
miſſus eſt/plus vt eā paſceret q̄ vt ab ipſa paſceret̃: cū in

in iſrl̃ tūc tpis inumere eēnt vidue. Ac ſi apte diceret. Nō
eſt cōtrariū exēplis ꝓphetarū ꝙ vobis meis ciuibꝰ bn̄fi
cia operū meoꝝ ſubtraho: ſicut eīm quōdā fame totā ter
rā p̄mēte/nemo i iudea reꝑtꝰ eſt/q̄ dignꝰ eēt Helie hoſpi
tio: ſꝫ extere nationis vidua q̄ſita eſt q̄ a tāto ꝓpheta viſi
taret̃: ſic ⁊ vos mō q̄ me inuidie ⁊ ꝑfidie cauſa ſperniti-
ipſi vos ſuꝑno munere p̄uat̃. Hoc ꝓphete iuxta hiſtoriā
factū myſtice ſuꝑbiā iudeoꝝ/⁊ fidē ac ſalutē gētium deſi
gnat. Nā vidua iſta ſanctā p̄moſtrat eccliam/q̄ vidua erat
q: diutiꝰ a ſuo cōditore deſerta remāſerat. Hec filiū pau-
perē egena ſtirpe nutriebat: q̄ ppl'm recte fidei neſciū ver
bo ſecularis ſciētie abſqꝫ vtilitatis fructu docebat. Bene
hec vidua in ſarepta ſidonie fuiſſe dr̄. Sidonia nāqꝫ ve-
natio iutilis: ſarepta v̄o icēdiū vel anguſtia panis inter-
p̄tat̃. Quibꝰ oībus gētilitas exp̄mit̃: q̄ iutili venationi
dedita erat: lucris ⁊ negotijs tpalibꝰ inſeruiēs. Eratqꝫ in
ſareptā/in incēdio vcꝫ carnaliū cupiditatū/paniſqꝫ ſpiri-
tualis patiebat̃ anguſtias. Ad hanc miſſus eſt Helias.i. Allego-
ſermo ꝓpheticꝰ: q̄ in iudea ꝑiclitabat̃: clauſa celi ianua.i. ria ꝑpul
ceſſante ſcripturaꝝ itelligētia merito infidelitatis iudeo chra.
rū. Uenit ḡ ꝓpheticꝰ ſermo ad eccliam vt paſceret̃ ⁊ pa
ſceret: vt vcꝫ receptus a fidelibꝰ/credentiū corda refice-
ret. Ubi ḡ antea ſpūalis erat anguſtia: nūc farina ⁊ oleū
bn̄dicit̃.i. fructꝰ ⁊ hilaritas charitatis/vel gr̄a dñici cor-
poris ⁊ ſacri chriſmatis munera cōſecrant̃: ⁊ hactenꝰ hec
diuina munera apud eccliam nō deficiunt. Pulchre ve-
ro hec mulier myſticū factura panē/ꝑus ſe dixit duo li-
gna colligere. Ubi nō ſolū ꝑ qđ lignū noiauit: verū ꝙ duo
ligna dixit/figurā crucis euidētiſſime exp̄mit/in q̄ nobis
vite eterne p̄paratꝰ eſt panis. ¶ Et multi leproſi erāt in Tex.
Jſrael ſub Heliſeo ꝓpheta: ⁊ nemo eorum ſanatꝰ eſt niſi
Naamā ſyrꝰ. Cū hiſtorie narratio ſatis oībus liqueat: q̄ iiij.reg.
ad myſteriū ꝑtinēt videamꝰ. Naamā q̄ decor interp̄tat̃/
ppl's eſt nationū: q̄ anteq̄ in chriſtū crederet/ꝑfidie non
ſcelerū lepra maculoſa erat: ſꝫ in chriſto credēdo/ꝑ baptiſ
mū ab oī feditate mētis purgatꝰ eſt. De q̄ bn̄ dr̄/ꝙ puelle
cōſilio monitꝰ ſit: vt ad ꝓphetā Heliſeū veniret: q: gr̄a ſu
perne inſpiratiōis quā puella ſignificat/ppl's gētiū ince
pit ſalutē/q̄ eſt in chriſto ſꝑare. Jubet̃ a ꝓpha ſepties in
Jordane mūdari: q: nimiꝝ illud baptiſma credētes ſal-
uat qđ ſeptiformi ſpū regenerat. De q̄ illud ſignāter dr̄ ꝙ
poſtq̄ lauit reſtituta eſt caro eiꝰ/ſicut caro pueri paruuli
Q: cūctos in chriſto baptizatos/in vnā purgat gre mr̄ in
fantiā/ſiue ꝙ ſicut puer renouatꝰ eſt: ſignificat: quia per
baptiſmū in chriſto vetere hoīe depoſito/vitia reſpuere
ſcimꝰ: eiuſqꝫ corpori cōformamur/de quo ſcriptū eſt. Par
uulus natꝰ eſt nobis/filiꝰ datꝰ eſt nobis. Nec illud vacat Eſa.ix
a myſterio: ꝙ patrē terre ſctē ſecū tuliſſe dr̄: q: baptizari
corporis ⁊ ſanguinis dñici debēt ꝑceptione confirmari.
His igit̃ exēplis duorū ꝓphetarū/Helie atqꝫ Heliſei pro
bat̃ dñs: nō cauſa impotētie ciuibꝰ virtutū doctrinā ne-
gaſſe: ſed ꝓpter eoꝝ inuidiā atqꝫ infidelitatē. ¶ Et reple Tex.
ti ſunt oēs in ſynagoga ira hec audientes: ⁊ ſurrexerūt ⁊
eiecerūt eū extra ciuitatē. Qđ dñs ſupra de his dixerat/
hoc ipſi verū eſſe teſtant̃. Nā repleti ira ſurrexerūt: ⁊ eie-
cerūt eū extra ciuitatē. Hoc nēpe eorū ſacrilegiū: qđ nūc
in euāgelio feciſſe memorant̃: ita per Pſalmiſtam olim Pſal.
prenuntiatum fuerat. Retribuebant inquit mihi mala xxxiiij.
pro bonis. Cum enim dñs per ppl'os ſaluationum bene-
ficia diffunderet: illi ecōtrario iiurias illi irrogabāt. Nec
mirū ſi ſaluatorem habere nō merētur: quia ſaluatorem
de ſuis finibus expulerunt. ¶ Et duxerunt inq̄t eū vſqꝫ Tex.
ad ſuperciliū mōtis: ſuꝑ quē ciuitas illoꝝ erat edificata/
vt p̄cipitarēt eū. Ipſe aūt tranſiēs ꝑ mediū illorum ibat.
O peſſimo magiſtro peiores diſcipuli: diabolus enim tā Nota
tum dominū tentat verbo iſti facto. Ille hortatur vt deor miracu-
ſum ſe mittat: iſti adhortantur vt mittant. Fuerunt autē lum.
hi qui ſctōꝝ locorum miracula/curioſe inueſtigare ⁊ dili
genter ſcribere ſtuduerunt: ꝙ cum dñs de manibꝰ eoꝝ
elapſus/per mediū illoꝝ de rupis vertice deſcēdiſſet: atqꝫ

Digitized by Google

ſub ipſa rupe deliteſceret:ſubito ad tactũ veſtis ipſiꝰ ſaxũ
illud ſubterfugit:⁊ inſtar cere liquatũ ac reſolutũ/ſinum
quēdã quo corpꝰ dñicũ muniret ⁊ reciperet effecit:tante
vtiqꝫ capacitatis/quãte ipm̃ corpꝰ dñi extitit quãtitatis.
In quo hodieqꝫ vniuerſa lineamenta ⁊ ruge veſtis que
a tergo dñi erãt/veluti manu ſculptoris expreſſa ſeruant.
Et illi qdē ipſum ad ſ mõtis ſupercilium duxerũt vt illum
precipitarēt:ſed ſubito illoꝝ mēte mutata:⁊ maieſtate in
effabili ſtupefacta/per mediũ illoꝝ trãſiens deſcēdit/ad
huc illis locum reſeruãs penitētie:vt vel ſic intelligētes
eius potētiã/a cõſilio mortis eiꝰ inferēde animũ reuoca
rent. Nondũ em̃ venerat hora paſſiõis eiꝰ:q nõ ſabbato
Jeſus q̃ re paſſꝰ hieroſolimis. ſed paraſceue paſce futura erat. Nõdũ locũ eiuſdem paſ
ſionis adierat:q nõ in Nazareth/ſed in hieroſolymis im
plenda erat:vbi ⁊ ꝑ agni paſcalis immolationē eiꝰ mors
prenũciabat. Sꝫ neqꝫ hoc genꝰ mortis elegerat:neqꝫ em̃
modo a nazarenis pcipitari:neqꝫ alibi a hieroſolymitis
ſe ꝑmiſit lapidari:nec multo ante ab Herode ſe puerũ vo
luit perimi. Quia ante ſecula elegerat mortē crucis cuiꝰ
ſigno fronte fidelium munirent:q celerrimo dextre mo
tu exprimi põt cõtra diaboli tētamēta/ſimulqꝫ vt ſe mo
narchiam totius orbis ꝑ crucis poſitionē obtinuiſſe mõ
ſtraret:cuiꝰ cacumē ad celos tēdit:ima petũt inferos/ter
rã cornua tegũt. Hinc apl's eiuſdē crucis myſteriũ expo
nēs dicit. Ut in noīe Jeſu oē genu flectat/celeſtiũ/terre
Phil. ij. ſtriũ/⁊ infernoꝝ/⁊ oīs lingua cõfiteat:q: dñs Jeſus chri
ſtus in gloria eſt dei patris. Cũ quo viuit ⁊ regnat in vni
tate ſpiritusſancti deus/per oīa ſecula ſeculorum. Amen.

¶ Feria tertia. Matthei. XVIII.

¶ In illo tempore: Reſpiciens Jeſus in diſcipu
los ſuos:dixit Simoni petro. Si peccauerit in te
frater tuus:vade ⁊ corripe eum inter te ⁊ ipſum
ſolum. Si te audierit:lucratus eris fratrem tuũ.
Et reliqua. Homilia lectionis eiuſdem.

Ota hec ſancti euãge
liũ lectio/moralibus nos preceptis inſtruit:⁊ qli
ter erga eos q in nos delinquunt facere debeamus/ſatis
neceſſaria admonitione oſtendit. Ideoqꝫ tanto propen
ſius eſt audiēda:tantoqꝫ ſtudioſiꝰ addiſcēda quanto cõ
ſtat:q: ſine huiꝰ doctrina illibate charitatis vinculũ quo
ſtatꝰ eccleſie cõtinet/ſolidũ atqꝫ indiſruptũ ſeruari non
põt. Ait ḡ dñs ad diſcipulos/ad habēdã cũ frībꝰ pacem
Tex. erudiens. ¶ Si peccauerit in te frater tuꝰ:vade ⁊ corri
pe eũ inter te ⁊ ipſum ſolũ. Notãdũ vero priꝰ eſt/ꝙ ſi in
nos frater peccauerit/⁊ qualibet cauſa animũ noſtrũ le
ſerit:dimittēdi nobis ꝯcedit ptãs/imo ingerit neceſſitas
q: alr nobꝫ nr̃a ſciamꝰ debita nõ relaxari/niſi ⁊ nos debi
torībꝰ nr̃is dimiſerimꝰ. Si ꝟo qs in deũ peccauerit:nõ eſt
arbitriũ nr̃i/ſed ſoliꝰ eſt dimittere dei. Scriptũ eſt em̃. Si
j. Reg. ij peccauerit vir in virũ/placari ei põt deꝰ;ſi aũt in deũ pec
cauerit/qs orabit pro eo? Sꝫ nos ordine cõuerſo in vlciſ
cenda dei iniuria letali pietate torpemꝰ:in noſtris ꝟo cõ
tumelijs odia exercemꝰ. Priꝰ tñ corripiēdus eſt q in nos
peccat ſeorſum:ne putet nõ eſſe peccatũ quod facit:ſicqꝫ
amiſſa ſemel verecũdia/in pctõ ꝑmanere velit. Et ſi qdē
nos audierit/lucrifacimꝰ aĩam eiꝰ:q: ꝑ illiꝰ ſalutē nobis
Jac. v. qꝫ datur remiſſio pctõꝝ: Jacobo apl'o dicēte. Qui ꝯuerti
fecerit peccatorē ab errore vie/ſaluabit aĩam eiꝰ a morte:
⁊ operit multitudinē pctõꝝ. Ergo docet q ordine ſcanda
Docet ſcanda lavitãda la vitare poſſumus:videlicet ſi neqꝫ ipſi aliquē ledimus:
ſi peccantem zelo iuſtitie corripimus:ſi penitenti viſcera
pietatis toto corde pandimus. Cum ergo fratrem delin
quentem corripimus/ſi nos nõ audierit/adhibēdi ſunt
fratres vnus aut duo:vt qui ab vno corrigi non potuit a
pluribus corrigat/vel eoꝝ teſtimonio cõuincat. Porro ſi
nec illos audierit:tunc eccleſie dicere pcipimur:vt ab oī
bus deteſtet ⁊ ꝯiudicet: q̃tenus ſi noluit pudore corri
gi ſaltem corrigatur multoꝝ opprobrijs. Si autē nec ec
cleſiã audierit ſit tibi ſicut ethnicꝰ ⁊ publicanꝰ. Ethnos
greco ſermone gens dicit:inde ethnicꝰ.i.gentilis deriua
tur:qui ſic permanet vt natus eſt:⁊ non eſt in chriſto re
natus. Publicani vero ſunt q publice peccant:vel qui pu
blicis negotijs inſeruiũt per fraudes ac furta ⁊ ſcelerata
periuria. Sane cũ incorrigibilē fratrē ſicut ethnicũ ⁊ pu
blicanũ dicit habendũ;oſtendit grauioris criminis eſſe
reũ:qui ſub ſpecie fidelis/opera agit infideliũ/ꝙ cũ ap
te infidelis ⁊ publicanꝰ exiſtit. Sed ⁊ hic caute attēdẽ
ꝙ non paſſim aut leuiter:ſed obediēti ⁊ penitētiã cõmi
ſi ſui agenti/ac veniam petēti fratri/dimittere iubemur.
Unius em̃ ſceleris rei tenent apud deũ:⁊ is q peccantẽ
videns fratrem corrigere noluerit/ſed negligens paruiſ
penderit:atqꝫ ille q fratri pniam agenti dimittere nolue
rit. Nã dñs cum dixiſſet. Si peccauerit frater tuꝰ corripe
gnouit: necnō ⁊ nobis q̄s in ſe credituros in fine tēporꝝ
ꝓuidit: remediū ſalutis morte ſua ac reſurrectiōe ꝓcura-
uit. Nobis ⁊ anteq̄ crearemur ſpūalē vite alimoniā q̄ re-
crearemur ſacrauit: ſignū victorie q̄ ab hoſtiū inſidiis mu-
niremur parauit: vite pennis iter qđ ſeq̄mur aꝑuit. Vn̄ ⁊
ipſi merito nocte hac redēptionis nr̄e memores/ vigiliis
dn̄o dignis inſtamꝰ ⁊ ꝑcibꝰ lectionibꝰ diuinis q̄ date nobꝭ
gr̄e mūera narrāt audiēdis operā damꝰ: nouā adoptiōis
plebē ſpūalis egypti dn̄io ſubtractā/ vni ꝟo dn̄o fonte re-
generatiōis ſacramꝰ: miſſarū ſolēnia celebramꝰ: corpꝰ ſa-
croſanctū ⁊ ꝑcioſum agni nr̄i ſanguinē q̄ pctis redempti
ſumꝰ/ denuo deo in ꝓfectū nr̄e ſalutis imolamꝰ. Et q: de
reſurrectiōis dn̄ice ſil̄ ⁊ ereptiōis nr̄e myſteriis annua ſo-
lēnitate letamur: ſtudeamꝰ chariſſimi hec eadē myſteria
interno mētꝭ amore cōplecti: hec voluēdo ſꝑ tenere/ hec q̄ſi
mūda aīalia nūc oris locutiōe rumināda: nunc cordis pe-
netralibꝰ retractāda ſeruemꝰ. Et an̄ oīa talibꝰ vitā duce-
re curemꝰ actibꝰ: q̄bꝰ nr̄e q̄ reſurrectiōis euētū letantes
mereamur aſpicere: vt cum tuba nouiſſima totum genꝰ
humanū excitans/ ad tribunal iuſti iudicis aduocauerit
nos a ſorte reproboꝝ ſecernat/ ſignū eiuſdem iudicis no-
ſtri ſacramur: a pena negligentiū ſecernāt vigilie/ q̄bus
aduētū eius expectamus/ eiſq̄ digna vltione mulctatis:
ipſe nos ad manſionē ſuperne pacis quā ante ſecula pro-
miſit inducat/ qui viuit ⁊ regnat ⁊c.

¶ In die

Digitized by Google

¶ In die ſancto. Marci.XVI.

℞ In illo tēpore: Maria Magdalene: et Ma-
ria Jacobi et Salome emerunt aromata: vt ve-
nientes vngerēt Jeſum. Et valde mane vna ſab
batorum veniunt ad monumentum: orto iam ſo
le. Et dicebant ad inuicē. Quis reuoluet nobis
lapidem ab oſtio monumēti? Et reſpicientes vi-
derunt reuolutū lapidem. Erat quippe magnus
valde. Et introeuntes in monumentū: viderūt
iuuenem ſedentem in dextris: coopertū ſtola cā-
dida: et obſtupuerunt. Et reliqua. Homilia bea-
ti Gregorii pape.

Multis vobis lectioni-
bus fratres chariſſimi ꝑ dictatū loqui cōſueui
ſed q̄ laſceſcēte ſtomacho: ea q̄ dictauerā lege-
re ipſe nō poſſum: ⁊ quoſdā veſtros minus libēter audiē
tes intueor: vn̄ nūc a memetipſo exigere contra morē vo
lo: vt inter ſacra miſſarū ſolēnia / lectionē ſancti euāgelij
Mod⁹ pnūtiā- di Gre- gorij. non dictando / ſed colloquēdo ediſſeram: ſicq̄ excipiat̄ vt
loq̄mur: q̄ collocutionis vox corda torpētia pluſq̄ ſermo
lectionis excitat: et quaſi quadā manu ſolicitudinis / vt
euigilent pulſat. Et quidē ad hoc opus me ſufficere poſ-
ſe nō video: ſed tn̄ vires quas imperitia denegat / chari-
Pſal.lxxx. tas adminiſtrat. Scio nāq̄ qui dixit. Aperi os tuū ⁊ ego
implebo illud. Bonū ergo opus nobis in voluntate ſit:
nā ex diuino adiutorio erit in perfectione. Dat loquendi
auſum etiā reſurrectionis dn̄ice tanta ſolēnitas: q̄ ⁊ indi-
gnum valde eſt: vt eo die laudes debitas taceat lingua
carnis: quo videlicet die caro reſurrexit auctoris. Audiſtis fra
tres chariſſimi q̄ ſancte mulieres que dn̄m fuerant ſecu
te cū aromatibus ad monumentū venerūt: ⁊ ei quē viuē
tem dilexerant / etiam mortuo ſtudio humanitatis obſe-
quūtur. Sed res geſta aliq̄d in ſancta eccleſia ſignat ge-
rendū. Sic quippe neceſſe eſt: vt audiamus q̄ facta ſunt
quatenus cogitemus etiā que nobis ſunt ex eorū imita-
tione facienda. Et nos igitur in eū qui eſt mortuus cre-
dentes: ſi odore virtutū referti / cū opinione bonorū ope-
rū dn̄m querim⁹: ad monumētū ꝑfecto illius cū aroma-
tibus venimus. Ille aūt mulieres angelos vident: q̄ cū
aromatibus venerūt: q̄ videlicet ille mētes ſupnos ciues aſpi
ciunt: q̄ cum virtutū odoribus ad deū per ſctā deſideria
proficiſcūtur. Notandū vero nobis eſt quid nam ſit q̄ in
dextris ſedere angelus cernitur. Quid nāq̄ per ſiniſtrā
niſi vita p̄ſens: quid vero per dexterā / niſi perpetua vita ſi-
Cāti.ij. gnat̄? Unde ſcriptū eſt. Leua eius ſub capite meo: ⁊ dex-
tera illius amplexabit̄ me. Quia igit̄ redēptor noſter iā
preſentis vite corruptionem tranſierat: recte angelus qui
nūtiare perēnem eius vitam venerat / in dextera ſedebat
Qui ſtola cādida coopertus apparuit: q̄ feſtiuitatis no
ſtre gaudia nūtiauit. Cādor em̄ veſtis ſplendorē denun-
Paſca noſtrū ⁊ angelorū tiat noſtre ſolēnitatis. Noſtre dicamus an ſue? Sed vt fa
teamur verius / ⁊ ſue dicamus ⁊ noſtre. Illa quippe redē
ptoris noſtri reſurrectio ⁊ nr̄a feſtiuitas fuit: q̄ nos ad
immortalitatē reduxit: ⁊ āgelorū feſtiuitas extitit: q̄ nos
reuocādo ad celeſtia eorū numerū impleuit. In ſua ḡ ac
noſtra feſtiuitate angelus albis veſtit⁹ apparuit: q̄ dū
nos ꝑ reſurrectionē dn̄icā ad ſupna reducimur / celeſtis
patrie dāna reparātur. Sed quid veniētes feminas affa
Tex. tur audiamus? ¶ Nolite expaueſcere. Ac ſi aperte dicat
Paueant illi qui nō amāt aduētū ſupernorū ciuiū: prime
ſcant qui carnalibus deſiderijs preſſi / ad eorū ſe ſocietatē
poſſe pertingere deſperant: vos aūt cur pertimeſcitis / q̄ ve
Matt. xxviij. ſtros cōciues videtis? Unde ⁊ angelū Mattheus appa-
ruiſſe deſcribens ait. Erat aſpectus ei⁹ ſicut fulgur / ⁊ ve
ſtimēta eius ſicut nix. In fulgure em̄ terror timoris eſt:
in niue aūt blandimētum candoris. Quia vero oipotens
deus ⁊ terribilis eſt peccātibus / ⁊ blandus iuſtis: recte te-
ſtis reſurrectionis eius angelus / ⁊ in fulgure vultus: ⁊ in
candore habit⁹ demonſtrat̄: vt de ipſa ſua ſpecie terreret
reprobos / ⁊ mulceret pios. Unde recte quoq̄ ꝑplm̄ ꝑ de
ſerta gradiētē colūna ignis in nocte: ⁊ colūna nubis p̄i-
bat in die. In igne em̄ terror eſt: in nube aūt viſionis lene
blādimētū. Dies vero vita iuſti / ⁊ nox accipit̄ vita peccātis.
Un̄ ⁊ cōuerſis peccātib⁹ Paulus dicit. Fuiſtis aliq̄n tene
bre: nūc aūt lux in dn̄o. In die aūt per nubē colūna mon- Eph.v.
ſtrata eſt: ⁊ in nocte ꝑ ignē: q̄ oipotens deus ⁊ blādus iu
ſtis: ⁊ terribilis apparebit iniuſtis. Juſtos in iudicio ve-
niēs ꝑ lenitatis manſuetudinē demulcet: illos vero ꝑ iuſti-
tie diſtrictionē terret. Sz iam q̄d angel⁹ ſubiūgat audia
mus. ¶ Jeſum q̄ritis Nazarenū. Jeſus latino eloq̄o ſa-
lutaris.i. ſaluator interpretat̄. At vero multi tunc Jeſus dici Tex.
poterant: nō tn̄ ſubſtātialiter / ſed nūcupatiue. Ideo ⁊ lo
cus ſubiūgit̄: vt de quo Jeſu dictū ſit manifeſtet̄. Nazare
nū. Et cauſam ꝓtinus ſubdidit. ¶ Crucifixū. Atq̄ addi-
Tex. dit. Surrexit / nō eſt hic. Nō eſt hic / dr̄ ꝑ preſentiā carnis:
qui tn̄ nuſq̄ deerat per p̄ſentiā maieſtatis. Sed ite dicite
diſcipulis eius ⁊ Petro: q̄ p̄cedet vos in Galileā. Que-
rēdū nobis eſt: cur noiatis diſcipulis Petr⁹ deſignat̄ ex
queſtio de petro reſoluit̄. noie? Sed ſi hūc angelus noiatim nō exprimeret q̄ magi
ſtrū negauerat: venire inter diſcipulos nō auderet. Uo-
cat̄ ḡ ex noie / ne deſperaret ex negatione. Qua in re cōſi
derandū nobis eſt: cur oipotens deus eū quē cūcte eccle
ſie p̄ferre diſpoſuerat: ancille vocem pertimeſcere ⁊ ſeipm̄
negare ꝑmiſit. Quod nimirū magne eſſe actū pietatis diſpē
ſatione cognoſcim⁹: vt is q̄ futurus erat paſtor eccl̄ie / in
ſua culpa diſceret q̄liter alijs miſereri debuiſſet. Pet⁹ itaq̄
eū oſtēdit ſibi: ⁊ tūc ceteris ꝓpoſuit: vt ex ſua infirmitate
cognoſceret q̄ miſericorditer aliena infirma toleraret. Bn̄
aūt de redēptore noſtro dr̄. ¶ Precedet vos in Galileā:
Tex. ibi eū videbitis / ſicut dixit vobis. Galilea nāq̄ trāſmigra
tio facta interpretat̄. Jam quippe redēptor noſter a paſſio
ne ad reſurrectionē / a morte ad vitā / a pena ad glīam / a
corruptiōe ad icorruptionē trāſmigrauerat. Et pā⁹ poſt
reſurrectionē in Galilea bene a diſcipulis videt̄: q̄ reſur
rectiōis ei⁹ glīam poſt leti videbimus / ſi mō a vitijs ad
virtutū celſitudinē trāſmigramus. Qui ergo in ſepulcro
nūtiatur / in trāſmigratione oſtendit̄: q̄ is q̄ in mortifica-
tione carnis agnoſcitur / in tranſmigratione mētis videt̄
Hec etem̄ fr̄es chariſſimi / ꝓ tanta dici ſolēnitate de le-
ctiōis euāgelice expoſitiōe trāſcurrim⁹: ſz libet vt de hac
eadē ſolēnitate aliq̄d ſubtilius loq̄mur. Due etem̄ vite
erant: quarū vnā nouimus / alterā neſciebam⁹. Una quip
pe mortalis eſt / alia imortalis: vna corruptiōis: alia incor
ruptionis: vna mortis / alia reſurrectionis. Sed venit me Duplic̄ vite diſti- ctio.
diator dei ⁊ hoim / hō chriſt⁹ Jeſus ſuſcepit vnā: ⁊ oſtēdit
alterā. Unā pertulit moriendo / oſtēdit alterā reſurgēdo.
Si igit̄ nobis mortalē vitā ſciētib⁹ reſurrectionē ꝓmitte
ret carnis: ⁊ tn̄ hāc viſibiliter nō exhiberet: q̄s eius ꝓmiſ
ſionibus crederet? Factus itaq̄ hō apparuit in carne: mo
ri dignatus eſt ex volūtate: ſed reſurrexit ex ꝓtāte / ⁊ oſtē-
dit exēplo qd̄ nobis ꝓmiſit in p̄mio. Sed fortaſſe aliquis
dicat. Jure ille ſurrexit: q̄ cū deus eſſet teneri a morte nō
potuit. Ad inſtruēdā ergo ignorātiā noſtrā / ad roborādā
infirmitatē noſtrā / ſue tātū reſurrectionis exēplū nobis
ſufficere voluit. Sol⁹ illo in tp̄e mortu⁹ eſt: ⁊ tn̄ ſolus mi-
nime ſurrexit. Nā ſcriptū eſt. Multa corpora ſanctorū qui
Matt. xxvij. dormierāt ſurrexerūt. Ablata ſunt ḡ oia argumēta perfi-
die. Ne quis em̄ dicat: ſperare de ſe nō debet hō / qd̄ in car
ne ſua exhibuit homo de⁹. Ecce cū deo hoies reſurrexiſſe
cognoſcimus: ⁊ quos puros fuiſſe hoies nō dubitamus.
Si igit̄ mēbra noſtri redēptoris ſumus: p̄ſumamus in no
bis qd̄ geſtum conſtat in capite. Si multū nos abijcim⁹:
ſperare debemus in nobis nos mēbra vltima: qd̄ de mē-
bris eius ſuperioribus audiuimus. Ecce vero ad memoriā
redit / q̄ crucifixo dei filio iudei inſultantes dicebant. Si
rex Iſrael eſt deſcendat de cruce / ⁊ credimus ei: q̄ ſi tunc

de cruce deſcenderet: nimirũ inſultantibus cedens: virtu
tem patientie nobis non demonſtraret. Sed expectauit
paululum / tolerauit pꝛobꝛa / irriſiones ſuſtinuit / ſeruauit
patientiã / diſtulit admiratione: ⁊ qui de cruce deſcende
re noluit / de ſepulcro ſurrexit. Plus igitur fuit de ſepul
cro ſurgere / ꝙ de cruce deſcendere: plus fuit moꝛtem re
Gloꝛia chꝛiſti ſurgẽtis — ſurgendo deſtruere ꝙ vitam deſcendendo ſeruare. Sed
cum iudei hunc ad inſultationes ſuas de cruce deſcende
re minime cernerent: cũ moꝛientẽ viderent eum ſe viciſſe
crediderunt: nomen illius ſe quaſi extinxiſſe gauiſi ſunt.
Sed ecce clarificatũ de moꝛte nomẽ eius per mundũ cre
uit: ex qua infidelis turba hoc extinxiſſe ſe credidit. Et q̃
gaudebat occiſum / dolet moꝛtuũ: q: hũc ad ſuã gloꝛiam
Judicũ xvi. — cognoſcit perueniſſe per penã. Q̃ð bene in libꝛo iudicũ
Sãſon illius facta ſignificat: q̃ cũ Gazã ciuitatẽ Phili
ſtinoꝛũ fuiſſet ingreſſus Philiſtei ingreſſũ eius ꝓtinus
cognoſcentes / ciuitatẽ repente obſidionibus circũdede
rũt: cuſtodes deputauerũt: et Sãſonẽ foꝛtiſſimũ ſe iã cõ
pꝛehendiſſe gauiſi ſunt. Sed q̃d Sãſon fecit / agnouim⁹.
Media nocte poꝛtas ciuitatis abſtulit: ⁊ montis verticẽ
aſcendit. Quẽ fratres chariſſimi in hoc facto / quem niſi
redẽptoꝛẽ noſtrũ Sãſon ille ſignificat? Quid Gaza ci
uitas / niſi infernũ ſignificat? Quid per philiſteos / niſi iu
deoꝛ perfidia demonſtratur? Qui cũ moꝛtuum dñm vi
derent: eiuſq3 coꝛpus in ſepulcro iam poſitũ / cuſtodes ili
co deputauerũt: et eũ q̃ auctoꝛ vite claruerat / inferni clau
ſtris retentũ / quaſi Sãſonẽ in Gaza depꝛehẽdiſſe ſunt le
tati. Sãſon vero nõ ſolũ media nocte exijt / ſed etiam poꝛ
tas tulit: q: vex redẽptoꝛ noſter ante lucẽ reſurgens: non
ſolũ liber de inferno exijt: ſed ipſa etiã inferni clauſtra de
ſtruxit: poꝛtas tulit: ⁊ mõtis verticẽ ſubijt: q: reſurgendo
clauſtra inferni abſtulit: ⁊ aſcendendo celoꝝ regna pene
trauit. Hanc ergo reſurrectionis eius gloꝛiã fratres cha
riſſimi: que et pꝛius demõſtrabatur ſigno: et poſt patuit
ex facto / tota mẽte diligamus: et pꝛo eius amoꝛe moꝛia
mur. Ecce eñ in reſurrectione auctoꝛis noſtri / miniſtros
eius angelos conciues noſtros agnouimus. Ad hoꝛum
ergo ciuiũ illã frequẽtem ſolẽnitatẽ feſtinemus: his cum
necdũ viſione poſſum⁹ / deſiderio ⁊ mẽte iũgamur. Trãſ
migremus ad virtutes a vitijs / vt redẽptoꝛẽ noſtrum in
Galilea videre mereamur. Adiuuet oĩpotẽs de⁹ ad vitã
deſideriũ noſtrũ: q̃ ꝓ nobis in moꝛtẽ dedit vnicũ filiũ ſuũ
per eũdẽ Jeſum chꝛiſtũ dñm nr̃m / q̃ cũ eo viuit ⁊ regnat
deus in vnitate ſpũſſancti / per oĩa ſecula ſeculoꝝ. Amen.

¶ Sermo de paſcali die: ſumptus ex moꝛalibus Gregoꝛij.

DVe quippe vite ſunt
hoĩs in coꝛpoꝛe cõſiſtẽtis. Una ante moꝛtem: et
alia poſt reſurrectionẽ. Quarũ vnã oẽs agẽdo
nouerãt / alterã neſciebãt: ⁊ humanũ genus ſoli huic quã
nouerat intẽdebat. Uenit ꝑ carnẽ dñs: ⁊ dũ ſuſcepit vnã /
Chꝛiſt⁹ duplicẽ vitã exercuit. — alterã demõſtrauit: dũ hãc nobis cognitã ſuſcepit / illam
q̃ nobis eſt incognita oñdit. Moꝛiẽdo q̃ppe vitam exer
cuit quã tenem⁹: reſurgẽdo aperuit quã ĩgram⁹: exemplo
ſuo nos docẽs / ꝙ hec vita quã ante moꝛtẽ ducim⁹: nõ ꝓ
pter ſe amãda ſit / ſed ꝓpter alterã tolerãda. Null⁹ autẽ
noſtrum q̃d poſt moꝛtẽ ſeq̃ret agnoſceret: niſi vite noſtre
cõditoꝛ ad penã vſq3 noſtre moꝛtis veniret. Niſi eñ ipſe
miſericoꝛditer infima peteret / nequaꝙ nos poſt ſuã ima
ginẽ ꝑditos iuſte ad ſumma reuocaret. Unde ⁊ recte ad
Job. xxxviij. — beatũ Job dr̃. Nunq̃d ingreſſus es ꝓfunda maris: et in
nouiſſimis abyſſi deãbulaſti? Ac ſi dicat: vt ego q̃ nõ ſolũ
mare. i. ſeculũ ꝑ aſſumptã humanã carnẽ atq3 aiam petij:
ſed etiã ꝑ eã ſpõte in moꝛtẽ poſitã / vſq3 ad vltimũ inferi:
quaſi ad maris ꝓfunda deſcẽdi / Si eñ mare (moꝛe diui
eloquij) ſeculũ d3 intelligi / nil ꝓhibet ꝓfunda maris in
ferni clauſtra ſentiri. Q̃ð ꝓfundũ maris dñs petijt / cum
inferni nouiſſima electoꝝ ſuoꝝ aias erepturus intrauit. Eſa. lj.
Un̄ et ꝑ ꝓphetã dr̃. Poſuiſti ꝓfundũ maris viã / vt tranſi
rẽt liberati. Hoc nãq3 ꝓfundũ maris ante redẽptoꝛis ad
uẽtũ nõ via: ſed carcer fuit: q: in ſe etiã aĩos bonoꝝ / ꝙuis
nõ in locis penalibus clauſit. Q̃ð tñ ꝓfundũ dñs viam
poſuit: q: illuc veniẽs / electos ſuos a clauſtris inferi ho
dierna die ad celeſtia trãſire cõceſſit. Un̄ ⁊ apte illic dicit
vt tranſirent liberati. Q: vero ꝓfundum maris dixerat /
hoc alijs ṽbis replicans / abyſſi nouiſſimũ vocat: q: ſicut
aquarũ abyſſus nulla noſtra viſione cõpꝛehendit: ita oc
culta inferi nullo a nobis cogitationis ſenſu penetrant.
Qui eñ hinc ſubtrahant cernim⁹: ſed que illis iuxta me
ritũ retributio ſuppliciõꝝ maneat nõ videmus. Uigilãti
vero eſt cura pẽſandũ / ꝙ in nouiſſimis abyſſi deãbulaſſe
ſe perhibet: deãbulare quippe nõ conſtricti ſed liberi eſt.
Quẽ eñ vincula aſtringũt: ei⁹ nihilomin⁹ greſſus impe
diũt. Q: igit̃ dñs nulla pcĩ vincula ꝑtulit / in inferno de
ambulauit: liber q̃ppe ad ligatos venit: vñ ſcriptum eſt: Pſal.
Factus ſum ſicut hõ ſine adiutoꝛio inter moꝛtuos liber. lxxxvij.
Jn nouiſſimis ergo abyſſi dñs deambulare: eſt in locis
dãnationis / nil ſue retentionis inuenire: atteſtẽte Petro
qui ait. Solutus doloꝛibus inferni: iuxta q̃ð impoſſibile Act. ij.
erat teneri illum ab eo. Uel certe: q: deãbulãdo nos cum
de loco in locũ ducimur / hic illicq3 pꝛeſentes inuenimur.
Ambulaſſe in inferno dñs dr̃: vt electis aiabus in locis
ſingulis / per diuinitatis potentiã p̃ſens fuiſſe monſtret.
Un̄ ⁊ ſpũs ſapiẽtie mobilis deſcribit / vt per hoc q̃ð nuſꝙ
deeſt vbiq3 nobis occurrere deſignet. Quã deſcẽſionem
ſuã dñs quãto mirabilẽ reſpicit / tãto eam redẽpto homi
ni crebꝛius infundit. Eã nãq3 adhuc replicãs ſubdit. Nũ Job.
quid aperte ſunt tibi poꝛte moꝛtis: ⁊ oſtia tenebꝛoſa vidi xxxviij.
ſti? Poꝛte eñ moꝛtis ſunt ꝑtãtes aduerſe: quas deſcẽdẽs
dñs aperuit: q: earũ foꝛtitudinẽ moꝛiẽdo ſuperauit. Que
appellatione quoq3 alia tenebꝛoſa oſtia vocant: quia dũ
ꝓ occultationis ſue inſidijs nõ videntur: deceptis menti
bus viã moꝛtis aperiunt. Que tenebꝛoſa oſtia dñs vidit:
q: immũdoꝝ ſpirituũ fraudulẽtã malitiã: ⁊ reſpicit ⁊ pꝛe
mit: quos niſi ipſe nobis neſciẽtibus vidẽdo ꝓhiberet: et
nil de inſidijs mens noſtra cognoſceret / ⁊ hiſdẽ inſidijs
capta deperiret. Que tenebꝛoſa oſtia nos etiam cernim⁹
quãdo ſuperne lucis radijs illuſtramur. Un̄ et ꝑ ꝓphetã Pſal.
dicit. Dñs mihi adiutoꝛ eſt: ⁊ ego videbo inimicos meos cxvij.
Hoſtes igit̃ noſtros ipſe videt: qui ſuo eos mũere nobis
viſibiles facit. Uel certe tenebꝛoſa oſtia tũc dñs vidit: cũ
clauſtra iferni penetrãs / crudeles ſpũs ꝑculit: ⁊ moꝛti p̃
poſitos moꝛiendo dãnauit. Quod idcirco hic nõ adhuc
de futuro: ſed etiam de p̃terito dr̃: q: hoc quod facturus
erat in opere / nimirũ iam deſecerat in pꝛedeſtinatione.
Quia vero poſt moꝛtem reſurrectionẽq3 eius creuit ec
cleſia / atq3 in cũctis eſt gentib⁹ dilatata / aperte ſubiungi
tur. Nũquid conſideraſti latitudinẽ terre: dum enim an
guſtias moꝛtis perijt / fidem ſuam in gentibus dilatauit
atq3 ad innumera coꝛda credentium ſanctã eccleſiã ex Job.
tẽdit / cui per ꝓphetam dicitur. Dilata locum tentoꝛij tui xxxiij.
et pelles tabernaculoꝝ tuoꝛum extende / ne parcas. Lon
gos fac funiculos tuos / ⁊ clauos tuos cõſolida. Ad dex Eſa. liiij.
terã eñ ⁊ ad leuã penetrabis: ⁊ ſemen tuũ gentes here
ditabunt. Que latitudo terre pꝛofecto nõ fieret / niſi ipſe
pꝛius ⁊ vitam quã nouimus reſurgendo monſtraret. Jn
moꝛte quippe ſua noſtre oculos mẽtis aperuit: vt q̃ eſſet
vita: que ve ſequeret oſtẽderet. Un̄ ⁊ hũc in euãgelio oꝛ
dinẽ tenẽs diſcipulis dicit. Sic opoꝛtebat chꝛiſtũ pati / et Luce.
reſurgere a moꝛtuis tertia die: ⁊ ꝓdicari in noĩe ei⁹ pñiã xxiiij.
et remiſſionẽ pctõꝝ ꝑ oẽs gẽtes. Pauci eñ ex plebe iſrae
litica ipſo p̃dicante crediderunt: innumeri ṽo gentiũ po
puli / viam vite illo moꝛiente ſecuti ſunt. Supbos namq3
dũ adhuc paſſibilis viueret ꝑtulit: a paſſibili ṽo vita moꝛ Jud. xvi.
tuos ſtrauit. Q̃ð bñ Sãſon in ſemetipſo dudũ figurali
ter expꝛeſſit: qui paucos quidẽ dũ viueret interemit: de
ſtructo aũt templo hoſtes innumeros cũ moꝛeret occi

dit. Quia nimirū dn̄s ab eleuatione ſupbie paucos cum viueret: plures vero cū tēplū ſui corporis ſolueret extinxit: atq͡ꝫ electos ex gentibus quos viuēdo ſuſtinuit ſimul oēs moriēdo ꝓſtrauit. Recte itaq͡ꝫ poſtq̄ͣ inferna penetraſſe ſe edocuit: cōſiderandā mox terre latitudinē ſubiūxit. Dn̄s itaq͡ꝫ noſter ad humani generis redēptionē veniens velut quēdam de ſe in necē diaboli hamū fecit. Aſſumpſit em̄ corpus: vt in eo vehemoth iſte quaſi eſcā ſua morte carnis appeteret: quā mortē dū in illo iniuſte appetit/ nos quos quaſi iuſte tenebat amiſit. In hamo ergo eius incarnatiōis capt⁹ eſt: q: dū in illo appetit eſcā corporis/ trāſfix⁹ eſt aculeo diuinitatis. Ibi q̄ppe inerat humanitas q̄ ad ſe deuoratorē duceret: ibi diuinitas q̄ pforaret. Ibi aperta infirmitas q̄ ꝓuocaret: ibi occulta virtus/ q̄ raptoris faucē trāſfigeret. In hamo igif capt⁹ eſt: q: inde interijt vn̄ deuorauit. Et quidē vehemoth iſte filiū dei incarnatū nouerat: ſed redēptionis noſtre ordinē neſciebat. Sciebat em̄ ꝙ redēptione noſtra incarnatus dei filius fuerat: ſed oino/ ꝙ iſdē redēptor noſter illū moriendo trāſfigeret neſciebat. Ne ergo iſte humanis moribus cetus inſidians: quos vellet vltra deuoraret: hamus hic fauces raptoris tenuit: ⁊ ſeſe mordentem momordit.

Moralis monitio. Supeſt vt vnuſq͡ꝫq͡ꝫ noſtrū tanto ſe plenius auctori ſubijciat: quāto cōtra ſe verius violētas aduerſarij vires penſat. Quid nāq͡ꝫ nos niſi puluis ſumus? Quid vo ille niſi vnus atq͡ꝫ in celeſtibus ſpiritib⁹? Et qđ adhuc mai⁹/ ſummus. Quid em̄ de ꝓpria virtute audeat/ qn̄ cōtra angelorū principē puluis pugnat? Sed q: supernorū ſpirituū cōditor: terrenū corpus aſſumpſit: recte iā ſupbientē angelū puluis humilis vincit. Et dignū eſt vt vincaf puluere: qui fortē ſe credidit deſerto creatore: vt ſuperat⁹ inueniat q: defecit elatus. Valde aūt ſeuiēs anhelat/ ꝙ eum ipm ima cruciēt. Homo ad ſumma cōſcēdat/ ꝙ in illa celſitudine ſubuecta caro pmanet: a qua tāt⁹ ipſe ſpūs ſine fine ꝓiectus iacet. Sꝫ loca mētiū mutanit ordo meritorū: ſic ſupbia meruit deijci: ſic humilitas exaltari: q̄tenus et celeſtis ſpiritus erigēdo ſe tartarū tolleret: ⁊ in terra humilitas ſine termino ſup celos regnet. Preſtāte dn̄o noſtro Jeſu chriſto/ qui viuit ⁊ regnat in ſcl'a ſeculorū. Amē.

Feria. II. Luce. XXIIII.

In illo tēpore: Duo ex diſcipulis Jeſu ibant in caſtellum: quod erat in ſpatio ſtadiorum ſexaginta ab Hieruſalē: nomine Emaus. Et ipſi loquebantur adinuicem de his omnibus que acciderant. Et factum eſt duꝫ fabularentur et ſecum quererent: et ipſe Jeſus appropinquās ibat cuꝫ illis. Oculi autem eorū tenebātur: ne eum agnoſcerēt. Et ait ad illos: Qui ſunt hi ſermōes quos confertis adinuicem ambulantes: ⁊ eſtis triſtes? Et reſpondēs vnus cui nomen Cleophas: dixit ei. Tu ſolus peregrinus es in Hieruſalē: et nō cognouiſti que facta ſunt in illa his diebus? Quib⁹ ille dixit: Que? Et dixerūt: de Jeſu Nazareno: q̄ fuit vir propheta: potens in opere et ſermone coram deo et omni populo. Et quomō eum tradiderūt ſummi ſacerdotes ⁊ principes noſtri in dānationem mortis: et crucifixerunt eum. Nos aūt ſperabamus: q: ipſe eſſet redēpturus Iſrael. Et reliqua. Homilia beati Gregorij pape.

SI quotidiana vobis ſolēnitate laborātib⁹: pauca loquenda ſunt: et fortaſſe hec vtilius ꝓderūt: q: ſepe ⁊ alimēta q̄ min⁹ ſufficiūt/ auidius ſumūtur. Lectionis ergo euāgelice ſummatim ſenſum ſtatui non p ſingula vba diſcutere: ne dilectionē veſtrā valeat ſermo ꝓlixio: expoſitiōis onerare. Ecce audiſtis fratres chariſſimi: q: duob⁹ diſcipulis ambulātib⁹ in via: nō quidē credētib⁹/ ſed tn̄ de ſe loquētibus dn̄s apparuit: ſed eis ſpeciē quā recognoſcerēt nō oſtēdit. Hoc ergo egit foris dn̄s in oculis corporis: qđ apud ipſos agebaf intus in oculis cordis. Ipſi nāq͡ꝫ apđ ſemetipſos intus ⁊ amabāt ⁊ dubitabāt. Eis aūt dn̄s et foris p̄ſens aderat: ⁊ q̄s eſſet nō oſtēdebat. De ſe loquētibus p̄ſentiā exhibuit: ſed de ſe dubitātib⁹ cognitiōis ſue ſpēm abſcōdit. Verba quidē cōtulit/ duritiā intellectus increpauit: ſcripture ſacre myſteria q̄ de ipo erāt aperuit: et tn̄ q: adhuc in eorū cordib⁹ pegrin⁹ erat a fide/ ire ſe lōgius finxit. Fingere nāq͡ꝫ cōponere dicim⁹: vn̄ ⁊ cōpoſitores luti/ figulos vocamus. Nihil ergo ſimplex veritas p duplicitate fecit: ſꝫ talē ſe eis exhibuit in corpore: qualis apud ipſos erat in mēte. Probādi aūt erāt: ſi hi q̄ eū et ſi necdū vt deū diligerēt: ſaltē vt peregrinū amare potuiſſent. Sꝫ q: extranei eſſe a charitate nō poterāt hi cū q̄b⁹ veritas gradiebaf/ eū ad hoſpitiū quaſi pegrinū vocant. Cur aūt dicimus vocāt: cū illic ſcriptū ſit: ⁊ coegerūt illū. Ex quo nimirū exēplo colligif: q: peregrini ad hoſpitiū nō ſolū inuitādi ſunt/ ſed etiā trahēdi. Mēſam ponūt: panes ciboſq͡ꝫ offerūt/ ⁊ deū quē in ſacre ſcripture expoſitione nō cognouerāt: in panis fractiōe cognoſcūt. Audiēdo ergo precepta dei illuminati nō ſunt/ faciēdo illuminati ſunt: q: ſcriptū eſt. Nō auditores legis iuſti ſunt apđ deū: ſed factores legis iuſtificabuntur. Quiſq͡ꝫ ḡ vult audita intelligere: feſtinet ea q̄ iā intelligere potuit opere implere. Ecce dn̄s nō eſt cognitus dū loqueref: ⁊ dignatus eſt cognoſci dū paſcif. Hoſpitalitatē ergo fr̄es chariſſimi diligite: charitatis opa amate. Hinc em̄ p Paulū dr̄. Charitas fraternitatis maneat in vobis: ⁊ hoſpitalitatē nolite obliuiſci: per hāc quidā placuerūt angelis hoſpitio receptis. Hinc Petrus ait. Hoſpitales inuicē ſine murmuratione. Hinc ipa veritas dicit. Hoſpes fui: ⁊ ſuſcepiſtis me. Opinata res eſt valde: ⁊ ſeniorū nr̄orū nobis relatione tradita. Quidā pr̄familias cū tota domo ſua/ in agno hoſpitalitatis ſtudio ſeruiebat. Cūq͡ꝫ em̄ quotidie ad mēſam ſuā pegrinos ſuſciperet: quodā die pegrin⁹ q̄dā inter alios aduenerat/ ad mēſam ductus eſt. Dūq͡ꝫ paterfamilias ex humilitatis ꝯſuetudine aquā vellet in eius manibus fundere cōuerſus vrceū accepit/ ſed repēte eū in cui⁹ manib⁹ aquā fundere volebat nō inuenit. Cūq͡ꝫ hoc factū ſecū ipſe miraref/ eadē nocte ei dn̄s p viſionem dixit. Ceteris dieb⁹ me in mēbris meis: heſterno aūt die me in memetipo ſuſcepiſti. Ecce in iudiciū veniēs dicet. Quod vni ex minimis meis feciſtis/ mihi feciſtis. Ecce aū iudiciū cū p mēbra ſua ſuſcipif/ ſuſceptores ſuos etiā p ſemetipm reqrit: ⁊ tn̄ nos ad hoſpitalitatꝭ gr̄aꝫ pigri ſum⁹. Penſate fr̄es quāta hoſpitalitatꝭ virt⁹ eſt. Ad mēſas vr̄as chriſtū ſuſcipite vt vos ab eo ſuſcipi ad cōniuia eterna valeatis. Prebete mō pegrino chriſto hoſpitiū: vt nos in iudicio/ nō quaſi pegrinos neſciat/ ſed vt ꝓprios recipiat ad regnum. Tu autem.

Christ⁹ q̄re peregrin⁹ apparuit.

Rom. ij.

Hebre. xiij.

i. Pe. iiij.

Matt. xxv.

Exēpli pbatiō.

Feria ſecunda paſce. Sermo ſancti Maximi epiſcopi.

EXultandū nobis eſt fratres chariſſimi in hac die quam fecit dn̄s continuata letitia: ⁊ in eius feſtiuitate iugi gr̄ia gratulādū. Nec q: nox ſolēnitati interuenit/ gaudia nr̄a pſcidit: nec q: obſcuritas diſtinxit tpa veſpertina/ reſurrectiōis lux vota eterna deſeruit. Nobis em̄ heri ⁊ hodie dies/ vn⁹ dies ipe eſt: q: ſic dicit de ſaluatore btūs apl's. Jeſus chriſt⁹ heri ⁊ hodie ipe eſt. Ergo ſi Jeſus chriſt⁹ heri ⁊ hodie ipe eſt: ipe atq͡ꝫ idē nobis ſemp

Hebre. xiij.

Actuuꝫ. xviij.

Digitized by Google

eſt dies:q: in ipſo viuim⁹:in ipō mouemur/in ipō nō mo
rimur. Nō morimur inquā: q: ſicut lucē chriſti nulla pcti
inceſſit obſcuritas:ita ⁊ viuētes in ea nulla temporis ab-
ſumit vetuſtas. Letemur ergo in chriſto reſurrectiōis die
Cōmunis em̄ oīm:cōis eſt noſtra letitia. Cōmunis pla-
ne:q: oēs illo reſurgente ſurreximus. Omniū em̄ reuixit
Aſſertio reſurre- ctionis dñice. ſaluti q̄ ꝓ oīm pctīs addictus eſt paſſioni. Reſurrexit igi
tur ſaluator a mortuis:noua res et mira/ſ; habet hec aſ-
ſertio veritatē. Nam vt taceam ꝓphetarū oracula ange-
lorū miniſteria aperta ſepulcri penetralia:ipm dñm poſt
reſurrectionē cū diſcipulis loquētem/cōuerſantem/eden
tem/Thomā quoq; clauorꝫ vulnera etiā digito cōtrectā-
tem:vt hec oīa ꝑtermittam/tn̄ fidem noſtrā cōfirmat im
pietas iudeorꝫ. Nā ſufficit ad credulitatē nobis/eorū ni
miū aucta crudelitas. Quo em̄ diligenti⁹ cuſtodierunt
tumulū/eo cōſtat illū manifeſtius reſurrexiſſe. Nō plu-
res appoſuere cuſtodes:eo plures teſtiū reliquere. Nam
hoc ꝓcurauit diuina ꝓuidētia:vt reſurrectioni dñice/nō
ſolū angeli/nō ſolū diſcipuli/ſ; teſtimoniū ꝑhiberēt (qđ
eſt ampli⁹) inimici. Liberi⁹ ergo accipim⁹ q̄ eū diligēti⁹
ſeruauerūt. Credimus em̄ ſub tot cuſtodib⁹ potuiſſe illū
ꝓdire citius q̄ aperire:⁊ de tumulo iure dñi ꝓgredi/q̄ di
ſcipulorꝫ fraude ſubduci. Tāta em̄ ſolicitudine ſepulcrū
obſtruxit impietas:vt id nō ꝑualeret manus humana de
ſtruere/niſi ſola virtus reſurgentis aperiret. Deniq; dicit
ſctūs euāgeliſta/deſcendente angelo/magno terram tre
more fuiſſe cōmotam:vt fundamēta tumuli mouerētur:
et percuſſos pauore cuſtodes q̄ venerant cuſtodire mor
tuū/⁊ eſſe factos vt mortuos. Ut mortuos inquā: dignū
plane iudiciū:ſi cū iuſtus reſurgit/peccō: emoritur:cū reui
uiſcit innocens/eius intercipitur inimic⁹. Nam ideo nec
progredientem dñm cernere potuerūt:quia criminoſas
mentes terror oppreſſerat/dū ſuſtinere fulgorem reſurre
ctiōis rutile nō valebāt. Maiore ergo ſolicitudine Pha
riſei dñm cuſtodierūt mortuū/q̄ viuū ſint pſecuti. Siqđē
cauſa illos maior vrgebat:intelligebāt em̄ facilius fuiſſe
apud ſuperos cū depoſci/q̄ redeuntē ab inferis poſſe cō
teni:⁊ qđ tunc ꝑdicans facile potuerit occidi:nūc autem
Ro.vi. reſurgens iā non poſſit occidi:dicente apl̄o. Reſurgens
aūt iam nō moritur/mors illi vltra nō dñabit̄. Cuſtodie-
bant ergo cū ſolicite in ſepulcro/preſertim q: ſe die tertia
dixerat ſurrecturū. Cuſtodiebant aūt ſolicite in ſepulcro
q: neceſſe illis erat cū iam nō doctorē timere/ſed iudicē.
Matt. xxvij. Judicē inquā nō ſui tātū/ſed ⁊ crudelis ſentētie ſue qua
filios poſteroſq; ſuos ſceleribus addixerūt dicētes. San
guis eius ſup nos:⁊ ſup filios noſtros. Crudelis ſub tali
ſnīa impietas iudeorꝫ:q facinore ſuo:nō ſolū pſentes libe
ros dānat/ſed etiam non natos occidit. Quantos enim
hac voce ad cōſcientiā facinoris vocant:quos ſciētia cri-
minis nō tenebat. Crudelis inquam impietas qđ poſte-
ros ante in reatū vocat q̄ ꝓducat in lucē:vt prius futu-
ris contingeret peccare q̄ viuere. Cruenti plane genito
Judeorꝫ taxatur crudeli tas. res/q̄ ante parricide facti ſunt q̄ parentes:⁊ ante eos ſo
cios ſuis ſcelerib⁹ aſſumpſerūt:quos verū ſanguinis par
ticipes poſſent habere neſcirēt. Nō igit̄ mirandū eſt ſi in
ſaluatorē tā crudeles fuerūt/q̄ extiterūt in ſuos poſteros
tā crudeles. Nō immerito in hac die ſctūs Dauid ſine ex-
ceptione exultandū ꝑcipit ⁊ letandū/in qua die toti⁹ mū
di gaudia celebrantur. Omnibus em̄ letādū eſt: q: oīb⁹
prodeſt. Cunctis exultandū eſt:q: cunctis eſt ſalutare/et
ideo non adulatoria eſt adhibenda/nec fucata letitia.
Quiſq; em̄ in chriſti reſurrectione letatur:letetur poti⁹/
q: in chriſto ipē ſurrexit. In illo em̄ noſtra portio/noſtra
cōditio:⁊ mortē ptulit ⁊ reuixit. Et licet in nobis adhuc
reſolutio corpuſculi maneat/cepimus tn̄c in chriſto eter-
na vita iā viuere. Unde q̄uis fragilitatē noſtrā accelera
ret immature mortis occaſio:in ſaluatore tunc didicim⁹
prius reſurgere q̄ perire. Aū em̄ futur⁹ hō reſurrexit in
chriſto q̄ vitā ſortiret̄ in ſeculo. Nō em̄ tantū illi dñā ge-
nerationi reſurrectionis ꝑſtitit gratiā:in cuius gn̄atiōis
tpe reſurrexit:ſed etiā ſecuturis poſtea populis hoc ꝓui
dit vt prius eſſemus de reſurrectione ſecuri q̄ de morte
ſoliciti:⁊ ante cū deo viueremus in celis/q̄ cū hoībus cō
uerſaremur in terris. In ſaluatore em̄ oēs reſurreximus
oēs reuiximus/oēs ad celeſtia trāſmigrauimus. Et ē em̄
in illo chriſti hoīe vniuſcuiuſq; noſtrum caro/ſanguis et
portio. Ubi ergo portio mea regnat/regnare me credo: Gratu- latio piē tiſſima.
vbi dñatur ſanguis me⁹/me ſentio dominari:vbi glorifi
catur caro mea/me glorioſum eſſe cognoſco. Quis em̄
peccator de hac cōmunione gratie nō diffidat:q: ⁊ ſi pctā
nos ꝓhibēt/ſubſtātia nos reqrit:⁊ ſi delicta ꝓpria nos ex
cludūt/nature cōio nō repellit. Nā ꝓpter bonitatē diui-
nitatis peculiarē nobis ſaluator dꝫ affectū:ſcꝫ q: ſicut de⁹
noſter in ipſo eſt:ita et ſanguis nr̄ in illo eſt. Miſericor-
diā igitur mihi debet preſtare diuinitas/neceſſitudinem
exhibere debet affinitas. Neq; em̄ tam immitis eſt domi
nus vt obliuiſcat̄ hoīs:⁊ nō meminerit illius que ipē ge
ſtat:vt quē cauſa mei ſuſceperit:nō eius cauſa quē ſuſce-
perit me reqrat. Nō (inquā) tā immitis eſt dñs/vt nō di-
ligat carnē ſuā/mēbra ſua/viſcera ſua. Ait ſctūs apl̄s. Ne- Eph. v.
mo vnq̄ carnē ſuā odio habuit:ſed nutrit ⁊ fouet eā ſicut
chriſt⁹ eccl̄iam. Nihil ergo de venia deſperemus fratres
nihil de odio timeam⁹. Habem⁹ ꝑrogatiuā ſāguinis no
ſtri. In chriſto enim caro noſtra nos diligit. Sum⁹ enim
mēbra eius/ſicut dicit idē btūs apl̄s. Hoc nūc os ex oſſi-
bus meis:⁊ caro de carne mea. Sacramētū hoc magnū Gen. ij
eſt:ego aūt dico in chriſto ⁊ in eccl̄ia. Exultem⁹ ergo fra Eph. v.
tres (ſicut ait ſcriptura) in hac die dñi: exultem⁹ plane:q:
cū votis dñi gratulamur/magis noſtra vota curamus.
Quid tātū dicit ꝓpheta: Hec eſt dies quā fecit dñs. Bo- Ps. cxvij
nus plane dies q̄ lucē intulit vniuerſis: verū nō hui⁹ ſe-
culi lucē/ſed reſurrectionis eterne. Lux em̄ iſta nō caligi
nē noctis depulit ſed mortis tenebras amputauit. Bon⁹
inquā dies/⁊ melior hic q̄ ille in quo primū mūdus enī-
tuit. Ille em̄ hoīb⁹ ad laborē creat⁹ eſt:hic factus eſt ad
quietē. Ille mortē meruit/hic formidinē mortis euaſit.
Ille bonis maliſq; cōmunis eſt:hic ꝓprius eſt iuſtorum.
Illius diei lux tenebris ſepelit̄:huius diei ſplendor etiam
ſepulturas illuminat. Ad poſtremū illius diei lucē mor-
tui nō vident:hui⁹ diei lumē etiā defunctꝫ emicuit/ſicut
ait ꝓpheta. Qui ſedebāt in vmbra mortis/lux orta eſt eis Eſa. ix.
Letemur ḡ in hac die/q̄ ⁊ viuos circūfulget: ⁊ mortuos
viuificat:⁊ vēturos illuminat:ſicut ait btūs euangeliſta.
Erat lux vera/que illuminat omnem hominem venien- Joan. i.
tem in hunc mundum ⁊c.

Feria tertia. Luce. XXIIII.

In illo tēpore: Stetit Jeſus in medio diſci-
pulorū ſuorum:et dixit eis. Pax vobis: ego ſum
nolite timere. Cōturbati vero et cōterriti: exiſti-
mabant ſe ſpiritū videre. Et dixit eis. Quid tur-
bati eſtis: et cogitatiōes aſcēdūt in corda veſtra.
Uidete manus meas ⁊ pedes meos: q: ego ipſe
ſum. Palpate ⁊ videte: q: ſpūs carnē ⁊ oſſa non
hꝫ ſicut me videtis habere. Et rel'. Homilia ve-
nerabilis Bede preſbyteri.

GLoriā ſue reſurrectio
nis dñs ⁊ redēptor noſter paulatim diſcipulis
per incremētū tēporis oſtdit:q: nimirꝫ tāta erat
virt⁹ miraculi vt hāc repēte totā cape fragilia mortaliū
pectora nō poſſent. Cōſulēs igit̄ ipē ibecillitati querētiū:
prio veniētib⁹ ad monumētū:⁊ feminis ſuo amore feruē
tib⁹:⁊ viris reuolutū lapidē ⁊ ablato ſuo corpe linteami Nota or- dinē ap- paritio- nis.
na q̄b⁹ inuolutū erat ſola poſita mōſtrauit. Deinde curio
ſius q̄rētib⁹ feminis:⁊ de eo qđ inuenerāt mēte ꝯſternatꝫ
āgelorꝫ viſionē oſtdit/q̄ illū reſurrexiſſe certa māifeſtatio
ne patefacerēt:ac ſic ꝑcurrēte fama patrate reſurrectiōis

Digitized by Google

tandē ipſe dñs virtutū ⁊ rex glorie apparens/quarta po-
ſteria morte quā ad horā guſtauerat oculis ſeſe aperuit.
Et quidē quartū ex euāgelice ſerie lectionis inuenimus/
quinq̄es ipſa qua reſurrexit die viſus eſt hoībus. Primo
Marie Magdalene ad monumētū: qn̄ ei deſiderāti pe-
Joā.xx. des eius amplecti dictū eſt. Noli me tāgere: nondū enim
aſcēdi ad patrē meū. Deinde duab⁹ a monumēto curren-
tibus nūtiare diſcipulis/q̄ ab angelis de pfecta eius re-
Matt. ſurrectione didicerant: de qbus ſcriptū eſt. Quia acceſſe-
xxviij. rūt ⁊ tenuerūt pedes eius/⁊ adorauerūt eum. Apparuit
Lu.xxiiij ipſo die aduesperaſcēte/duob⁹ eūtib⁹ in caſtellū Emaus
qui eū ad hoſpitiū vocātes/in panis fractione cognoue-
rūt. Apparuit et Petro: qđ ſi euāgeliſta qn̄ vel vbi factū
Ibidem ſit minime deſignauerit: tn̄ q: factū ſit Lucas nō tacet/
ſcribēs: q: cū pfati duo diſcipuli cognito dño in Emaus
ſtatim rediſſent Hieruſalē: inuenerūt cōgregatos vnde-
cim/⁊ eos q̄ cū ipſis erāt dicētes: q: ſurrexit dñs vere: et
apparuit Simoni. Ac deinde ſubiūgit. Et ipſi narrabāt
q̄ geſta erāt in via: ⁊ quō cognouerūt eū in fractione pa-
nis. Statimq̄ annectit quintā eius apparitionē: de qua
Tex. mō cū legeret audiuim⁹ ita incipiēs. ¶ Dū hec autem lo-
quūtur/Ieſus ſtetit in medio eoꝝ: ⁊ dixit eis. Pax vobis
Tropo- ego ſum/nolite timere. Ubi pmo notādū: ⁊ diligēter me-
logia morie cōmēdandū eſt/ꝙ de ſe loquētibus diſcipulis dñs
pulcher- aſtare in medio: ⁊ pſentiā ſue viſionis reuelare dignatus
rima. eſt: hoc eſt em̄ ꝙ fidelib⁹ cunctis alibi pmiſit dicēs. Ubi
ſunt duo vel tres congregati in noīe meo/ibi ſum in me-
dio eoꝝ. Ad cōfirmādā nāq̄ fidei noſtre cōſtātiā: qđ ſem-
per agit pſentia diuine pietatis: aliqn̄ etiā pſentia voluit
corporalis oſtēdere viſionis. Nā ⁊ de nobis/q̄uis porro
infra aploꝝ pedes iacētib⁹/hoc ipm ei⁹ miſericordia fie-
ri cōfidere debem⁹: ipm vcȝ eſſe in medio nr̄i qtieſcūq̄ cō-
uenières in noīe illius cōgregamur. Nomē qppe illi⁹ eſt
Ieſus.i. ſaluator: Et cū de acqſitione ppetue ſalutis locu-
turi cōuenimus/cōſtat nimirū q: in noīe Ieſu cōgrega-
mur. Nec dubitare fas eſt de his q̄ ipſe amat cōferētib⁹
nobis/nobis cū eſſe pſentē: ⁊ tanto vtiq̄ verius/quanto
ea que ore pferimus/pfectiori corde retinem⁹. Deinde vi-
dendū ꝙ apparens ſaluator diſcipulis/pacis eis ſtatim
gaudia mandat/idipm celebrata immortalitatis glīa ite-
rans/qđ ad paſſionē mortis iturus/quaſi pignus eis ſpe-
ciale ſalutis/ac vite cōmēdauerat dicēs. Pacē relinquo
Jo.xiiij. vobis/pacē meā do vobis. Cuius gratia muneris eo q̄
nato/viſi mox paſtorib⁹ angeli pdicabāt/laudātes deū
et dicētes. Glia in excelſis deo/⁊ in terra pax hoībus bo-
Luce.ij. ne volūtatis. Quia nimirū tota redēptoris noſtri in car-
ne diſpēſatio/mūdi eſt recōciliatio. Ad hoc quippe incar-
natus/ad hoc paſſus/ad hoc reſuſcitat⁹ eſt a mortuis: vt
nos q̄ peccando irā dei incidim⁹/ipſe recōciliādo ad dei
Eſa.ix. pacē reduceret. Un̄ recte ⁊ a ppheta pater futuri ſeculi/
princeps pacis noīat. Et apls de eo ſcribens his qui ex
Eph.ij. gentibus crediderāt ait. Et veniēs euāgelizauit pacē vo-
bis qui lōge fuiſtis: ⁊ pacē his q̄ ꝓpe: qm̄ per ipſum habe-
Tex. mus acceſſum ambo in vno ſpū ad patrē. ¶ Apparente
aūt ſibi dño: cōturbati ⁊ territi diſcipuli exiſtimabant ſe
ſpiritū videre. Agnoſcētes quidē dñm eſſe q̄ apparuit: ſȝ
putantes q: nō in corporis eū/ſed in ſpūs ſui ſubſtātia vi-
derēt.i. q: nō corpus ipſius qđ defunctū ⁊ ſepultū noue-
rant/iam reſuſcitatū a morte cōſpicerent: ſed ſpm̄ potius
quē relicto corpore in man⁹ patris cōmēdauerat pre ocu-
lis haberēt. Sed hūc eoꝝ errorē ſimul ⁊ pauorē: quo ad
nouā/incognitāq̄ viſionē fuerant perculſi/benigna ma-
giſter piiſſimus gratia cōſolationis ⁊ admirationis ab-
Tex. ſtergere curauit. ¶ Quid inquiens turbati eſtis: ⁊ cogi-
tationes aſcendūt in corda veſtra? Videte manus meas
Reuela- et pedes: q: ego ipſe ſum. Nō aūt ſine cauſa manus ſuas
tur ſecre- et pedes potius ꝙ vultum quē eque nouerant eos vide-
tum. re/ac recognoſcere iubet: ſȝ vt viſis clauoꝝ ſignis quib⁹
cruci erat affixus: nō ſolū corpus eſſe qđ videbant/ſed vt
ipſum dñi ſui corpus eſſe qđ crucifixū nouerāt intellige-
re poſſent. Unde bene Joānes dñice apparitiōis memo-
riā faciēs/latus quoq̄ ſuū qđ a milite fuerat vulneratū
diſcipulis eū oſtēdiſſe phibet: vt quo plura notiſſime paſ-
ſionis/ac ſuſcepte mortis indicia cognoſcerent/eo certio-
ri pariare iam reſurrectionis/ac dirute mortis fidē gau-
derent. Qui vt illos poīa de fide reſurrectiōis certos red-
derent: nō tātū oculis intuendū/ſed attrectandū quoq̄
in manibus corpus qđ immortale illis oſtenderat/exhibuit Tex.
dicens. ¶ Palpate ⁊ videte: q: ſpūs carnē ⁊ oſſa non ha-
bet/ſicut me videtis habere: quatenus glīaȝ reſurrectio-
nis pdicaturi modū quoq̄ nobis reſuſcitati corpis qua-
lis eſſet ſperādus/abſq̄ omni ambiguitate mōſtrare va-
lerēt. Unde cū magna fiducia beat⁹ Joānes apoſtolus
auditores ſuos ad ſequēda fidei: ⁊ veritatis quā didicit
arcana puocat dicēs: Qđ fuit ab initio/qđ audiuim⁹ et j.Joā.j.
vidimus oculis noſtris/qđ pſpexim⁹: ⁊ manus noſtre cō-
trectauerūt de verbo vite. Solent aūt gentiles hoc in lo-
co ſimplicitati fidei noſtre deceptionū rēdere laqos/dicē-
do. Qua temeritate cōfiditis: q: chriſt⁹ quē colitis veſtra Refuta
de puluere corpora poſſit icorrupta reducere: q̄ nec ſuoꝝ tur error
vulnerū q̄ in cruce ſuſcepit potuit cicatrices obducere: ſȝ gētiliū.
reſuſcitato vt dicitis ſuo corpore a mortuis/ſigna adhuc
mortis ineſſe nō celauit: Quibus tn̄ reſpōdem⁹: q: chri-
ſtus cū omnipotēs ſit de⁹: ⁊ noſtra vt pmiſit corpora de
corruptione ad incorruptionē/de morte ad vitā/de terre
puluere celeſtē ſuſcitabit ad glīam: ⁊ ſuū quod moriendo
exuerat corp⁹ quale voluit reuocauit ad vitā. Qđ cū abo-
litis paſſionis indicijs oſtendere diſcipulis poſſet: certe
vtriq̄ diſpēſationis gra paſſionis in eo maluit indicia re-
ſeruare. Primo vcȝ vt diſcipuli q̄ hec videbāt/manifeſte
poſſent dinoſcere: nō ſpm̄ ſine corpore/ſed corpus eſſe ſpi-
rituale qđ videbant: certāq̄ fidē peracte reſurrectionis
eius: certā ſpem future omniū hoīm reſurrectionis mū-
do pdicarēt. Deinde vt ipſe dñs ⁊ deus nr̄ Ieſus chriſtus/
qui in humanitate patrē interpellat p nobis oſtēſis vul-
nerū ſuoꝝ cicatricib⁹ quātū p humana ſalute laborauet-
rit ei perpetuo demōſtraret: miroq̄ ⁊ ineffabili nobis or-
dine cū q̄ nil vnq̄ pōt obliuiſci: q̄ ſemp miſereri paratus
eſt: abſq̄ intermiſſione admoneat ꝙ cōgrue hoībus mi-
ſereat/quoꝝ particeps nature doloris ⁊ paſſiōis ipe dei
filius effectus ſit: p quib⁹ ipe cōfligens/mortis imperiū
moriendo pſtrauit. Tertio vt oēs electi perpetua beati-
tudine ſuſcepti: videntes in deo/ac dño ſuo ſigna paſſiōis
nūq̄ illi gratias agere deſiſtant/p cuius mortē ſe viuere
cognoſcūt: ſicq̄ fieri valeat/qđ voce totius eccl̄ie cantat
ppheta in pſalmis. Miſericordias dñi in eternum canta- Quatuor
bo. Ad extremū vt etiā reprobi in iudicio ſigna eiuſdem rōnes ci
paſſionis aſpiciant: ſicut ſcriptū eſt. Uidebūt in quē tranſ- catricuȝ
fixerunt. Ac ſe iuſtitie dānandos intelligant: non ſolum chriſti.
hi q̄ ei impias intulere man⁹/ſed ⁊ illi q̄ vel ſuſcepta eius
myſteria pro nihilo contēnunt/vel ſibi oblata nūq̄ ſuſci-
pere curarūt: vel etiā maiore impietate in eis qui ſuſcepe-
rant/odijs/ac pſecutiōibus extinguere aut corrūpere la-
borant. Non ḡ fallit nos fides reſurrectiōis chriſti: nō de-
cipit nos ſpes reſurrectionis noſtre: q: deus pr̄ ⁊ dñm ſu-
ſcitauit/⁊ nos ſuſcitabit p virtutē ſuā. Et ſicut alibi idem
aplus ait. Qđ ſi ſpiritus eius inquit q̄ ſuſcitauit Ieſum a Ro.viij.
mortuis habitat in vobis: q̄ ſuſcitauit Ieſum a mortuis/
viuificabit ⁊ mortalia corpora veſtra p inhabitantē ſpm̄ j.Co.xv.
eius in vobis: qđ de electis ſpāliter dictū pſtat: qm̄ quidē
oēs reſurgemus/nō aūt oēs immutabimur: ſed ſoli q̄nūc
ſpūſſancti inhabitatiōe regūtur/tunc in eterne vite btitu-
dine maiori eiuſdem ſpūs gra ſubleuātur. Igit dñs ad cō-
firmandam reſurrectionis fidē/ſeipm viuum diſcipulis
pbuit/vba exhortationis attulit: veſtigia paſſionis nō ſo-
lum intuēda/ſed ⁊ palpanda demonſtrauit. Sed infirma
adhuc eoꝝ pcordia nouitatem tante potentie capere ne-
queūt: magiſq̄ mirari pre gaudio qđ videbāt ꝙ credere
qđ docebant inciplūt. Uerȝ dñs ne qđ in eoꝝ mente reſi-
deret ambigui/ſumptis etiā epulis comedit coram eis: vt
n iij

Digitized by Google

ſi viſibus oculoꝝ/ſi ſuoꝝ tactib⁹ nō crederēt/digitoꝝ
vel alimentoꝝ carnaliū perceptione carnē eſſe que appa
ruit cognoſcerent. Qua in re fratres cauēda eſt hereſis
Cherin- ſtulta Cherinthianoꝝ: ne ḡs vez pueriliter deſipiēs eſti-
thi error met/vel mediatoris dei ⁊ dñi noſtri corpus excitatum a
explodit mortuis ſuſtentaculo eguiſſe ciboꝝ:vel noſtra poſt reſur
rectionē corpora in vita ⁊ cōuerſatiōe ſpūali eſcis reficiē-
da carnalibus:vbi diuine cōtēplatio claritatis eſurire et
ſitire/ſicut ⁊ bonoꝝ ceteroꝝ penuriā pati nullaten⁹ ſinit
Unde ardētiſſimus vite illius amator de ſua cert⁹ deuo-
Ps. xvi. tione deo ſpe letabūdus loquit̄. Ego aūt cum iuſtitia ap
parebo in cōſpectu tuo:ſatiabor dū manifeſtabit̄ gloria
Jo. xiiij. tua. Et Philippus eodē feruens amore. Dñe inq̄t oſtēde
nobis patrē:⁊ ſufficit nobis. Simplr̄ itaqꝫ ⁊ pie ſentiēdū
eſt/reſuſcitatū a morte:⁊ immortale iā factū corpus domi
nicum:nullā quidē neceſſitatē/attamē facultatē habuiſ-
ſe veſcēdi. Ideoqꝫ vbiqꝫ opportunitas ꝓbāde ſubſtātie na
turalis exigebat cibis eſſe refectū:qui nimirū cibi nullū
ſanguini adiumētū/vt mortaliū corporib⁹ ſolēt illi ꝓbue
rint:ſed quō in ignem miſſa aqua:ita mox comeſti ſpūali
eius ſint virtute aſſumpti:ſed ⁊ noſtra poſt reſurrectionē
corpora celeſti gloria ꝑdita/credendū eſt ad quicquid vo
luerint agendū eſſe potentia:ad perueniendū vbicūqꝫ li
buerit eſſe ꝓmptiſſima. Sed q: tunc nulla manducandi
neceſſitas/vel vtilitas aliūde pōt incurrere:nullatenus
immortale ſeculū cibis mortalib⁹ eſſe fruiturū:vbi filijs
reſurrectionis nō aliud eſca ⁊ potus/ꝙ̄ vita ⁊ ſalus/gau
dium/pax ⁊ oīa bona:ꝙ̄ illud nimirū ſit qḋ in pſalmo ca
nitur. Beati q̄ habitant in domo tua:in ſecula ſeculorum
I. Co. xv. laudabūt te. Et iterū. Uidebit̄ deus deorum in ſion. Un-
de et ap̄ls illius ſeculi arcana deſcribēs ait. Quādo erit
deus oīa in oibus. Expleta aūt refectione dñs adhuc ex-
Tex. hortationis monita ſubiunxit dicens. ¶ Hec ſunt verba
que locutus ſum ad vos/cū adhuc eſſem vobiſcum.i.cuz
mortali adhuc ⁊ paſſibili carne veſtre eſſem ſimilis: qm̄
neceſſe eſt impleri oīa q̄ ſcripta ſunt in lege Moyſi et pro
phetis/⁊ pſalmis de me. Oēm magr̄ veritatis tollit ſcru-
pulū ſimulationis/vndiqꝫ veritatis iura cōfirmat:videt̄
palpatur/reficitur/ſermo exhortationis per ſingula pre-
betur. Et ne ſolum eius teſtimonium minus ſufficere pu
taretur:etiā Moyſi ⁊ ꝓphetarū auctoritas/q̄ eius incar
nationem/paſſionem/⁊ reſurrectionem ſuis preſignaue
runt ſcriptis ad mediū producitur. Ne vero ad intelligē-
da hoꝝ myſtica dicta tardi forte remanerēt:ſenſuz quoqꝫ
illis quo hec intelligere poſſent aperuit. Quo facto nil
vltra priſce dubitatis in eorum mēte reſidere permiſit:
nec in illis adhuc rationem paſſionis/ac reſurrectionis
Tex. ſue reddere deſiſtit. Nam ſequit̄. ¶ Et dixit illis. Qm̄ ſic
ſcriptum eſt:⁊ ſic oportebat chriſtum pati: et reſurgere a
mortuis die tertia:⁊ predicari in noīe eius penitētiā et re
miſſionē pctōꝝ in oēs gentes. Ideo aūt chriſtū pati ⁊ re-
ſurgere oportebat a mortuis:q: impoſſibile erat mundū
ſaluari/niſi deus hō veniret:qui in hoīs habitu apparēs:
et hoies que eſſent diuina inſtrueret:⁊ mortē vt hō ſuſci-
Rō diui- piens diuina virtute reuinceret:ſicqꝫ in ſe credētes:⁊ ad
ne diſpē- cōtēptū ſubeūde mortis aſcenderet:⁊ certitudine ſperā-
ſationis. de reſurrectionis/ac vite perpetue animaret. Quo enim
aptius exēplo poterant hoies ad fidē participande glie/
et ꝓmerende vite immortalis erigi:ꝙ̄ cū ipſum deum co
gnoſcerēt humanitatis/ac mortalitatis ſue factum fuiſſe
participē! Quo efficacius ordine ad toleranda ꝓ ſua ſa-
lute aduerſa queqꝫ ꝓuocarentur:ꝙ̄ cum amatorē ſuū di-
dicisſent/pro eorū ſalute innumera ab impijs gn̄a ꝓboꝝ
et ipſam mortis ſubijſſe ſniam! Qua rōne congruentius
ſpem reſurrectionis acciperent:ꝙ̄ cū eius ſe ſacramētis
ablutos et ſanctificatos eius corpori adunatos eſſe me-
miniſſent:q̄ pro ipſis morte guſtata/citi⁹ exēplū reſurgē-
di a morte ꝓberet. Oportebat itaqꝫ pati chriſtū:⁊ reſurge
re a mortuis die tertia. Et ꝑdicari inq̄t in noīe ei⁹ pniam
et remiſſionē peccatoꝝ in oēs gentes. Qui nimirū ordo
erat neceſſarius:vt prius pro ſalute mundi ſanguis fun-
deretur chriſti:poſtqꝫ per eius reſurrectionē ⁊ aſcenſionē
pateſieret hoibus celeſtis ianua regni. Et ſic demū mit-
terentur qui cunctis per orbem nationibus verbuz vite
predicarēt:ac ſacramēta fidei quib⁹ ſaluari/atqꝫ ad gau-
dia ſupne patrie poſſent attingere miniſtrarēt:cooperan
te ipo mediatore dei ⁊ hoim/hoie Ieſu chriſto: q̄ viuit et
regnat cū pr̄e in vnitate ſpūſſcti de⁹/ꝑ oia ſcl'a ſcl'oꝝ. Amē.

¶ Feria tertia. Sermo ſancti Cypriani martyris.

SApientiſſimus Salo
mon fons ſapientie/cēſor iuſtitie:⁊ magr̄ diſci-
pline/in Cāticis canticoꝝ ſic fatus eſt. Ubi pa- Cañ. i.
ſcis:vbi manes: In meridiano. Quis interrogabat: Uox
eſt ſpūs interrogātis dñm chriſtū:vbi paſcis:vbi manes?
Et ille. In meridiano. Et miramur fratres dilectiſſimi ꝙ
interrogat ſpūſſanctus:eo ꝙ non habet opus cui totus
not⁹ eſt mūd⁹:qui ante tēp⁹ fuit/nec initiū habuit: ſicut
nec aliqn̄ finē habebit:neqꝫ eternitas habet etatem/aut
aliqn̄ finē qui neſcit originē. Sed ad hoc ſpūſſctūs cogit
de paſſione dñm chriſtū dicere:vt populus qui ignorabat
poſſit audire. Ubi paſcis.i.vbi pateris. Et dñs reſpōdet.
In meridiano:cū in ſexta hora per mediū celi ſpatiū ſol
igneus in ſua penderet libra:⁊ axe flāmigero diuiſa men
ſura celi/ſubiectas vmbras clypeo vibrante colligeret:cū
mūdi penderet vmbra ⁊ inferi ſimul in nocte. Sic omis
iudea veſtita de cecitate:qn̄ furibundo impetu clamabāt
Crucifige/crucifige. Sicut oīs creatura ſexta hora nō vi
dit ſolem:ſic quicquid ſub celo iacebat didicit maieſtatē
(parua enim dico) ſic lumen chriſti qui in ſole poſuit ta- Lu. xxiij
bernaculum ſuū/vniuerſas gentes collegit:⁊ cōſciētias
noſtras alta nocte temporū totus intrauit. Pependit in
cruce ſexta hora dñs chriſtus:⁊ ſol pependit vt famulus.
Cum latus chriſti lācea perforatur/ab hora ſexta vſqꝫ ad
nonam/ſolis claritas iugulatur. Luget celum auctorem
perdidit oculum dies:⁊ orbatus fibula celi/velut nox fa
cta eſt dies:⁊ ſubito adueniēs nox excecat claritatē. Pro-
pterea in paſſione dñi Ieſu chriſti velut nox facta eſt dies
quia in eius reſurrectione nox declarauit vt dies/ſicut
ſcriptū eſt. Quia tenebre non obſcurabūtur a te:⁊ nox ſi-
cut dies illuminabitur. Peccaret creatura ſi nō lugeret Pſal.
creatorem:vel dies/ſi ſuam nō cōſcinderet veſtē. Iudea cxxxviij.
iure admiſerat ſacrilegium ſi non in crimine ſuo ſexta ho
ra palpitaret:⁊ ſolis cecitas teſtimonium perhiberet. An
tecedit dominū ad iferos dies/nox eterna qḋ ignorabat
didicit. Dies noctē quā neſciebat expauit/dicente Dauid
In ſole poſuit tabernaculum ſuum. Bene oſtēdit taber- Pſal.
naculum ſuum chriſtus/crucem hoſpitiū corporis ſui: in xviij.
qua vna macerie deſtinata iugulati ſunt inferi. Adhuc
pēdet in macerie chriſti corpus:⁊ iā debellatur infer⁹. Ti
mēt terrore tartari maieſtate ꝑegrina. Mors ab inferis
dū decipit fugit:a ſuis ſedibus mors excluſa currit ad ce-
lū/vidit quā nō nouerat noctē. Pallent aſtra:tremit ter-
ra turbantur elementa/ꝓcedunt ex ſuis tumulis funera
Neqꝫ enim ſepulchra aliquā partē corporis tenere potue
runt:quādo gehēna ſimul crepuerat tota. Ad hoc em̄ re-
uerſus eſt dies ad ꝓprium ſtatū:quia ad verū diem reuer
ſus eſt auctor qui fecit hunc diem:ſicut ſcriptū eſt. Hec eſt
dies quā fecit dñs. Propterea elementa recipiunt ſpeciē
ſuam:quia ſi omnia cum ruina mundi perirēt/hodie nō Pſal.
erat q̄ timeret:⁊ ideo in fide chriſti totus mūdus vn⁹ eſt cxvij.
locus:adeo hoc nomē ꝑ terras volauit/nauigauit per vn
das:q: ſpūs nō habet iter/nec fides aliqn̄ querit vectorē.
Quid dictura eſt Iudea aduerſus dñm chriſtū/quē natū
ſtella flāmigera demonſtrauit:⁊ paſſum ſolis cecitas de
clarauit: Iā ꝑdidit eſtimationē ſuā humana ſupbia:quia
natum dñm audiuit/paſſum vidit. Expauit ppl's poſt re
ſurrectionem videndo nouū/poſt inferos ſanū ⁊ poſt cla

Digitized by Google

nos ⁊ moꝛtē ipm iterū ad patrē vehiculo lucis vſq; ad ce-
los euolare:ppl's ſupinis vultib⁹ adoꝛabat: ⁊ ne tot⁹ ab-
iret/ꝑ ſacrm coꝛpis in noſtris coꝛdib⁹ ſe diuiſit. Dū cum in
tra cōſcientiā noſtrā ꝑ fidem poꝛtam⁹/martyꝛia ꝑ ſangui-
nem/virginitas ꝑ pudoꝛē/totiuſq; ppl'i adoꝛabāt: nō flen
tes/ſʒ gaudētes: q: oſtēdit nobis iter ad celos dn̄s chriſt⁹
qui viuit ⁊ regnat deus in ſecula ſeculoꝛum. Amen.

¶ Feria quarta. Joannis. XXI.

¶ In illo tempoꝛe: Manifeſtauit ſe iterū Jeſus
diſcipulis ſuis ad mare tyberiadis. Manifeſta-
uit autem ſic. Erāt ſimul Simon Petr⁹ ⁊ Tho-
mas qui dicitur didymus: ⁊ Nathanael q̄ erat a
chana Galilee: ⁊ filij Zebedei: ⁊ alij ex diſcipulis
eius duo. Dicit eis Simon Petrus. Vado piſca
ri. Et reliqua. Homilia beati Gregoꝛij pape.

LEctio ſancti euange
lij que modo in auribus veſtris lecta eſt/fra-
tres mei queſtione animum pulſat: ſed pulſatione
ſua vim diſcretionis indicat. Queri etem̄ poteſt: cur Pe
trus qui piſcatoꝛ an̄ conuerſionē fuit/poſt conuerſioneʒ
Luc. ix. ad piſcationē redijt: ⁊ cū veritas dicit. Nemo mittēs ma-
num ſuam in aratrum: ⁊ aſpiciens retro aptus eſt regno
dei: cur repetijt qđ dereliq̄t? Sed ſi vtus diſcretiōis inſpi
citur: cito videt̄ q: nimiꝝ negotiū qđ ante ꝯuerſionē ſine
pctō extitit: h̄ etiā poſt ꝯuerſionē repetere culpa non fuit
Doctri-na moꝛalis. Nā piſcatoꝛē Petrū: Mattheū vo Telonariū ſcimus: et
poſt cōuerſionē ſuā ad piſcationē Petr⁹ redijt: Matthe⁹
vo ad Telonei negotiū nō reſedit: q: aliđ eſt victū ꝑ piſca
tionē q̄rere/aliud telonei lucris pecuniā augere. Sūt em̄
pleraq; negotia q̄ ſine pctis exhiberi/aut vix aut nullate-
nus pñt. Que ḡ ad pctm̄ implicant/ad hec neceſſe eſt vt
poſt cōuerſionē anim⁹ nō recurrat. Queri etiā pōt/cur di
ſcipulis in mari laboꝛantibus poſt reſurrectionē ſuā dn̄s
in littoꝛe ſtetit: q̄ ante reſurrectionē ſuā coꝛā diſcipulis in
non dat ꝓ ouibꝰ ſubſtātiā ſuā, qn̄ pro his daturꝰ eſt aīam
ſuam? Et ſunt nōnulli q̄ dū plus terrenā ſubſtātiā q̄ oues
diligūt: hi merito nomē paſtoris ꝑdūt: de q̄bꝰ ꝓtinus ſub
ditur. ¶ Mercenariꝰ aūt ⁊ q̄ nō eſt paſtor: cuius nō ſunt Tex.
oues ꝓprie: videt lupū venientem, ⁊ dimittit oues ⁊ fugit.
Nō paſtor, ſed mercenariꝰ vocatur: q̄ nō pro amore intimo
oues dn̄icas, ſ3 ad tꝑales mercedes paſcit. Mercenarius
q̄ppe eſt, q̄ locū q̄ppe paſtoris tenet, ſ3 lucra aīarū nō q̄rit
terrenis cōmodis inhiat: honore prelationis gaudet: tē-
poralibꝰ lucris paſcitur, impēſa ſibi ab hoībus reuerentia
letatur. Iſte ſunt etenī mercedes mercenarij: vt ꝓ eo ipſo
quod in regimine laborat, hic qd̄ q̄rit inueniat: ⁊ ab here-
ditate gregis in poſterū alienꝰ exiſtat. Utrū vero paſtor
ſit an mercenariꝰ: cognoſci veraciter nō pōt, ſi occaſio ne-
ceſſitatis deeſt. Trāquillitatis eīm tēpore plerūq; ad gre-
gis cuſtodiā ſicut verꝰ paſtor, ſic ⁊ mercenariꝰ ſtat: ſed lu-
pus veniēs indicat, quo q̄ſq; aīo ſuper gregis cuſtodiam
ſtabat. Lupus etenī ſuꝑ oues venit: cū quilibet iniuſtꝰ et
raptor fideles q̄ſq; atq; humiles opprimit. Sed is q̄ paſtor
eſſe videbatur ⁊ nō erat, relinq̄t oues ⁊ fugit: q2 dū ſibi ab
eo periculū metuit, reſiſtere eius iniuſtitie non preſumit.
Fugit aūt nō mutādo locū, ſ3 ſubtrahēdo ſolatiū. Fugit:
q2 iniuſtitiā vidit ⁊ tacuit. Fugit: q2 ſe ſub ſilētio abſcōdit
Quibꝰ bene ꝑ ꝓphetā dr̄. Nō aſcēdiſtis ex aduerſo: neq; Eze. xiij.
oppoſuiſtis murū ꝓ domo iſrl̄, vt ſtaretis in prelio in die
dn̄i. Ex aduerſo q̄ppe aſcēdere: eſt q̄buſlibet poteſtatibꝰ
praue agētibꝰ, rōnis libera voce contraire. Et i die dn̄i ꝓ do-
mo iſrl̄ i ꝑlio ſtamꝰ, ac murū opponimꝰ, ſi fideles innocē-
tes cōtra ꝑuerſorū iniuſtitiā ex iuſtitie auctoritate vendicamꝰ
Qd̄ q2 mercenariꝰ nō facit, cū veniētē lupū viderit, fugit.
S3 eſt aliꝰ lupꝰ q̄ ſine ceſſatiōe q̄tidie nō corpa, ſed mētes
dilaniat: malignꝰ vel3 ſpūs q̄ cauſas fideliū inſidiās circuit
⁊ mortē aīarū q̄rit: de quo lupo mox ſubditur. ¶ Et lupꝰ ra- Tex.
pit ⁊ diſpgit oues. Lupꝰ venit ⁊ mercenariꝰ fugit, q2 ma-
lignꝰ ſpūs mētes fideliū i tētatiōe dilaniat: ⁊ is q̄ locū pa-
ſtoris tenet, curā ſolicitudinis nō h3: ⁊ aīe pereūt: ⁊ ipſe de
terrenis lucris letatur. Lupus rapit ⁊ diſpgit oues: cū aliū
ad luxuriā ptrahit: aliū in auaritiā accēdit: aliū in ſupbiā
erigit: aliū ꝑ iracūdiā diuidit: hūc inuidia ſtimulat: illū fal-
lacia ſupplātat. Quaſi ergo gregē lupꝰ diſſipat, cū fidelium
ppl̄os diabolꝰ ꝑ tētatiōes necat. S3 contra hec mercenariꝰ
nullo zelo accēditur, nullo feruore dilectiōis excitatur: q2 dū
ſola exteriora cōmoda req̄rit, interiora gregis dāna negli-
gēter patitur: vn̄ ⁊ mox ſubiūgit. ¶ Mercenariꝰ aūt fugit Tex.
q2 mercenariꝰ eſt: ⁊ nō ptinet ad eū de ouibꝰ. Sola ergo cau-
ſa eſt vt mercenariꝰ fugit: q2 mercenariꝰ eſt. Ac ſi aperte dice-
ret. Stare in periculo ouiū nō pōt: q2 in eo qd̄ ouibꝰ preeſt Praui
nō oues diligit, ſ3 lucrū terrenū q̄rit. Dū eīm honorē āple- paſtoris
ctitur dū tꝑalibꝰ cōmodis letatur: opponere ſe cōtra periculū mores
trepidat, ne hoc qd̄ diligit amittat. S3 q2 redēptor nr̄ chpās notantur.
ficti paſtoris innotuit: iterū formā cui debemꝰ iprimi oſtēdit
dicēs. ¶ Ego ſu3 paſtor bonus. Atq; ſubiūgit. Et cognoſ-
co oues meas: ⁊ cognoſcunt me oues mee. Et cognoſco Tex.
oues meas hoc ē diligo: ⁊ cognoſcūt me oues mee. Ac ſi aperte
dicat, diligētes obſequūtur. Qui eīm veritatē nō diligit adhuc
minime cognouit. Quia ergo audiſtꝭ fr̄es periculū nr̄m: pēſate i verbꝭ
dn̄icis etiā periculū vr̄m: videte ſi oues eius eſtis: videte
ſi eū cognoſcitis: videte ſi lumē veritatis ſcitis. Scitis au-
tē dico: nō ꝑ fidē, ſed ꝑ amorem. Scitis dico: nō ex credu-

Digitized by Google

litate/ſed ex operatiōe. Nā idē ipſe q̄ hec loquit̄ Joānes
j. Joā. ij. euāgeliſta teſtat̄/dicēs. Qui dicit ſe noſſe deū ⁊ mādata
eiꝰ nō cuſtodit mēdax eſt. Vn̄ ⁊ in h̄ loco ptinꝰ dn̄s ſubdit
Tex. ¶ Sicut nouit me pr̄/⁊ ego agnoſco patrē: ⁊ animā meā
pono pro ouibꝰ meis. Ac ſi apte dicat. In hoc cōſtat: q꞉ ⁊
cognoſco patrē ⁊ cognoſcor a prē: q꞉ aiam meā pono ꝑ
ouibus meis. i. ea charitate q̄ ꝓ ouibꝰ morior/quātū prēm
diligā oſtēdo. Quia v̄o nō ſolū Judeā/ſed etiā gētilitatē
Tex. redimere venerat: adiūgit dicēs. ¶ Et alias oues habeo
q̄ non ſunt ex hoc ouili: ⁊ illas oportet me adducere: ⁊ vo
cē meā audiēt/⁊ fiet vnū ouile ⁊ vnꝰ paſtor. Redēptionē
nr̄am q̄ ex gētili pplo venimꝰ dn̄s aſpexerat: cū ſe adduce
re/⁊ alias oues dicebat. Hoc q̄tidie aſpicitis fratres fieri
hoc recōciliatis gētibꝰ factū hodie videt̄. Quaſi ex duo/
bus gregibꝰ vnū ouile efficit: q꞉ iudaicū ⁊ gētilē pplm̄ in
Ephe. ij. ſua fide cōiungit/Paulo atteſtāte qui ait. Ipſe eſt pax no
ſtra/qui fecit vtraqꝫ vnū. Dū em̄ ad eternā vitā ex vtraqꝫ
natione ſimplices elegit: ad ouile ꝓpꝛium oues deducit.
Tex. De quibus pꝛofecto ouibus rurſus ait. ¶ Oues mee vo
cē meā audiunt: ⁊ ego cognoſco eas ⁊ ſequunt̄ me/⁊ ego
vitam eternā do eis. De quibꝰ ⁊ paulo ſuperiꝰ dixit. Per
me ſi quis introierit ſaluabit̄: ⁊ ingrediet̄ ⁊ egredietur: ⁊
paſcua inueniet. Ingrediet̄ quippe ad fidē: egrediet̄ v̄o
a fide ad ſpeciē: a credulitate ad contemplationē: paſcua
autem inueniet in eterna refectiōe. Oues ḡ eius paſcua
inueniunt: q꞉ quiſquis illū corde ſimplici ſequit̄/eterne vi
riditatis pabulo nutrit̄. Que aūt ſunt iſtaꝝ ouiū paſcua
niſi interna gaudia ſp̄ virentis paradiſi: Paſcua nāqꝫ ele
Supne patrie ſignat̄ felicitas. ctoꝝ ſunt/vultus p̄ſens dei: q̄ dū ſine defectu conſpicitur/
ſine fine mēs vite cibo ſatiat̄. In iſtis paſcuis de eternita
tis ſatietate letati ſunt: q̄ iā laq̄os voluptuoſe tēporalita/
tis euaſerunt. Ibi hymnidici angeloꝝ chori: ibi ſocietas
ſupernorum ciuiū: ibi dulcis ſolēnitas a peregrinationis
huius triſti labore redeuntiū. Ibi pꝛouidi pꝛophetarum
chori/ibi iudex apoſtoloꝝ numerus/ibi innumerabiliū
martyꝝ inuictoꝝ exercitus tāto illic letior/quanto hic du
rius afflictus: ibi confeſſoꝝ conſtantia/pꝛemij ſui perce/
ptione cōſolata. Ibi fideles viri: quos a virilitatis ſue la/
bore voluptas ſeculi emollire non potuit. Ibi ſancte mu/
lieres/que cum ſeculo ⁊ ſexū vicerūt. Ibi pueri/q̄ hic an/
nos ſuos moribus trāſcenderūt. Ibi ſenes quos hic etas
debiles reddidit: ⁊ virtꝰ opis nō reliquit. Queramꝰ ergo
fratres hec paſcua: in quibꝰ cum tantoꝝ ciuium ſolēnita
te gaudeamus. Ipſa nos letantiū feſtiuitas inuitat. Cer
te ſicubi populus nūdinas celebraret: ſi ad alicuius eccle
ſie dedicationem denuntiata ſolēnitate cōcurreret/feſti/
naremus oēs ſimul inueniri: intereſſe vnuſquiſqꝫ ſatage/
ret: graui ſe dāno afflictū crederet ſi ſolēnitatem cōis leti
tie non videret. Ecce in celeſtibꝰ electoꝝ ciuium letitia
agitur: viciſſim de ſe oēs in ſuo conuentu gratulantur: et
tn̄ nos ab amore eternitatis tepidi/nullo deſiderio arde/
mus: intereſſe tāte ſolēnitati nō querimꝰ: pꝛiuamur gau/
dijs/⁊ leti ſumꝰ. Accendamꝰ ergo animū fr̄es: recaleſcat
fides in id qd̄ credidit: inardeſcant ad ſupna noſtra deſi/
deria: ⁊ ſic amare iam ire eſt. Ab interne ſolēnitatis gau/
dio nulla nos aduerſitas reuocet: q꞉ ⁊ ſi q̄s ad locū ꝓpo/
ſitū ire deſiderat: eiꝰ deſideriū q̄libet vie aſperitas nō im
mutat. Nulla nos pꝛoſperitas blandiēs ſeducat: q꞉ ſtultꝰ
viator eſt: q̄ i itinere amena pꝛata cōſpiciēs/obliuiſcit̄ ire
q̄tēdebat. Toto ḡ deſiderio ad ſupnā patriā animꝰ anhe
let: nil in h̄ mūdo appetat: qd̄ cōſtat q꞉ citiꝰ relinq̄t: vt ſi ce
leſtis paſtoris veraciter oues ſumꝰ: q꞉ in vie delectatione
nō figimur/eternis paſcuis in ꝑuētiōe ſatiemur. Tu aūt.

¶ Dn̄ica. III. Jubilate. Joan. XVI.

¶ In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis.
Modicum et iam non videbitis me ⁊ iterū mo/
dicum ⁊ videbitis me: quia vado ad patrem. Et
reliqua. Homilia venerabilis Bede pꝛeſbyteri.

Lecta domini ſaluato
ris nr̄i ꝓmiſſa fr̄es chariſſimi/leto cordis au/
ditu ꝑcipe debemꝰ: ſedulaqꝫ intētione ꝑſiſtere
q̄tenꝰ ad hec ꝑtingere mereamur. Quid eſt eī q̄ merito
letiꝰ audiamꝰ q̄ ꝑueniri poſſe ad gaudiū qd̄ nūq̄ poſſit
auferri: Notādū aūt/q̄ tota lectiōis euāgelice ſeries illis
cōuenit: q̄ eā p̄ſentē audierūt a dn̄o: pars aūt illiꝰ etiā no
bis: q̄ poſt paſſionē ⁊ reſurrectionē dn̄icā ad fidē venimꝰ
aptiſſime cōgruit. Qd̄ ḡ ait. ¶ Modicū ⁊ iā nō videbit̄ Tex.
me: ⁊ iterū modicū ⁊ videbitis me: q꞉ vado ad prēm: ad il/
los ſpecialr̄ ꝑtinet q̄ eiꝰ diſcipulatui p̄dicātis in carne ad/
herere: ⁊ poſt triſtitiā paſſiōis viſa reſurrectiōe ⁊ aſcēſiōe
eiꝰ letificari meruerūt. Nā q꞉ hec illa q̄ tradebat̄ nocte lo
cutꝰ eſt: modicū erat. i. eiuſdē noct̄ ⁊ diei ſequētis tp̄s/vſqꝫ
ad horā q̄ illū nō videre inciperēt. Tētꝰ em̄ nocte illa a iu/
deis: ⁊ i craſtinū crucifixꝰ: cū ſero factū eſſet/depoſitꝰ eſt
de cruce ⁊ itra ſepta ſepulcri ab hūanis ſecluſis obtutibꝰ.
Et iterū modicū erat/vſqꝫ dū illū viderent: reſurrexit em̄ a
mortuis die tertia: ⁊ apparuit eis i multꝭ argumētꝭ ꝑ dies
q̄dragita. Quare aūt modicū eēt vt nō viderēt eū: ⁊ iterū
modicū vt viderēt/annectit cām dicēs. Q꞉ vado ad prēm.
Ac ſi apte dicat. Jō poſt modicū a vr̄is aſpectibꝰ i monu/
mēti clauſtris abſcōdor: ⁊ iterū poſt modicum deſtructo
mortis iperio/vobis intuēdꝰ appareo: q꞉ tp̄s eſt/vt exple
ta diſpenſatione aſſumpte mortalitatis/cū reſurrectiōis Alia ex/
triūpho iā reuertar ad patrē. Pōt ⁊ aliter intelligi qd̄ ait: poſitio
modicū ⁊ iā nō videbitis me: ⁊ iterū modicū ⁊ videbitis verboꝝ
me. Modicū q̄ppe tp̄s futurū erat q̄ eū nō viderent: illud
ſcꝫ triduū q̄ erat q̄eturꝰ i monumēto: ⁊ iterū modicū erat
futurū q̄ viderēt eū/illi vcꝫ dies q̄draginta: in quibus eis
poſt paſſionē ſuā ſepius vſqꝫ ad tp̄s aſcēſionis apparuit:
Qd̄ aūt ſubiūxit: q꞉ vado ad patrē: iuxta hunc ſenſum ad
illud ſpecialiter reſpicit qd̄ p̄miſit: ⁊ iterū modicū ⁊ vide/
bitis me. Ac ſi apte diceret. Propterea me reſuſcitatum a
mortuis modico tp̄e videbitis: q꞉ nō ſemꝑ in terra corpali
ter manſurꝰ: ſꝫ ꝑ hūanitatē quā aſſumpſi iā ſum aſcēſurꝰ
in celū. Hec q̄dē v̄ba dn̄i vt diximꝰ/illis ſpecialiter q̄ eius
reſurrectionē viderūt cōueniūt. Qd̄ v̄o illis q̄rentibꝰ ex/
ponēdo ſubiūgit. ¶ Amē amē dico vobis: q꞉ plorabitis ⁊ Tex.
flebitis vos/mūdꝰ aūt gaudebit: vos aūt cōtriſtabimini
ſꝫ triſtitia vr̄a v̄tet̄ in gaudiū: ⁊ ipſoꝝ ⁊ totiꝰ eccl̄ie ſtatui
cōgruit. Plorabāt q̄ppe ⁊ flebāt amatores chꝛiſti: cum il/
lū cōpꝛehēdi ab hoſtibꝰ/ligari/ad cōſiliū duci/dānari/fla
gellari/deriſui haberi: ad vltimū crucifigi/lāceari/⁊ ſepe/
liri viderēt. Gaudebāt mundi amatores (q̄s ob infimas
cogitatiōes mūdū vocat dn̄s) cū morte turpiſſima condē/
narēt illū q̄ grauis erat eis etiā ad vidēdū. Cōtriſtabant̄
diſcipuli poſito in morte dn̄o: ſed agnita eiꝰ reſurrectiōe/
triſtitia illoꝝ v̄ſa eſt in gaudiū: viſa aſcēſiōis potentia iā Luce.
maiori gaudio ſubleuati/laudabāt dn̄m vt Lucas teſtat̄. xxiiij.
Sꝫ ⁊ cūctis fidelibꝰ hic ſermo dn̄i cōuenit: q̄ ꝑ lachꝛymas
ꝑſſuraſqꝫ p̄ntes ad gaudia eterna ꝑuenire cōtēdūt. Qui
merito in p̄ſenti plorāt/flēt ⁊ triſtes ſunt: q꞉ necdū valent
videre quē diligūt: q꞉ q̄diu ſunt in corpore/ꝑegrinari ſe a
ſua patria ⁊ regno cognoſcūt: q꞉ per labores ⁊ certamina
ad coronā ſibi ꝑueniendū eſſe nō dubitāt. Quoꝝ triſtitia
v̄tet̄ in gaudiū: cū finito agone vite huiꝰ brauiū vite pen/
nis accipiūt. De q̄ d꞉ in pſ̄. Qui ſeminant in lachꝛymis/in
gaudio metēt. Flētibꝰ aūt ⁊ cōtriſtatis fidelibꝰ mūdꝰ gau Pſ. cxxv.
det: q꞉ iure in p̄ſentibꝰ q̄lecūqꝫ gaudiū hn̄t: q̄ alterius vite
vl̄ nulla eē gaudia ſperāt/vl̄ ſe ad h̄ ꝑtingere poſſe deſpe/
rāt. Qd̄ tn̄ ſpecialr̄ de ꝑſecutoribꝰ fidei chꝛiſtiane pōt itel/
ligi: q̄ cruciat̄ occiſiſqꝫ martyribꝰ a dr̄is ſe ꝑualuiſſe gau/
debāt: ſꝫ nō poſt mltū illis i occulto coronatis/ipſi penas
ꝑfidie ſue finit̄ ⁊ homicidij ſubibāt eternas: q̄bꝰ diuina in/
crepatiōe recte d꞉ ꝑ ꝓphetā. Ecce ſui mei letabūt̄ vos aūt
ꝯfundemi: ecce ſui mei exultabūt i letitia: vos aūt clama Eſa. lxv
bitis pꝛe dolore cordis veſtri: ⁊ pꝛe cōtritiōe ſp̄us vlulabi/
tis. Sequit̄. ¶ Mulier cum parit triſtitiā habet: q꞉ venit Tex.

Digitized by Google

hoꝛa eius. Mulierē dicit ſanctā eccl'iam: vꝫ ꝓpter fecū
ditatem bonoꝝ operū: ⁊ q: ſpirituales deo filios gignere
Lu.xiij. vnꝙ̄ nō deſinit. De qua alibi dicit. Simile eſt regnū celo-
rū fermēto: qđ acceptū mulier abſcōdit in farine ſata tria
donec fermētaret̃ totū. Mulier q̄ppe fermentū accepit:
cū eccleſia vim ſuperne dilectionis/ ⁊ fidei dn̄o largiente
conſecuta eſt. Abſcondit hoc in farine ſata tria donec fer-
mentaretur totū: cū Aſie: Europe ⁊ Africe partibꝰ verbū
vite miniſtrauit: donec oēs terraꝝ termini/ regni celeſtis
amoꝛe flagrarent. Ad huiꝰ mulieris mēbꝛa ſe ptinere ſi-
Gal.iiij. gnabat/ q̄ recedentibus quibuſdā a caſtitate fidei/ triſtis
aiebat. Filioli mei quos iterū parturio/ donec foꝛmetur
chꝛiſtus in vobis. Ad huiꝰ ſe mēbꝛa ptinere teſtant̃: q̄ cele
ſtibus deſiderijs accenſi/ in cōditoꝛis ſui laude ꝓclamāt.
Eſaie. A timoꝛe tuo dn̄e cōcepimꝰ: ⁊ parturiuimꝰ ⁊ peperimus
xxvi. ſpm̄. Hec mulier cū parit/ triſtitiā habet: q: venit hoꝛa eiꝰ.
Tex. ¶ Cum autē peperit puerū/ iam nō meminit pꝛeſſure ꝓ-
pter gaudiū: q: natus eſt hō in mundū. Que nimirū ſan
cta eccleſia: quādiu in mundo ſpiritualiū virtutū pꝛofecti
bus inſiſtit: nunꝙ̄ mūdi tentationibꝰ exerceri deſiſtit. At
cū deuicto laboꝝ certamine ad palmā ꝑuenerit: iam non
Ro.viij. meminit pꝛeſſure pꝛecedentis/ ꝓpter gaudiū percepte
retributionis. Nō ſunt enī condigne paſſiones huiꝰ tēpo
ris/ ad ſuperuenturā gloꝛiā que reuelabit̃ in nobis. Non
meminit inq̄t pꝛeſſure ꝓpter gaudiū: q: natꝰ eſt hō in mū
dū. Sicut enī mulier nato in hoc mūdo hoīe letatur: ita
eccleſia nato in vitā futurā fideliū pplo/ digna exultatio-
ne replet̃: ꝓ qua eiꝰ natiuitate multū laboꝛās ⁊ gemēs in
p̄ſenti/ q̄ſi parturiēs dolet. Nec nouū debet cuiꝙ̄ videri ſi
natꝰ dicat̃: q̄ ex hac vita migrauerit. Quō enī conſuete na
ſci d̾/ cum q̄s de vtero matris ꝓcedens hāc in lucē egre-
Dies dit̃: ita etiā rectiſſime pōt natꝰ appellari/ q̄ ſolutꝰ a vincu
moꝛtis lis carnis/ ad lucē ſublimat̃ eternā. Vn̄ mos obtinuit ec-
q̄re nata cleſiaſticus vt dies btōꝝ martyꝛū ſiue cōfeſſoꝝ chꝛiſti q̄bꝰ
lis dicat̃ de ſeculo trāſierūt natales vocitemꝰ: eoꝝꝙ̄ ſolēnia nō fu
ſanctoꝝ. nebꝛia/ ſed natalitia dicant̃. Sequit̃ dn̄s exponēs ipſe pa
Tex. radigma qđ de muliere poſuit. ¶ Et vos igit̃ nūc q̄dem
triſtitiā habetis: iterū aūt videbo vos ⁊ gaudebit coꝛ ve-
ſtrū/ ⁊ gaudiū veſtrū nemo tollet a vobis. Qđ de ipſis q̄-
dē diſcipulis facile intelligit̃: q: triſtitiā habuerunt paſſo
ac ſepulto dn̄o: ſed factā reſurrectiōis gl'ia/ gauiſi ſunt viſo
dn̄o. Et gaudiū coꝝ nemo tulit ab eis: q: ⁊ ſi poſtmoduꝫ
ꝑſecutiones ꝓ chꝛiſti noīe ac toꝛmēta paſſi ſunt: ſpe tn̄ re-
ſurrectiōis ⁊ viſiōis illiꝰ accēſi/ libēter queꝙ̄ aduerſa fere
bant: imo oē gaudiū exiſtimabāt/ cū in tētationes varias
inciderēt. Deniꝙ̄ ceſi a p̄ncipibꝰ ſacerdotū/ vt ſcriptū eſt:
Act.v. ibāt gaudētes a cōſpectu cōſilij: qm̄ digni habiti ſunt pꝛo
noīe Jeſu cōtumeliā pati. Gaudiū coꝝ nemo tulit ab eis
q: talia patiēdo ꝓ chꝛiſto/ meruerūt regnare ſine fine cuꝫ
chꝛiſto. Sed ⁊ ois eccl'ia ꝑ huiꝰ vite laboꝛes ⁊ anguſtias/
ad eterna celeſtiū tēdit pꝛemia gaudioꝝ/ atteſtāte apl'o:
Act.xiiij Quia ꝑ multas tribulationes opoꝛtet nos introire in re
gnū dei. Qꝺ aūt ait: iterū videbo vos ⁊ gaudebit coꝛ vr̄m
Videbo vos dixit: eripiaꝫ vos ab aduerſarijs: coꝛonabo
vos victoꝛes: me vos decertantes ſꝑ vidiſſe pꝛobabo. Qn̄
matt.vl. enī non videret ſuos maxime pꝛeſſuris circūuētos: cum
quibꝰ ſe ipſe oībus diebꝰ ſeculi manere ꝓmiſit: Sꝫ moꝛiē-
tibꝰ inter toꝛmēta fidelibꝰ/ arbitrabant̃ eos toꝛtoꝛes diui
no carere p̄ſidio/ dicētes. Vbi eſt deꝰ eoꝝ: Vn̄ q̄dā ex his
Tren.i. circūſeptus erūnis aiebat. Vide dn̄e afflictionē meā: qm̄
erectꝰ eſt inimicꝰ meꝰ. Qđ eſt apte dicere. Qm̄ inimicꝰ in
ſequēs ceruicē ſupbie cōtra tuos hūiles attollit/ tuo nos
auxilio cōditoꝛ nr̄ omp̄s ſubleua: deuictꝭ ac repulſis hoſti
bus nr̄os ſꝑ agones vidiſſe/ tibi hos placuiſſe compꝛoba.
Videt ita electos poſt triſtitiā dn̄s: cū eoꝝ patientiā (dā-
Ge.xxij. nato impugnatoꝛe) remunerat. Pōt ⁊ ita intelligi quod
ait: iteruꝫ aūt videbo vos/ q̄ſi diceret. Iterū vobis viden
dus appareo: quō dixit Abꝛae: nūc cognoui ꝙ timeas do
minū: ꝓ eo vt diceret: nūc cognoſcere hoīes feci ꝙ timeas
deū: q̄ hactenꝰ neſciebāt qđ apud me certū ſemper habui.

Si ḡ fratres chariſſimi/ ſalubꝛi nunc triſtitia afficimur: ſi Ro.xij.
iuxta hoꝛtamēta ppl'i ſpe gaudētes/ in tribulatiōe exiſti-
mus patiētes: ſi nr̄a errata: ſi miſerias ꝓximoꝝ debita la-
mentatione deflemꝰ: videbit nos iterū dn̄s. i. videndū ſe
nobis oſtendet in futuro: q̄ quondā nos videre fidei ſue
nobis agnitionē largiendo dignatꝰ eſt. Videbit vt coꝛo- Doctri-
net/ qui quōdā vidit vt vocaret. Videbit ⁊ gaudebit coꝛ na ſalu-
veſtrū: ⁊ gaudiū veſtrū nemo tollet a vobis: q: hec eſt ꝟa bꝛis.
⁊ vnica merces eoꝝ qui ſm̄ deū contriſtant̃/ de perpetua
eius viſione gaudere. Quā pꝛofecto mercedem pꝛomiſit
ipſe ſublimiter/ cū ait. Beati mundo coꝛde: qm̄ ipſi deum Mat.v.
videbūt. Quā deſiderabat ardēter pꝛopheta/ cū dicebat.
Sitiuit aīa mea ad deū viuum: q̄ñ veniā ⁊ apparebo an-
te faciē dei: Quā ſe apl's cum ſuis ſimilibꝰ accepturū eſſe
gratulat̃: qui certaminū ſuoꝝ cōſcius cōfidenter ꝓteſtat̃
dicens. Videmus nunc ꝑ ſpeculū in enigmate: tunc autē i.Co.xiij
facie ad faciē. Quā nos q̄ꝫ ⁊ fideliter q̄rere ⁊ veraciter ap
pꝛehendere/ donec ipſe certātiū auxiliatoꝛ ⁊ vincentiū re
muneratoꝛ/ Jeſus chꝛiſtꝰ dn̄s nr̄: q̄ viuit ⁊ regnat cum pa
tre in vnitate ſpūſſcti deꝰ: ꝑ oia ſecula ſeculoꝛum. Amen.

¶ Dn̄ica. IIII. Cantate. Joan. XVI.

¶ In illo tempoꝛe: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis.
Vado ad eum qui me miſit: ⁊ nemo ex vobis in-
terrogat me quo vadis. Sed q: hec locutus ſum
vobis: triſtitia impleuit coꝛ veſtrum. Et reliqua.

Homilia venerabilis Bede pꝛeſbyteri.

Sicut ex lectione euā
gelica fr̄es audiuimꝰ: dn̄s ⁊ redēptoꝛ nr̄ immi-
nēte ſue paſſiōis articulo diſciplis ⁊ gloꝛiā aſcē
ſionis q̄ ipē poſt moꝛtē ⁊ reſurrectionē erat clarificādꝰ: et
aduētū ſpūſſcti q̄ illi erāt illuſtrādi patefecit: q̄tenꝰ inſtāte
hoꝛa paſſiōis eiuſdē minꝰ ꝓ illiꝰ moꝛte dolerēt: quem poſt
moꝛtē ad celos ſubleuādū nō dubitarēt: minꝰ de ſua deſo-
latiōe trepidarēt: q̄s abeūte licet dn̄o/ ſpūſſcti gr̄a cōſolā-
dos eē ſparēt. ¶ Vado inq̄t ad eū q̄ miſit me: ⁊ nemo ex Tex.
vobꝭ iterrogat me q̄ vadis. Ac ſi apte dicat. Reuertoꝛ aſcē
dēdo ad eū q̄ me icarnari cōſtituit: ⁊ tāta tāꝙ̄ manifeſta
erit eiuſdē aſcēſiōis claritas: vt nemini vr̄m opꝰ ſit iterro-
gare q̄ vadā/ vidētibꝰ cūctꝭ: q: ad celos ꝑgā. Hn̄ aūt cū de
aſcēſiōe ſua dixiſſet: vado ad eū q̄ me miſit/ addidit: ⁊ ne-
mo ex vob iterrogat me q̄ vadis. Supiꝰ nāꝙ̄ cū de ſua paſ
ſiōe ꝓteſtaret̃/ dicēs: q̄ ego vado vos nō poteſtis venire:
interrogauit eū Petrꝰ ⁊ ait: dn̄e q̄ vadis: r̄ñſumꝙ̄ eſt ei: q̄ Joā.xiij.
ego vado nō potes me mō ſeq̄: ſeq̄ris aūt poſtea: q: nimi-
rū paſſiōis moꝛtiſꝙ̄ eiꝰ myſteriū necdū itelligere/ necduꝫ
poterāt imitari: maieſtatē ꝟo aſcēſiōis/ ſtati vt videre co-
gnouerūt: totiſꝙ̄ animi votꝭ vt ſeq̄ mererēt̃ optabāt. ¶ Sꝫ Tex.
q: h̃ locutꝰ ſuꝫ vobꝭ: triſtitia ipleuit coꝛ vr̄m. Sciebat dn̄s
ipē q̄d h̃ ſua ꝟba i diſcipuloꝝ coꝛdibꝰ agerēt: q: vꝫ triſtitiā
magis de abſceſſu q̄ eos deſereret: ꝙ̄ de aſcēſu quo patrē
peteret letitiā generarēt. Vn̄ benigne cōſolādo ſubiūxit.
¶ Sꝫ ego ꝟitatē dico vobis: expedit vobis vt ego vadā. Tex.
Expedit vobꝭ vt foꝛma ſuiv ſubtrahat̃ aſpectibꝰ q̄tenꝰ
amoꝛ diuinitatꝭ actibꝰ vr̄is figurat̃ in mētibꝰ. Expedit vt
notā vobis foꝛmā celo inferā: q̄tenꝰ maioꝛi ꝑ h̃ deſiderio
illuc ſuſpiretꝭ: ſicꝙ̄ ſuſpēſis ad ſupna coꝛdibꝰ vr̄is/ ad acci
piēda iā ſpūſſcti dona capaces fiatis. ¶ Si enī nō abiero Tex.
paraclerꝰ nō veniet ad vos: ſi aūt abiero/ mittā eū ad vos Cauſa
Nō q: nō poterat ipē i terra poſitꝰ dare ſpm̄ diſcipulis hec aſcēſiōis
loquitur (cū aperte legat̃ q: poſt reſurrectionē apparēs dn̄ice.
eis inſufflauit ⁊ dixit eis: accipite ſpm̄ ſctm̄) ſed q: ipō i ter
ra poſito ⁊ coꝛpoꝛaliter cōuerſante cū eis: nō valebāt illi
erigere mētē ad ſciēda munera gr̄e celeſtis. Aſcēdēte aūt
ipō ad celos ⁊ ipſi pariter oē deſideriū ſuū illo trāſferebāt Mat.vj
iuxta hoc quod alibi audierunt. Vbi eſt theſaurus tuus/
ibi et coꝛ tuum erit. Ideoꝙ̄ capaces ſpiritus iam facti
erant: non vltra de moꝛte eiꝰ contriſtari: ſed de ꝓmiſſiōis

Digitized by Google

Lu. xxiiij eius munere letari/Luca atteſtāte q̄ ait. Et factū eſt dum
benediceret illis/receſſit ab eis: ⁊ ferebat̃ in celum: ⁊ ipſi
adorātes regreſſi ſunt in hieruſalē cū gaudio magno: et
erant in tēplo ſp̄ laudātes ⁊ benedicētes dn̄z. Patet aūt
nec laborioſa expoſitiōe indiget: cur eūdē ſpm̄ paracletū
ideſt ꝯſolatorē cognominet: q: nimirū corda diſcipuloꝝ
q̄ receſſus ipſi⁹ meſta reddidiſſet: hui⁹ cōſolaret̃ ⁊ recrea
ret aduēt⁹. Sed ⁊ ſingulis q̄buſq; fideliū/vel de peti ꝑpe
tratiōe merētib⁹/vel cōi ſeculi hui⁹ afflictiōe laborātibus
dū ſpem venie ⁊ miſericordie celeſtis inſpirat/ꝑfecto ab
Effect⁹ angore triſtitie mētē eoꝝ illuſtrādo ſubleuat. Quia vero
amoris ſpūs idē mēti quā replet nō ſolum vim diuine charitatis
diuini. infundit interi⁹: verūetiam carnali timore depulſo/ad in
crepandā prauitatē maloꝝ fortis fiduciā pſtat: recte ſubdi
Tex. tur. ¶ Et cū venerit ille arguet mundū de pctō ⁊ iuſtitia
⁊ iudicio. Claret nāq;/ꝙ ipſe dei fili⁹ dn̄s nr̄ Jeſus chriſt⁹
cū eſſet in mundo: arguebat mūdū.i.ſectatores mūdi de
pctō ſue icredulitatis: arguebat dei iuſtitia: q: vcz iuſtitiā
fideliū nollēt imitari: arguebat de iudicio: vcz quare dia
bolum qui iā iudicat⁹ ac cōdemnat⁹ erat/ſequerent̃. Sz
non ſine cauſa ſpm̄ cū venerit hoc idē dicit acturū: q: ꝑfe
cto per hui⁹ inſpirationē corroborādus erat anim⁹ diſci
puloꝝ: ne mundū q̄ cōtra ſe fremebat arguere timerēt
Tex. Exponens ergo ſententiā ſuā dn̄s adiūxit. ¶ De pctō q̄dē
q: nō credit in me. Peccatū incredulitatis q̄ſi ſpeciale po
ſuit: q: ſicut fides origo virtutū: ita ſolidamētū eſt vitioꝝ
in incredulitate pſiſtere: dn̄o terribiliter atteſtante q̄ ait:
Joā. iij. Qui aūt nō credit: iā iudicat⁹ eſt: q: nō credit in noīe vni
Abac. ij. geniti filij dei. At cōtra: iuſtus ex fide viuit. ¶ De iuſtitia
Tex. vo: q: ad patrē vado: ⁊ iā non videbitis me. Juſtitia diſci
puloꝝ chriſti erat: ꝙ dn̄m quē verū hoiem cernebāt/verū
quoq; filiū dei eſſe crediderunt: ⁊ quē ſibi corꝑaliter abla
tum nouerāt: certo ſemꝑ amore colebāt. Juſtitia ceteroꝝ
fideliū.i.eoꝝ q̄ dn̄m in carne nō viderūt/hec eſt: ꝙ eū quē
corporaliter nūq̄ viderūt: deū ⁊ hoiem verū corde credūt
ac diligūt. De qua ꝑfecto iuſtitia fidei arguunt̃ infideles
cur ipſi vcz cum ſimiliter verbū vite audirent/noluerunt
credere ad iuſtitiam. Neq; em̄ nequitia maloꝝ ex ſua ſo
lū fortitudine/verūetiā ex cōparatione rectoꝝ q̄ ſit dānā
Sap. j. da mōſtrat̃. Hinc em̄ ſcriptū eſt. Probata aūt virt⁹ corri
pit inſipiētes. Arguit mūdū ſpūſanct⁹ de peccato ſuo: q:
nō credidit in chriſtū: arguit ⁊ de iuſtitia credētiū: q: exē
plū eoꝝ ſequi noluerūt/q̄ hunc ad patrē aſcēdiſſe/neq; vl
tra corporaliter in terris ꝯuerſaturū eſſe ſciebāt: nec tn̄ ab
eius dilectione poterant vlla ratiōe ſeparari. Hoc eſt em̄
qd̄ ait. Ad patrē vado: ⁊ iā non videbitis me. Nō videbi
tis me poſtq̄ aſcēdero: qualem nūc videre ſoletis/carne
mortali ⁊ corruptibili circūdatū: ſed in maieſtate ad iudi
ciū venientē: ⁊ peracto iudicio in maiori gloria ſctis ap
Tex. parentē. Sequit̃. ¶ De iudicio autē: q: princeps mundi
huius iudicatus eſt. Principē mūdi diabolū dicit: q: prin
cipatur eis q̄ ordine ꝑuerſo mūdū potius q̄ mūdi condi
torē diligūt. Qui iudicatus eſt a dn̄o/qui ait. Videbā ſa
Princeps thanā ſicut fulgur de celo cadentē. Judicat⁹ eſt ab eo: cū
mūdi q̄ ⁊ ipſe demonia eijceret: ⁊ diſcipulis daret poteſtatē calcā
modo iu di ſuꝑ oēm virtutē inimici. Arguit̃ itaq; mundus de iudi
dicatus cio/quo diabolus eſt iudicatus: qn̄ hoies ne dei volūtati
eſt. reſiſtere pſumant/exēplo damnati ꝓpter ſuꝑbiā terrētur
archangeli. Arguit mundū ſpūſanctus de iudicio/quo
princeps mūdi iudicat⁹ eſt: cū loquens in ſpūſctō Judas
apl's/ad corrigēdā hoim prauorū nequitiā: penā ſuꝑbien
Jude. j. tiū cōmemorat angeloꝝ dicēs. Angelos vero q̄ nō ſerua
uerunt ſuū principatū: ſed reliquerāt ſuū domiciliū: in iu
diciū magni dei vinculis eternis ſub caligine reſeruauit.
Tex. Sequit̃. ¶ Adhuc multa habeo vobis dicere: ſed nō po
teſtis portare modo. Cū aūt venerit ille ſpūs veritatis/
docebit vos oēm veritatē. Certū eſt quidē: q: veniēte de
ſuꝑ ſpū apl'i/maiorē multo ſcientiā veritatis q̄ carnales
eatenus potuere cōſecuti ſunt: maiori deſiderio certandi
ꝓ veritate ſuccenſi ſunt. Nō tn̄ putandum eſt in hac vita
quempiam omnē veritatē poſſe comprehendere: cū hec
fidei noſtre merces in alia ſit vita promiſſa: ipſa veritate
dicente. Hec eſt autem vita eterna: vt cognoſcant te ſolū Jo. xvij.
verum deū: ⁊ quem miſiſti Jeſum chriſtū. Et alibi ad iu Jo. viij
deos. Si manſeritis in verbo meo: vere diſcipuli mei eri
tis: ⁊ cognoſcetis veritatē. Unde ⁊ apl's qui ad tertiū ce
lū rapt⁹: audiuit arcana verba q̄ non licet homini loqui. j. Co. xiij
Ex parte inquit cognoſcimus: ⁊ ex parte prophetamus.
Intelligendū eſt em̄ qd̄ ait de ſpū: docebit vos omnē veri
tatem: quaſi diceret. Diffundet in veſtris cordib⁹ charita
tatem: cuius magiſterio intus edocti/ꝑficiatis de virtu
te in virtutem: digniq; efficiamini ꝑuenire ad vitam: in
qua vobis ⁊ eterna claritas ſumme veritatis ⁊ vere ſubli
mitatis.i.contēplatio veſtri conditoris appareat. ¶ Nō Tex.
enim loquetur a ſemetipſo: ſed quecūq; audiet loquetur
Non loquit̃ ſpūs a ſeipſo.i.ſine patris ⁊ filij cōmunione.
Neq; em̄ diuiſus ac ſeparatus eſt ſpūs. Sed quecūq; au
diet loquet̃: audiet vcz per vnitatē ſubſtantie/⁊ proprieta
tem ſcientie. Non loquit̃ a ſemetipſo/qui non eſt a ſemet
ipſo: pater quippe ſolus de alio non eſt. Nam ⁊ filius de
patre natus eſt: ⁊ ſpūſſanctus de patre procedit. Ab ipſo
autem audiet ſpirituſſanctus a quo procedit: q: non eſt a
ſeipſo/ſed ab illo a quo ꝓcedit. A quo eſt illi eſſentia: ab il
lo vtiq; ⁊ ſcientia. Ab illo igitur audientia: quod nihil eſt
aliud q̄ ſcientia. Qd̄ vero adiūxit. ¶ Et que futura ſunt Tex.
annunciabit vobis. Cōſtat innumeros fideliū/ꝑ donum
ſanctiſpūs pnouiſſe ac pdixiſſe vētura. Sz q: ſunt nōnul
li: q̄ ſpūs grā pleni infirmos curāt: mortuos ſuſcitant: de
monib⁹ imperant: multis virtutib⁹ coruſcāt: ipſi angelicā
in terris vitā gerūt: nec tamē que ſibi ſunt ventura/ſpirit⁹ Dona
eiuſdē reuelatione cognoſcūt. Pōt hic dn̄i ſermo etiā ſic ſpūs nu
accipi. Quia ſpūs adueniens que vētura ſunt nobis an merant.
nuntiat: cum gaudia nobis patrie celeſtis ad memoriam
reducit: cū feſta ſuperne ciuitatis ꝑ donū nobis ſue aſpi
rationis innoteſcit. Vētura nobis annūtiat: cū nos a de
lectatiōe pſentiū abſtrahēs/pmiſſi in celis regni deſide
rijs inflammat. ¶ Ille me clarificabit: quia de meo acci Tex.
piet: ⁊ annuntiabit vobis. Spūs clarificabit chriſtū: q: ꝑ
eū tanta charitas in cordib⁹ diſcipuloꝝ accēſa eſt/vt abie
cto timore carnali/effectū reſurrectiōis eius cōſtātes pre
dicarent: a quo tpe paſſionis pauidi fugerūt. Vn̄ ſcriptū Mat.
eſt. Et repleti ſunt oēs ſpūſancto: ⁊ loquebantur verbū xxvj.
dei cum fiducia. Spūs clarificauit chriſtū: cū impleti grā Act. ij.
ſpiritali doctores ſancti/tot ⁊ tanta miracula in noīe chri
ſti fecerūt: q̄bus orbē totū ad fidē chriſti cōuerterunt: tot
ac tanta ꝓ chriſti noīe paſſionū certamina pertulerūt: do
nec ipſa etiā ſuꝑborū colla pſecutorū/ſuauiſſimo chriſti iu
go ſubmitterent. Spūs clarificat chriſtū: cū ſua nos inſpi
ratione ad diligēdā eius viſionē accēdit: cū illum patri in
diuinitate equalē eſſe credendū/fideliū cordib⁹ intimat.
¶ Quia de meo inquit accipiet/⁊ annūtiabit vobis. De Tex.
pr̄e accipit ſpūſctūs: vn̄ accipit ⁊ fili⁹: q: in hac trinitate
de patre natus eſt filius: de pr̄e ꝓcedit ſpūſſanctus. Qui
aūt de nullo natus ſit: de nullo procedat: pater eſt ſolus.
¶ Omia quecūq; habet pater: mea ſunt: propterea dixi: q:
de meo accipiet/⁊ annuntiabit vobis. De his dixi que ad Tex.
ipſam patris diuinitatē pertinēt: in quib⁹ illi eſt equalis/
omnia que habet pater habēdo. Neq; em̄ ſpirituſſanct⁹
de creatura que patri eſt ſubiecta/⁊ filio erat accepturus
quod ait: de meo accipiet: ſed vtiq; de patre: de quo ꝓce
dit ſpiritus/de quo nat⁹ eſt fili⁹. Sed quia donāte dn̄o/le
ctionem ſancti euangelij patrum veſtigia ſequentes ex
ponendo tranſcurrimus: reſtat veſtram fraternitatē cha
riſſimi/mecū pariter admonere: vt eius memoriā ſolicita
ſꝑ intentione ſeruem⁹: ei⁹ ſuauitatē ⁊ deuoto pectore ſcru
temur/⁊ caſto ſepius ore ruminem⁹. Quid em̄ ꝓdeſt ad
audiēdū dei vbū ꝯuenire: ⁊ expleto auditu ad inania mor
⁊ ſecularia colloq̄a vel acta ꝯuerti? Recolam⁹ ḡ iuxta qd̄
eadē admonet lectio: q: dn̄s nr̄ expleta paſſiōe redijt ad
prēm a q̄ miſſus eſt: nec patrē cū ad nos veniret/nec nos

Digitized by Google

deſerens cū rediret. Illuc eius veſtigia toto mentis niſu
ſectemur: ⁊ vt illo ꝑuenire/ illiꝰ regni ianuā mereamur in/
trare: perpēdamus magnopere: q̄bus actionū greſſibus
j. Joā. ij. in terra degēs inceſſerit. Qui em̄ dicit ſe in chriſto mane/
re: debet ⁊ ſicut ipſe ābulauit/ ⁊ ipſe ambulare. Certe ipſe
ꝑ agones paſſionū/ ad coronam ꝑuenit glorie. Merito ꝗ̄
intimatᷓ ⁊ nobis: q꞉ ꝑ multas tribulationes oportet nos
Act. xiiij introire in regnū dei. Vn̄ ⁊ apl'us Petrꝰ/ obſeſſis feruore
j. Pe. iiij. tentationū quibuſdā fratribꝰ cōſulēs/ aiebat. Nolite pa/
uere/ quaſi noui aliq̄d' contingat: ſed cōmunicātes chriſti
paſſiōibꝰ gaudere: vt ⁊ in reuelatiōe glorie eius gaudea/
tis exultantes. Reuocemus ad mentē q꞉ gratia ſpiritus
diſcipulis/ ⁊ ſe miſſurū eſſe promiſit/ ⁊ miſit: ⁊ curemus oī
vigilantia/ ne cogitationibꝰ illecebroſis cōtriſtemus ſpi/
ritum ſanctū dei: in quo ſignati ſumus in die redēptionis
Sap. j Sic em̄ ſcriptū eſt. Spūſſanctus diſcipline effugiet fictū
⁊ auferet ſe a cogitationibꝰ q̄ ſunt ſine intellectu. Vn̄ ꝓ/
uide Pſalmiſta cū huiꝰ ſpūs accēdi deſiderio flagraret:
prius cordis mūdi hoſpitiū in quo hūc recipere poſſet: et
ſic demū tanti hoſpitis ingreſſum querebat. Cor mundū
inq̄t crea in me deꝰ: ⁊ ſpm̄ rectū innoua in viſceribꝰ meis.
Prius q̄ppe cor mundū in ſe creari/ ac deinde ſpm̄ rectuꝫ
in ſuis viſceribꝰ p̄cabatᷓ innouari: q꞉ vtriqꝫ ſciebat ſpm̄ re/
ctū in corde polluto ſedē habere non voce. Retineamus
ſedulo corde: q꞉ idē ſpūs arguit mundū de peccato/ ⁊ de
iuſtitia/ ⁊ de iudicio. Caueamus ne ima querēdo/ ad mū
j. Joā. ij. dū pertineamus: q꞉ mūdus trāſibit ⁊ cōcupiſcētia eius.
Col. iij. Que ſurſum ſunt queramꝰ: que ſurſuꝫ ſunt ſapiamꝰ: vbi
Phil. iij. chriſtus eſt in dextera dei ſedens. Cōuerſationē noſtram
cū apoſtolo habeamꝰ in celis: ⁊ ne de peccato increduli/
tatis arguamur/ exerceamus operādo q̄d credimꝰ: fides
Jac. ij. em̄ ſine operibꝰ otioſa eſt. Ne ex cōparatione iuſtorū q̄s
imitari voluerimꝰ/ arctiꝰ iudicemur: ſolerti aīo memore/
mur/ q̄d de cōtemptoribus ſue grē dn̄s ait. Regina auſtri
Lu. xj. ſurget in iudicio cū generatione iſta/ ⁊ cōdēnabit eā: q꞉
venit a finibus terre audire ſapiētiā Salomonis. Et ecce
pluſq̄ Salomon hic. Ne cū mūdi principe dānemur: reſi/
ſtamus illi fortes in fide ⁊ fugiet a nobis. Loquamur ve
ritatē in corde nr̄o: nec faciamꝰ dolū in lingua nr̄a: vt ſpi/
Rom. v ritus veritatis magis magiſqꝫ diffundendo charitatē in
cordibus nr̄is/ ducat nos ad agnitionē omnis veritatis
Huiꝰ ſpūs gratiā in cūctꝭ actibꝰ nobis chariſſimi p̄cemur
auxiliū: dicamus ſinguli dn̄o: dicamꝰ oēs. Spūs tuꝰ bonꝰ
deducet me in terrā rectā. Sicqꝫ fiet vt q̄ aplis ſuperueniens
ea que vētura erāt annūtiauit: nr̄is q̄ꝫ mētibꝰ vite gaudia
patefaciat: nos ad hec inquirēda benignꝰ incēdat: coope
rāte ipſo q̄ hūc ⁊ polliceri ſuis fidelibꝰ ⁊ dare cōſueuit Je
ſu chriſto dn̄o noſtro: q̄ viuit ⁊ regnat cum p̄re in vnitate
eiuſdem ſpūſſancti deus: per oīa ſecula ſeculorum. Amē.

¶ Dn̄ica q̄nta Vocem. Joan. XVI.

¶ In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Amen amen dico vobis: ſi quid petieritis patrē in noīe meo: dabit vobis. Vſqꝫ modo nō petiſtis quicq̄ in nomine meo. Petite et accipietis: vt gaudium veſtruꝫ ſit plenum. Et reliqua. Homilia venerabilis Bede preſbyteri.

POteſt mouere infir/
mos auditores: quomodo in capite lectionis
huius euangelice diſcipulis ſaluator ꝓmittat.
Si quid inquiens petieritis patrē in nomine meo/ dabit
vobis: cum non ſolū noſtri ſimiles multa que patrem in
chriſti nomine videntur petere/ nō accipiant: verūetiam
ipſe apl's tertio dn̄m rogauerat vt a ſe angelus Sathane
ij. Co. xij a quo tribulabatur/ abſcederet: nec impetrare potuerat
Sed huius motio queſtionis/ antiqua iam patrū expla/
natione reſerata eſt: qui veraciter intellexerūt: illos ſolū/
modo in noīe ſaluatoris petere/ qui ea que ad ſalutē ꝑpe/
tuam pertinēt petūt. Ideoqꝫ apl'in in noīe ſaluatoris pe/
tiſſe vt tētatione careret: quā ob cuſtodiā humilitatis ac
ceperat: q꞉ ſi hac caruiſſet/ ſaluus eſſe nō poſſet: ipſo affir/
mante cū ait. Et ne magnitudo reuelationū extollat me
datus eſt mihi ſtimulus carnis mee: angelꝰ ſathane q̄ me
colaphizet. Quotieſcūqꝫ ergo petētes nō exaudimur: iō
fit: q꞉ vel cōtra auxiliū noſtre ſalutis petimus: ac propter Cautio
ea a miſericorde patre beneficij gratia nobis q̄d inepte ſalutarꝭ.
petimus/ negatur: quod eidē apoſtolo Paulo ꝯtigiſſe ꝓ/
batur: cui ter petenti reſponſum eſt. Sufficit tibi gratia
mea. Nam virtus in infirmitate perficitᷓ. Vel vtilia q̄dē ⁊
que ad verā ſalutē reſpiciūt/ petimus: ſed ipſi male viuē/
do auditū a nobis iuſti iudicis auertimꝰ: incidentes in il
lud Salomonis. Qui auertit aurē ſuā ne audiat legem: Prouer.
oratio eius erit execrabilis. Vel dū ꝓ peccantibus q̄buſ/ xxviij.
dam vt reſipiſcant oramus: ⁊ ſi ſalubriter petimus/ atqꝫ
ex nr̄o merito digni ſumꝰ auditu: ipſorꝝ tamē peruerſitas
ne impetremus obſiſtit. Fit etiam aliquādo: vt ſalutaria
prorſus ⁊ precibus ſolicitis ⁊ deuotis queramus actioni/
bus: nec tn̄ ſtatim que petimus obtineamus: ſed in futu/
rum petitionis noſtre differatur effectus. Sicut cum ge
nibus flexis quotidie rogamus patrem dicentes. Adue/ Mat. vj
niat regnū tuum: idē tamē regnū non mox oratione fini
ta/ ſed tempore cōgruo ſumꝰ accepturi. Q̄d pia ꝓuiſione
noſtri cōditoris cōſtat actitari: vt vcꝫ deſideria noſtre de/
uotionis dilatiōe creſcāt/ ⁊ cremento quotidiano magis
magiſqꝫ ꝓuecta/ tādē ꝑfectius capiāt gaudia q̄ requirūt.
Inter que notandū: q꞉ ꝓ peccantibꝰ oramus: ⁊ ſi eorum
ſaluationē impetrare nequimꝰ nequaq̄ tamē fructu pre/
cis noſtre priuamur: q꞉ etſi illi digni nō ſunt ſaluari: nos
tamē amoris quem illis impēdimꝰ mercēde donabimur
ſicqꝫ in tali petitione implebitᷓ nobis illa dn̄i promiſſio/ q̄
ait. ¶ Si quid petieritis patrē in noīe meo/ dabit vobis. Tex.
Intuendū em̄ quia nō ait ſimpliciter/ dabit: ſed dabit in/
quit vobis: quia etſi nō eis ꝓ quibus petimꝰ dabit nobis
tamē cū ꝓ aliorū erratibus miſericorditer interuenimus
premium noſtre benignitatis reſtituet. Sequitᷓ. ¶ Vſqꝫ/ Tex.
modo nō petiſtis quicq̄ in noīe meo. Nō petierūt eatenꝰ
in noīe ſaluatoris: quia dum ipſum ſaluatorē viſibili pre/
ſentia complecterentᷓ/ minus ad inuiſibilia ſalutis dona
mentis intuitum erexerant. Sed ⁊ noſtra fragilitas pa/
trem petens: nō in noīe Jeſu/ id eſt ſaluatoris petit: dum
contra rationē ſue petit ſalutis: nō vt apoſtolorū ſimplici
tas corporali viſu ſui ſaluatoris ab eterne ſalutis petitiōe
retardata: ſed obſtaculo ꝓprie cupiditatis ab intuitu do
minice voluntatis impedita. Quid aūt principaliter pe/
tendū/ ac ſine vlla dubietate eis qui fideliter in petendo
perſtiterint ſit parandum a patre: dn̄s ſubdendo maniſe
ſtat dicens. ¶ Petite ⁊ accipietis/ vt gaudiū veſtrum ſit Tex.
plenū. Ordo quippe ſenſus eſt. Petite/ vt gaudiū veſtrū
ſit plenū/ ⁊ accipietis. Plenū ergo gaudiū beatitudinem
perpetue pacis appellat. Nam vt taceamꝰ de gaudio re/ Que a
proborū quo ſibi luctū mereantᷓ eternū: habēt ſancti etiā deo petē
in preſenti gaudiū de ſpe celeſtiū bonorꝝ/ cū ꝓ dn̄o terre/ da.
nis exercentur aduerſis: habent gaudiū cū amore frater
nitatis ſuadente apl'o diſcunt gaudere cum gaudētibus Ro. xij.
flere cum flētibus. Sed nō eſt plenū gaudiū quod fletu
variante miſcetur. Plenū quippe gaudiū eſt vbi nemine
flente/ cū ſolis datur gaudere gaudētibus. Ait itaqꝫ. Pe
tite ⁊ accipietis/ vt gaudiū veſtrū ſit plenū. Ac ſi patēter
dicat. Nō fluxa ſeculi gaudia: que ⁊ merore ſemꝑ mixta/ ⁊
certo ſunt fini obnoxia: ſed illud ſingulare gaudiuꝫ a p̄re
petite: cuiꝰ plenitudo nullo cuiuſlibet inq̄etudinis attra/
ctu minuitur: eternitas nullo vnq̄ termino diſſoluitᷓ. Si
em̄ ꝑſtiteritꝭ in petendo ꝓculdubio q̄ petitis ꝑcipietꝭ. De j. Pe. j.
huiꝰ plenitudīe gaudij Petrꝰ fidelibꝰ ſcribit dicēs. Credē
tes aūt exultabitꝭ letitia ienarrabili ⁊ glificata/ reportan
tes finē fidei vr̄e ſalutē aīarꝝ vr̄arꝝ. Petere aūt huiuſmodi
gaudiū eſt: nō verbis tm̄mō patrie celeſtis introitum fla
gitare/ ſed vt digna operatione ꝓ eius ꝑceptiōe certare.

Digitized by Google

Tex. ❡ Neq; eñ q̄ppiā vtilitatis afferret bene orando ſupna
q̄rere: q nō deſiſtit pu̾ſe viuēdo infimis implicari. Hec
in ꝓuerbijs locutꝰ ſum vobis. Venit hora cū iā nō in pro-
uerbijs loquar vobis: ſed palā de patre meo annūtio vo-
bis. Illā nimirū horā ſignificat: q eis pacta ſua paſſione
ac reſurrectiōe/ ſpūſſcti grām erat daturꝰ. Tūc etem̄ ſpiri
taliter inſtructi/ ⁊ ſpiritali dilectiōe ſuccēſi: quo ꝑfectius
oia que de agnitiōe diuinitatis mortalibꝰ erāt capienda
ceperāt: eo ardētius ſola q̄ ad eius viſionē ꝑmerendā iu-
uarēt/ petere ac deſiderare curarēt. Hoc eſt eñ qđ ſubiū-
Tex. git. ❡ Illo die in noie meo petetis. Poſſumus horā quā
I.Co.xiij pollicet̄ in futura vita intelligere: in q̄ palam de patre an
I.Io.iij. nūtiat. i. palā oſtendet patrem electis: qñ ſicut apl̄us ait.
Videbimus eū facie ad faciē. De qua annūtiatiōe dicit ⁊
Ioannes. Chariſſimi nūc filij dei ſumꝰ: ⁊ nōdū apparuit
qđ erimus. Scimus/ q: cū apparuerit/ ſimiles ei erimus
videbimꝰ eñ eū ſicuti eſt. Ubi veraciter in noie Ieſu pe-
tūt electi: dū ꝓ noſtra fragilitate intercedūt: q̄tenꝰ ad ſal
Sancto uationis ſorte ꝑtingamꝰ: a qua adhuc inter inſidias ho-
rum ora- ſtiū ꝑegrinamur in terris. Quā ſanctorū petitionē aptiſ-
tiones q̄ ſime in die futurā ꝓmiſit: illo inquiēs die in noie meo pe
modo fi- tetis. In die etem̄ petūt: q: nō inter tenebras preſſurarū
unt. (vt noſtra in p̄ſenti) ſed in luce ſempiterne pacis ⁊ gloria
beatorū ſpirituū ꝓ nobis interceſſio funditur. Poſſunt aūt
ijdem ſpūs electorū in illa ciuitate celeſti poſiti/ etiā ꝓ ſe-
ipſis in noie ſaluatoris petere intelligi: q: vcȝ tēpus vni-
Apoc.vi uerſalis iudicij ⁊ reſurrectiōis corporū/ in q̄bꝰ ꝓ dño cer-
tauere/ venire deſiderāt. Vñ ⁊ Ioānes ait. Vidi ſub alta
re dei aias interfectorū ꝓpter verbū dei/ ⁊ ꝓpter teſtimo
nium qđ habebāt: ⁊ clamabāt voce magna dicentes. Uſ-
q; quo dñe ſanctꝰ ⁊ verus nō iudicas/ ⁊ vindicas ſangui-
nē noſtrum de his q̄ habitāt in terra? Ubi cōtinuo ſubin-
fert. Et date ſunt eis ſingule ſtole albe: ⁊ dictū eſt illis/ vt
requieſcerēt tp̄s adhuc modicū/ donec implerent̄ cōſer-
ui ⁊ fratres eorū. Singulas q̄ppe ſtolas albas nūc habēt
aie/ cū ſola ſua felicitate fruunt̄. Binas tūc accipient: cū
impleto in fine numero fratrū/ corporū q; inmortaliū re-
Tex. ceptiōe letant̄. ❡ Et nō dico vobis/ q: ego rogabo p̄rem
ꝓ vobis. Quia dñs noſter Ieſus ⁊ deus ⁊ hō eſt: mō ſum
ma diuinitatis/ mō hūanitatis humilia loq̄ndo deſignat
Cū eñ dicit/ nō rogaturū ſe patrē ꝓ diſcipulis: ꝓpter cō-
ſubſtātialē patri diuinitatis ſue potentiā dicit/ in qua nō
Luc.xxij patrē ipſe rogare: ſed ⁊ rogata cū p̄re conſueuit dare. Cū
I.Ioā.ij. de Petro ait. Ego aūt rogaui pro te vt nō deficiat fides
tua: ⁊ de illo Ioānes. Aduocatū inq̄t habemus patrē Ie
ſum chriſtū iuſtū: ꝓpter diſpenſationē dictū eſt aſſumpte
humanitatis: cuiꝰ cū triūphū patris oñdit oculis/ ꝓ nr̄a
infirmitate ꝑtinꝰ interuenit. Pōt ⁊ ita nō inconueniēter
accipi qđ ait. Et nō dico vobis: q: ego rogabo patrē ꝓ vo
bis: q: nō de p̄ſenti rogo/ ſed de futuro tp̄e poſuit rogabo
q; ſanctis in eterna pace receptis non opus ſit iā aliquid
rogari de illis: q: nimirū tāta btitudine donati ſunt/ qua
Tex. amplior eſſe non pōt. ❡ Ipſe eñ pater amat vos/ q: vos
me amaſtis: ⁊ credidiſtis/ q: a deo exiui. Nō ita intelligē-
dū eſt/ q̄ſi amor ⁊ credulitas diſcipulorū p̄ceſſerit amorē q̄
illos p̄r amaret: meritūq; humanū priꝰ ſit muneribꝰ grē
Rom.xi celeſtis: cū aptiſſime dicat apl̄us. Aut q̄s prior dedit illi ⁊
retribuet̄ ei? Qm̄ ex ipſo/ ⁊ ꝑ ipſum ⁊ in ipſo ſunt oia. Sȝ
Amor ita potiꝰ: q: pater illos gratuito amore p̄uenerit: atq; ad
dei nos amādū credēdūq; filiū amādo ſuſtulerit: ⁊ q: ipſi agnitā
preuenit filij dilectionē atq; fidē pio ⁊ ſollicito corde ſeruauerint/
maioribꝰ eos donis paterne dilectiōis eſſe remuneratos
Nō aūt arbitrādū/ q: pater ſine filio ⁊ ſpūſancto amare/
vel amoris poſſit munera dare. Nec rurſus eſtimādū/ q:
filius ſine patre ⁊ ſpūſancto valeat amari vel credi. Qđ
Tex. ergo ait ❡ Ipſe eñ pater amat vos: intelligēdū eſt: vna
cū filio ⁊ ſpūſancto/ q̄s amore dignos iudicat. Et qđ ad-
Tex. iunxit. ❡ Quia vos me amaſtis. Eadē ratiōe ſciēdū eſt:
quia quicūq; filiū recte amat/ hunc cū patre ⁊ amborū ſpi
ritu amet: q: quorū inſeparabilis eſt natura diuinitatis/
horum vna eademq; ſunt dona virtutis. ❡ Exiui a patre Tex.
⁊ veni in mundum. Iterū relinquo mundum/ ⁊ vado ad
patrem. Exiuit a patre ⁊ venit in mundū: q: mundo viſi-
bilis apparuit in humanitate/ qui erat inuiſibilis apud
patrem in diuinitate. Exiuit a patre: q: non in ea forma
qua equalis eſt patri/ ſed in aſſumpta creatura minor ap
paruit. Et venit in mundū: q: in forma ſerui quā accepit
etiam mundi huius amatoribꝰ ſe videndum prebuit. Ite
rum reliquit mundū ⁊ redijt ad patrē: q: ab aſpectu ama
torum mundi quod viderāt abſtulit: ⁊ ſe amatoribꝰ ſuis
equalē patri eſſe credendum docuit. Reliquit mundū et
redijt ad patrem: q: humanitatem quā induit/ ꝑ aſcenſio
nem ad inuiſibilia perduxit. Hec quidem verba dñi my-
ſtica: ⁊ ſicut ipe teſtat̄/ in prouerbijs ſunt dicta: ſed diſcipu
li quibꝰ dicebant̄: adeo carnales adhuc erant/ vt eorum
profunditatē minime caperent: ⁊ non ſolū arcana dicto-
rum/ ſed nec ipſam ignorantiā ſuam intelligerent: putan
tes ſimpliciter ⁊ dilucide ꝓlata que non intelligentibus
prouerbia erant. Unde continuo reſponderunt. ❡ Ecce Tex.
nunc palam loqueris: ⁊ prouerbiū nullū dicis. Palā igit̄
eum loqui eſtimabant/ cuius myſteria dictorū necdū cō-
prehendere valebant. Quod aūt adiungunt. ❡ Nūc ſci- Tex.
mus q: ſcis oia: ⁊ non opus eſt tibi vt quis te interroget
in hoc credimus/ q: a deo exiſti. Aperte oſtēdunt: quia lo-
quens ad eos dñs/ de his maxime diſputabat/ que illos
delectabat audire: ⁊ que illi interrogare volebāt/ de ipſe
(preueniens eos) vltro ꝓferebat. Unde merito illū ſcire
oia quaſi deū: ⁊ quaſi filiū a deo veniſſe credunt ⁊ confi-
tentur. Apertū nāq; diuinitatis indiciū eſt/ cogitationū
noſſe ſecreta/ Salomone affirmante q̄ deo ſupplicās ait.
Tu eñ ſolus noſti corda oim filiorum hominum. Unde iij.Reg.
etiam Hieremias ait. Tu autē dñe ſabaoth qui iudicas viij.
iuſte/ ⁊ probas renes ⁊ cor. Neq; eñ hec tranſeunter aut Hiere.xi
negligenter cōmemorāda ſunt: ſed ſolerter inuigilandū
eſt fratres mei: vt non verba tantum ⁊ opera noſtra: ſed
ipſa q; cordiū ſecreta diuinis aſpectibꝰ digna reddamus
Non in templo noſtri pectoris odiorū flamma/ non inui-
die rubigo reſideat: non inde turpis vel cōtumelioſi ſer-
monis radix oriat̄: nō ibi meditatio facti nocētis innaſca
tur. Memores ſimꝰ dñice cōminatiōis/ qua dr̄. Ego eñ
opera ⁊ cogitatiōes eorū venio vt cōgregē: ⁊ expulſis vi-
tiorū ruderibus/ talē cordis noſtri paremus manſionem
cuius ipſe teneat̄ ineſſe māſor: qui eius inculrabilis inſpe-
ctor ⁊ iudex eſt. Sciendū aūt/ quia triplex eſt modus co-
gitationū nequā. Unus earū que deliberatione ⁊ ꝓpoſi-
to peccandi mentē contaminat. Alius earū que delecta-
tione quidē peccati ꝑturbant mentē: nec tamen hanc ad Cogita
peccandi conſenſum ꝑtrahūt. Tertius earū/ que naturali tiones
motu mentē ꝑcurrentes: nō tam hanc ad perpetrāda vi- male ſūt
tia illiciūt/ q̄ a bonis que cogitare debuit impediūt. De- triplices
luti eſt/ cū phātaſmata rerū que aliq̄n ſuꝑuacue geſta vel
dicta nouimꝰ/ ad memoriā reducimꝰ: quarū crebra retra
ctatio/ quaſi importuna muſcarū improbitas cordis ocu
los circumuolare/ ac ſpiritalē eius aciem inquietare ma
giſq; excecare cōſueuit. A cūctis autē his cogitationum
nequā generibꝰ caſtigari monuit Salomon/ cū dicit. Oi
cuſtodia ſerua cor tuū: qm̄ ex ipſo vita ꝓcedit. Cuiꝰ moni
ta ſequētes/ agamus ſoliciti: vt ſi qđ cōſenſu ꝑpetrādi fa-
cinoris in aio deliquimꝰ: cito hoc confeſſione ⁊ dignis pe
nitentie fructibꝰ abſtergamus. Si dilectiōe peccādi nos
tentari ſenſerimus: noxiā delectationē crebris p̄cibus ac
lachrymis crebra amaritudinis ꝑpetue recordatione pel
lamꝰ. Et ſi nos ſolos ad hāc ꝓpulſandā ſufficere nō poſſe
viderimus: fratrū queramꝰ auxilia: vt qđ nr̄is viribꝰ neq̄
mus/ illorū cōſilio ⁊ interceſſiōe ſumamꝰ. Multū eñ va- Iaco.v.
let depcatio iuſti aſſidua: ⁊ ſicut idem ꝓmiſit: oratio fidei Ibidem
ſaluauit infirmū/ ⁊ alleuiabit eū dñs: ⁊ ſi in peccatis ſit/
dimittent̄ ei. Quia ſuꝑuacuis cogitationibꝰ ad integrū
carere nō valemus: has inquātū poſſumꝰ inmiſſiōe bo-
narū cogitationū/ ⁊ maxime frequenti ſcripturarū medi-
tationē

Digitized by Google

Pſal. xviij. catione fugemus: iuxta exēplū pſalmiſte q̄ dicit. Quō dilexi legē tuā dñe: tota die meditatio mea eſt. Petam⁹ ſupernā clemētiā / qđ eſt vere in noīe ſaluatoris petere: vt ⁊ cordis mūditiā ⁊ boni operis p̄ſtet efficaciā / ⁊ an̄ oīa illā ſedula mēte recolam⁹ horā / illā citius venire optem⁹: in qua nō iam ꝑ ſcripturas loquat̄ nobis dñs / ſed palam de patre annūtiet nobis: cū quo viuit et regnat deus in vnitate ſpūſſancti / per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

¶ In litania minori. Luce. XI.

¶ In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Quis veſtrum habebit amicum: et ibit ad illum media nocte: et dicit illi. Amice accōmoda mihi tres panes: quoniam amicus meus venit de via ad me: et nō habeo quod ponam ante illum. Et reliqua. Homilia venerabilis Bede preſbyteri.

Rogatus a diſcipulis ſaluator: nō mō formā orōnis: ſed ⁊ inſtātiā frequētiāqꝫ tradit orādi. Amic⁹ ḡ ad quē media nocte venit: ipe de⁹ intelligit̄: cui in media tribulatiōe: et ſupplicare tres panes. i. intelligētiā trinitatꝭ qua p̄ſentis vite cōſolent̄ labores / efflagitare debem⁹. Amic⁹ q̄ venit de via / ipſe noſter eſt anim⁹: q̄ toties a nobis recedit / quoties ad appetenda terrena ⁊ tpalia foris vagat̄. Redit ergo / celeſtiqꝫ alimonia refici deſiderat: cū in ſe reuerſus

De⁹ dulcis eſt anime. ſupna ceperit ac ſpūalia meditari. De quo pulchre q̄ petierat adiūgit / ſe nō hr̄e qđ ponat an̄ illū: qm̄ aie poſt ſeculi tenebras deū ſuſpirāti / nil p̄ter eū cogitare / nilqꝫ libet intueri. Solū qđ recognouit ſūme trinitatis gaudia contēplari / atqꝫ ad hoc plenius intuendū peruenire ſatagit.

Tex. ¶ Et ille deintus reſpōdēs dicat. Noli mihi moleſt⁹ eſſe iā oſtiū clauſum eſt ⁊ pueri mei mecū ſunt in cubili: non poſſum ſurgere ⁊ dare tibi. Oſtiū amici / diuini eſt intelligētia ſermonis: qđ ſibi apl's orat aperiri ad loquēdū myſteriū chriſti.

Col. iiij. Clauſumqꝫ eſt tpe famis cū intelligētia verbi nō dat̄. Et illi q̄ euāgelicā ſapiētiā tāq̄ panē erogātes ꝑ orbē terre p̄dicauerūt / pueri patriſfamilias iā ſunt in ſecreta q̄ete in dño: ⁊ tn̄ orando efficit̄ vt accipiat / deſiderās itellectū ab ipo deo: etiā ſi hō deſit ꝑ quē ſapiētia p̄dicet.

Tex. ¶ Et ille ſi ꝑſeuerauerit pulſās / dico vobis: ⁊ ſi nō dabit illi ſurgens / eo q̄ amicus eius ſit: propter improbitatē tn̄ ei⁹ ſurget: ⁊ dabit illi q̄t q̄t habet neceſſarios. Et ego dico vobis. Petite ⁊ dabit̄ vobis / q̄rite ⁊ inuenietis / pulſate ⁊ aperiet̄ vobis. Cōparatio eſt a minore. Si ḡ homo amic⁹ ſurgit de lecto: ⁊ dat nō amicitia / ſꝫ tedio cōpulſus: quāto magis dat de⁹ q̄ ſine tedio largiſſime donat qđ petit̄. Dñs etem̄ ſaluator ad celeſtis regni gaudia nos ꝑuenire deſiderās: ⁊ nos eadē gaudia a ſe petere docuit / et nobis petētib⁹ ſe hec daturū eſſe ꝓmiſit. Petite inq̄t ⁊ dabit̄ vobis / q̄rite ⁊ inuenietis / pulſate ⁊ aperietur vobis. Que nobis ſunt v̄ba dñi nr̄i fr̄es chariſſimi magnopere ac toto corde p̄ēſanda: q: vꝫ regnū celoꝝ nō otioſis ⁊ vacātib⁹: ſed petētib⁹ / q̄rentib⁹ ⁊ pulſantibus: dandū / inueniēdū / ⁊ aperiēdū eſſe teſtat̄. Petenda eſt ḡ regni ianua orādo / q̄renda recte viuēdo / pulſanda ꝑſeuerādo. Nō em̄ ſufficit v̄bis tm̄mō rogare dñm / ſi nō etiā q̄rim⁹ diligentius qualr̄ nobis ſit viuēdū: vt digni ſim⁹ impetrare que

Mat. vij poſcim⁹: ipo atteſtāte q̄ ait. Nō oīs q̄ dicit mihi dñe dñe intrabit in regnū celoꝝ: ſꝫ q̄ facit voluntatē pr̄is mei q̄ in

ij. Pe. ij. celis eſt / ipſe intrabit in regnū celoꝝ. Neqꝫ aliq̄d prodeſt bona inchoaſſe / ſi nō q̄ſqꝫ ſtudeat ea q̄ bene inchoauerat vſqꝫ ad finē firmū ꝑducere: quinimo meli⁹ erat nō cognoſcere viā iuſtitie: q̄ poſt cognitionē retrorſuꝫ cōuerti. Vn̄ neceſſe eſt fr̄es mei / vt petam⁹ ſeduli ſine intermiſſione:

niri quãta ad ſupplicium cumulant. Ad penam naq; ſuã ei ⁊ cognitio ſeruat ⁊ memoria: cognoſcit em̃ Lazarũ quẽ deſpexit: fratrũ quoq; ſuorũ meminit q̃s reliq̃t. Perfecta quippe ei vltio de paupere nõ eſſet/ ſi hunc in retributio/nem nõ recognoſceret: ⁊ perfecta pena in igne non eſſet ſi nõ hoc qḋ ipſe patit̃ etiam ſuis timeret. Ut ḡ peccatores in ſupplicio amplius puniant̃: ⁊ eoꝝ vidẽt gloriã quos cõtẽpſerunt: ⁊ de illoꝝ etiã pena torquentur quos inutiliter amauerũt. Credendũ ꝟo eſt/ ꝙ ante retributionẽ extremi iudicij iniuſti in requie quoſdã iuſtos aſpiciũt/ vt eos videntes in gaudio: non ſolũ de ſuo ſupplicio/ ſed etiã de illoꝝ bono crucient̃. Juſti ꝟo in tormẽtis ſemp intuent̃ iniuſtos: vt hinc eoꝝ gaudiũ creſcat: q: malum conſpiciũt qḋ miſericorditer euaſerũt: tãtoq; maiores creatori ſuo gratias referũt/ quãto vidẽt in alijs qḋ perpeti ſi eſſent derelicti potuerũt. Nec illã tante beatitudinis claritatẽ apud iuſtoꝝ animũ fuſcat aſpecta pena reproboꝝ: q: vbi iã cõpaſſio miſerie non erit: minuere pculdubio beatoꝝ letitiam nõ valebit. Quid aũt mirũ ſi dũ iuſti iniuſtorum tormenta conſpiciũt: hoc illis eueniat in obſequiũ gaudioꝝ q̃ ⁊ in pictura niger color ſubſternit̃/ vt alb⁹ vel rubeus clarior videat̃. Sicut dictum eſt: tanto bonis gaudia ſua excreſcũt/ quanto eoꝝ oculis dãnatoꝝ mala ſubteriacent que euaſerũt. Et q̃uis eis ſua gaudia ad pfruendum plene ſufficiant: mala tñ reproboꝝ abſq; dubio ſemper aſpiciunt: q: qui creatoris ſui claritatẽ vident: nihil in creatura agitur qḋ videre nõ poſſint. Petenti autẽ diuiti vt Lazarus mittat̃/ ab Abrahã protinus reſpondet̃. ¶ Habent Moyſen ⁊ pphetas/ audiãt illos. Sed qui dei verba deſpexerat: hec audire nõ poſſe ſuos ſequaces exiſtimabat. Unde ⁊ rñdit/ dicens. ¶ Nõ pater mi: ſed ſi q̃s ad eos ex mortuis ierit credent. Cui mox veraci ſententia d̃r. ¶ Si Moyſen ⁊ pphetas nõ audiunt: neq; ſi quis ex mortuis reſurrexerit credẽt ei: q: nimirũ qui verba legis deſpiciũt redemptoris precepta qui ex mortuis reſurrexit/ quanto ſubtiliora ſunt/ tanto hec difficilius implebunt. Minus eſt enim quicquid per legẽ dicitur/ ꝙ hoc quod per dñm iubet̃. Jlla enim dari decimas precipit: redẽptor vero nr̃ ab his qui perfectionem ſequuntur oĩa dimitti iubet. Jlla peccata carnis reſecat: redemptor vero noſter cogitationes etiam illicitas dãnat. Si ergo Moyſen ⁊ prophetas non audiũt: neq; ſi q̃s ex mortuis reſurrexerit credẽt ei: q: hi qui viliora precepta implere negligũt: ſaluatoris noſtri mandatis altioribus obedire q̃ cõualeſcunt? Et nimirũ conſtat: q: cuius implere dicta renuũt/ ei pculdubio credere recuſant. Hec nos de ipſa rei geſte conſideratione dixiſſe ſufficiat. Sed vos fratres chariſſimi ⁊ requiem Lazari ⁊ penam diuitis cognoſcentes ſolerter agite: culparum veſtraꝝ interceſſores querite/ atq; aduocatos vobis in die iudicij pauperes pcurate. Multos em̃ nunc Lazaros habetis: ante ianuas v̄ras iacent: atq; his indigent que vobis iã ſatiatis quotidie de mẽſa cadunt. Uerba ſacre lectiõis debẽt nos inſtruere adimplẽda mãdata pietatis. Quotidie Lazarũ ſi q̃rim⁹ inuenim⁹: quotidie Lazarũ ſi nõ q̃rim⁹/ cernim⁹. Ecce importune ſe paupes offerũt: rogãt nos q̃ tũc nobis interceſſores veniẽt. Certe nos oĩno rogare debuim⁹: tñ ⁊ rogamur. Uidete ſi negare debem⁹ qḋ petimur: q̃ patroni ſunt q̃ petũt. Nolite ḡ mie tẽpora perdere: nolite accepta remedia diſſimulare. Ante ſuppliciũ rogate de ſupplicio. Cũ quoſlibet in hoc mũdo abiectos aſpicitis/ etiã ſi q̃ reprehenſibilia eoꝝ eſſe videant̃/ nolite deſpicere: q: fortaſſe q̃s morũ infirmitas vulnerat/ medicina paupertatis curat. Quoꝝ ſi q̃ ſunt talia q̃ debeant iure repḣendi: hec ſi vultis/ ad vſum veſtre mercedis iſſectitis: vt ex ipſis eoꝝ vitijs cumulent̃ vobis incrementa pietatis: q̃tenus panẽ pariter detis ⁊ verbũ panẽ refectionis cũ ꝟbo correptionis: ⁊ duo a vobis alimenta percipiat/ qui vnũ querebat: dũ exterius cibo: ⁊ interi⁹ ſatiat̃ eloquio. Pauper ḡ cũ repḣenſibilis cernitur/ moneri debet ⁊ deſpici nõ d̃z. Si ꝟo repḣenſionis nil hz/

Mutua viſio pro bonorum ⁊ reprobo rum.

Tex.

Tex.

Tex.

Moraleſ doctrine in ſeruũtur.

venerari ſummopere ſicut interceſſor d̃z. Sz ecce multos cernim⁹: q̃s cui⁹ ſit meriti neſcim⁹. Oẽs ḡ venerãdi ſunt: tantoq; neceſſe eſt vt oĩbus te humiliare debeas/ quanto quis ſit ipſe ignoras. Rem fratres refero quam bene is qui preſto eſt frater ⁊ cõpreſbyter meus ſpecioſus nouit. Eodẽ tpe quo monaſteriũ perij: an⁹ q̃dã Redẽpta noie in ſanctimoniali habitu cõſtituta in vrbe hac iuxta Marie ſp̄ v̄ginis eccliam manebat. Hec illi⁹ Herũdinis diſcipula fuerat: q̃ magnis virtutib⁹ pollens ſup preneſtinos montes vitã eremiticã duxiſſe ferebat̃. Huic due in eodẽ habitu diſcipule adherebãt: vna noie Romula ⁊ altera q̃ nũc adhuc ſupereſt: quã q̃dẽ facie ſcio/ ſed nomine neſcio Tres itaq; he in vno habitaculo cõmorãtes: morũ q̃dem diuitijs plenã: ſed tñ reb⁹ pauperẽ vitã ducebãt. Hec aũt quã prefat⁹ ſum Romula/ aliã quã p̄dixi cõdiſcipulã ſuã magnis vite meritis anteibat. Erat q̄ppe mire patientie ſumme obediẽtie/ cuſtos oris ſui ad ſilentiũ ſtudioſa valde ad cõtinue orõnis vſum. Sed plerũq; hi q̃s iã pfectos hoĩes eſtimant/ adhuc in oculis ſummi opificis aliquid imperfectionis habent: ſicut ſepe imperiti hoĩes necdũ pfecte ſculpta ſigilla cõſpicimus: ⁊ iam quaſi perfecta laudamus: q̃ adhuc artifex cõſiderat ⁊ limat: laudare iã audit/ ⁊ tñ ea tũdere meliorãdo nõ deſinit. Hec quã p̄diximus Romula ea quã greco vocabulo paralyſim medici vocãt moleſtia corporali percuſſa eſt: multiſq; annis in lectulo decubans/ pene oĩm iacebat mẽbrorum officio deſtituta: nec tñ hec eadẽ eius mentẽ ad impatientiã flagella pduxerant. Nã ipſa ei detrimẽta mẽbroꝝ facta fuerant incrementa virtutũ: q: tanto ſolicitius ad vſum orõnis excreuerat/ quãto ⁊ aliud q̃dlibet agere nequaq̄ valebat. Nocte igit̃ q̃dã eandẽ Redẽptã quã p̄fat⁹ ſũ (q̃ vtraſq; diſcipulas ſuas filiaꝝ loco nutrierat) vocauit dicẽs. Mr̃ veni mr̃ veni. Que mox cum alia ei⁹ cõdiſcipula ſurrexit: ſicut vtriſq; referẽtib⁹ ⁊ multis res eadẽ claruit: ⁊ ego q̃ in eodem tpe audiui. Cũq; noctis medio lectulo iacẽtis aſſiſterent/ ſubito celit⁹ lux emiſſa/ oẽ illius cellule ſpatiũ impleuit: ⁊ ſplẽdor tãte claritatis emicuit: vt corda aſſiſtentium ineſtimabili pauore pſtringeret: atq; (vt poſt ipſe referebant) oẽ in ei⁹ corpus obrigeſceret: ⁊ in ſtupore ſubito remaneret. Cepit naq; q̃ cuiuſdã magne multitudinis ingrediẽtis ſonit⁹ audiri: oſtiũ cellule cõcuti/ ac ſi ingrediẽtium turba premeret̃: atq; (vt dicebãt) intrantium multitudinẽ ſentiebãt/ ſz nimietate timoris ⁊ luminis nil videre poterãt: q: eaꝝ oculos ⁊ pauor depſſerat/ ⁊ ipſa tãti luminis claritas reuerberabat. Quã lucẽ prin⁹ miri odoris eſt fragrãtia ſubſecuta: ita vt earũ aĩm/ q: lux emiſſa terruerat/ odoris ſuauitas refoueret. Sed cũ vim claritatis illi⁹ ferre nõ poſſet/ cepit eadẽ Romula aſſiſtẽtẽ ⁊ tremẽtẽ redẽptã ſuoꝝ morũ magiſtrã blãda voce cõſolari/ di. Nolite timere mar̃ nõ morior mõ. Cũq; h̄ crebro diceret: paulatĩ lux q̃ fuerat emiſſa ſubtracta eſt: ſz is q̃ ſubſecut⁹ eſt odor remãſit: ſicq; dies ſcḋs ⁊ terti⁹ trãſijt vt aſperſa fragrãtia odoris remaneret. Nocte igit̃ q̃rta eadẽ magiſtrã ſuã vocauit: q̃ veniente viaticũ petijt ⁊ accepit. Necdũ ꝟo eadẽ Redẽpta vel alia ei⁹ diſcipula a lectulo iacẽtis diſceſſerat: ⁊ ecce ſubito i platea añ cellule eiuſdẽ oſtiũ duo chori pſallentiũ cõſtiterunt: ⁊ ſicut ſe dicebãt ſex⁹ ex vocib⁹ diſcreuiſſe pſalmodie cãtus dicebãt viri/ ⁊ femine rñdebãt. Cũq; añ fores cellule exhiberent̃ celeſtes exequie: ſcã illa aĩa carne ſoluta eſt. Qua ad celũ ducta/ quãto chori pſallentium altius aſcẽdebãt/ tãto cepit pſalmodia lenius audiri: quouſq; ⁊ eiuſdẽ pſalmodie ſonitus ⁊ odoris ſuauitas elongata finiret̃. Hec igit̃ q̃diu vixerat in corpe q̃s illã haberet in honore? Jndigna cunctis hoĩbus ⁊ deſpecta videbatur. Quis em̃ ad illã accedere/ q̃s illã videre dignaret̃? Sed latebat in ſterquilinio margarita dei. Sterquiliniũ fratres hãc ipſam corruptibilitatẽ corpis appello: ſterquilinium abiectionẽ paupratis noĩo. Aſſumpta eſt ḡ margarita q̃ iacebat in ſterquilinio: ⁊ poſita eſt in celeſtis regni ornamẽto. Jam inter ſupnos ciues emicat: iam inter ignitos illos

Exemplũ ſacre an⁹ Redemp te.

Chori angeloꝝ pſallẽtes

Digitized by Google

illos lapides eterni diadematis coruſcat. O vos qui in
hoc mūdo vos diuites eſſe credetis aut eſtis: ɔferte ſi po
teſtis falſas vr̄as diuitias veris diuitijs Romule. Uos
in huius mundi via oīa amiſſuri poſſidetis: illa nl̄ q̄ſiuit
in itinere: ⁊ oīa inuenit in ꝑuentione. Uos letā vitā duci
tis/triſtē morē timetis: illa triſtē vitā ꝑtulit/ad letā mor/
Tpalia oīa cōtē/nenda. tē ꝑuenit. Uos ad tp̄s q̄ritis obſeq̄a hoīm: illa deſpecta
ab hoīb⁹ inuenit ſocios choros angeloꝝ. Diſcite ꝑ fr̄es
tp̄alia cūcta deſpicere: diſcite honorē tp̄alē cōtēnere/eter
nā gl̄iam amare. Honorate q̄s pauperes cernitꝭ: ⁊ quos
foris cōſpicitis deſpectos ſeculi/intus arbitramini ami/
cos dei. Cū his participamini qđ habetis: vt q̄nq̧ dignē/
tur vobiſcū participare qđ habēt. Penſate qđ ore magr̄i
ij. Cor. viij. gētiū dr̄. In hoc tp̄e vr̄a abūdātia illoꝝ inopiā ſuppleat:
vt ⁊ illoꝝ abūdātia veſtre inopie ſit ſupplemētū. Pēſate
ꝙ ipſa ꝑ ſeveritas dicit. Q̄diu feciſtis vni de his fratrib⁹
meis minimis/mihi feciſtis. Ad tribuēdū ergo pigri cur
eſtis q̄n hoc qđ iaceti in terra porrigitis ſedēti in celo da
tis. Sed hec oīpotens deus q̄ ꝑ me in vr̄is aurib⁹ loquit̃
per ſe in veſtris mētibus loquat̃ qui viuit ⁊ regnat ⁊c.

¶ Dominica.II. Luce.XIIII.

¶ In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis
ſimilitudinem hanc. Homo quidam fecit cenā
magnam et vocauit multos. Et miſit ſeruū ſuū
hora cene dicere inuitatis vt venirent: quia iam
parata ſunt oīa. Et reliqua. Hom̄. btī Gregorij.

Hec diſtare fr̄es cha/
riſſimi inter delicias corporis ⁊ cordis ſolet:
ꝙ corporales delicie cū nō habent̃/graue in
ſe deſideriū accendūt: cū ꝟo habite edunt̃/comedētem
ꝓtin⁹ in faſtidiū ꝑ ſatietatē ꝟtūt. At ɔtra ſpūales delicie
cū nō habent̃ in faſtidio ſunt: cū ꝟo habent̃ in deſiderio:
tātoq̧ a comedēte amplius eſuriūtur/quāto ab eſuriēte
amplius comedūtur. In illis appetit⁹ placet/experiētia
diſplicet: in iſtis appetitus vilis eſt/experiētia magis pla
cet. In illis appetitus ſaturitatē/ſaturitas faſtidiū gene
rat: in iſtis appetit⁹ ſaturitatē/ſaturitas appetitū parit.
Augēt enim ſpūales delicie deſideriū in mēte dū ſatiant:
q: quāto magis earū ſapor ꝑcipit̃/eo ampli⁹ cognoſcit̃
qđ auidius amet̃. Et idcirco nō habite amari nō pn̄t: q:
earū ſapor ignorat̃. Quis em̄ amare valeat qđ ignorat
Proinde Pſalmiſta nos admonet dicēs. Guſtate ⁊ vide
te q̄m ſuauis eſt dn̄s. Ac ſi apte dicat. Suauitatē eius nō
cognoſcitis/ſi hāc minime guſtaſtis: ſꝫ cibū vite ex pala/
to cordis tāgite: vt ꝓbantes eius dulcedinē amare valea
tis. Has aūt hō delicias tūc amiſit cū in paradiſo pecca/
uit: extra exijt cum hos a cibo eterne dulcedinis clauſit.
Unde nos quoq̧ nati in huius peregrinationis erūna:
huc faſtidioſi iā venim⁹/neſcim⁹ q̄d deſiderare debeam⁹
tātoq̧ ſe ampli⁹ faſtidij nr̄i morbus exaggerat: quāto ſe
magis ab eſu illius dulcedinis anim⁹ elōgat: ⁊ eō iā ter/
renas delicias nō appetit/quo eas comedere diu lōgeq̧
diſſueuit. Faſtidio ergo nr̄o tabeſcim⁹: ⁊ lōga inedie pe/
ſte fatigamur. Et q: guſtare intus nolum⁹ paratā dulce
dinē: amamus foris miſeri famā noſtrā. Sed ſupna nos
pietas nec ſe deſerentes deſerit. Cōtēptas enim illas deli
cias ad memorie noſtre oculos reuocat/eaſq̧ nobis ꝓpo
nit: in ꝓmiſſione torporē excutit: atq̧ vt faſtidiū noſtrūꝫ
Tex. repellere debeam⁹ inuitat. Ait nāq̧. ¶ Hō q̄dā fecit ce/
nā magnā ⁊ vocauit multos. Quis iſte hō eſt: niſi ille de
quo ꝑ ꝓphetā dr̄. Et hō eſt ⁊ q̄s cognoſcit eū. Qui fecit
cenā magnā: q: ſatietatē nobis dulcedinis interne ꝑpa/
rauit. Qui vocauit multos/ſed pauci venūt: q: nōnūq̧
ipſi q̄ ei ꝑ fidē ſubiecti ſunt/eterno ei⁹ cōuiuio male viuē
Tex. do cōtradicūt. ¶ Miſit aūt ſeruū ſuum hora cene dicere
inuitatis vt venirēt. Quid hora cene/niſi finis eſt mūdi.
i. Cor. x. In q̄ nimirū nos ſum⁹/ſicut iādudū Paul⁹ teſtat̃ dicēs.
In q̄s fines ſeculoꝝ deuenerūt. Si ꝑ hora cene iā eſt cuꝫ
vocamur: tāto min⁹ nos debem⁹ excuſare a cōuiuio dei/
quāto appropinquaſſe iā cernim⁹ finē ſeculi. Quo enim
pēſam⁹/q: nihil eſt qđ reſtat: eo debem⁹ pertimeſcere ne tē
pus grē qđ p̄ſto eſt/pereat. Idcirco aūt hoc cōuiuiū dei
non prādiū/ſed cena noīatur: q: poſt prādiū cena reſtat:
poſt cenā ꝟo ɔuiuiū nullū reſtat. Et q: eternū dei ɔuiuiū
nobis in extremo ꝑparabit̃: rectū fuit vt hoc nō prādium
ſed cena vocaret̃. Sꝫ q̄s ꝑ hūc ſeruū q̄ a patrefamilias ad
inuitādū mittit̃/niſi pdicatoꝝ ordo ſignat̃. De q̄ vcꝫ ordi
ne q̄uis adhuc indigni exiſtim⁹: q̄uis pctōꝝ noſtroꝝ pō
derib⁹ grauamur: ⁊ nos tn̄ in iſtis dieb⁹ ſum⁹: ⁊ cum ad
edificationē veſtrā vobis aliq̄d loquor/hoc eſt quod ago
Seru⁹ em̄ ſum ſummi patriſfamilias: cū vos admoneo
ad cōtēptū ſeculi/inuitare vos venio ad cenā dei. Nemo
me ꝓpter me hoc in loco deſpiciat. Et ſi ad inuitandum
nequaq̧ dign⁹ appareo: ſꝫ tn̄ magne ſunt delicie q̄s pro/
mitto. Sepe ſolet fr̄es mei euenire qđ dico/vt ꝑſona po/
tens famulū habeat deſpectū: cūq̧ ꝑ eū ſuis forte vel ex/
traneis aliqđ reſpōſum mādat: nō deſpicit̃ ꝑſona loquen
tis ſerui: q: ſeruat̃ in corde reuerētia mittētis dn̄i: nec pē/
ſant q̄ audiūt ꝑ quē/ſed q̄d vel a quo audiāt. Ita ꝑ fr̄es
ita vos agite: ⁊ ſi nos forſitā digne deſpicitis: in mēte tn̄
vr̄a vocātis dn̄i reuerentiā ſeruate. Cōuiue fieri ſummi
patriſfamilias libēter obedite: corda vr̄a diſcutite: atq̧ ex
eis mortale faſtidiū pellite. Ad repellēdū nāq̧ faſtidiuꝫ
veſtrū iam parata ſunt oīa. Sed ſi adhuc carnales eſtis
fortaſſe epulas carnales inq̄ritis. Ecce ip̄e carnales epu
le/in ſpūale vobis alimētū couerſe ſunt. Ad abſtergendū
nāq̧ mētis veſtre faſtidiū: in cena dei ille vobis ſingula/
ris agnus occiſus eſt. Sed q̄d agimus q̄ hoc qđ ſubiūgi
tur adhuc fieri a multis videmus. ¶ Et ceperūt omnes Tex.
ſimul excuſare. Offert de⁹ qđ rogari debuit: nō rogatus
dare vult qđ vix ſperari poterat: q: dignaret̃ largiri po/
ſtulat⁹. Cōtēptorib⁹ ꝟo paratas delicias refectionis eter
ne denūtiat: ⁊ tn̄ ſimul oēs excuſant. Ponam⁹ ante ocu/
los mētis minima/vt poſſim⁹ dignis pēſare maiora. Si
quiſq̧ potēs ad inuitandū quēpiā pauperē mitteret: q̄d
fr̄es/rogo/q̄d pauꝑ ille faceret/niſi de eadē ſua inuitatio
ne gauderet: reſpōſum humile redderet/veſtē mutaret/
ire ꝯtoti⁹ feſtinaret: ne prior ſe ad potētis cōuiuiū alter
occurreret. Hō ergo diues inuitat ⁊ pauꝑ occurrere feſti
nat. Ad dei inuitamur cōuiuiū ⁊ excuſamus. Sed ecce
inter hec eſtimare poſſum q̄d ſibi corda vr̄a reſpōdeant.
Occultis em̄ fortaſſe ſibimet cogitationib⁹ dicūt. Excu/
ſare nolumus. Ad illud em̄ ſupne refectionis cōuiuiū/et
vocari ⁊ ꝑuenire gratulamur. Loquētes vobis talia mē
tes veſtre/verū dicūt: ſi nō plus terrena q̄ celeſtia diligūt
ſi nō amplius reb⁹ corporalib⁹ q̄ ſpūalib⁹ occupant̃. Un
hic quoq̧ ip̄a excuſantiū cauſa ſubiūgit̃ cū ꝓtinus ſubin
Tex. fertur. ¶ Prim⁹ dixit villā emi/⁊ neceſſe habeo exire vi/
dere illā: rogo te habe me excuſatū. Quid per villā niſi
terrena ſubſtātia deſignat̃. Exit ꝑ videre villā/q̄ ſola exte
Tex. riora cogitat ꝓpter ſubſtātiā. ¶ Alter dixit. Juga boum
emi quinq̧/⁊ eo ꝓbare illa: rogo te habe me excuſatum.
Tropologica expoſitio. Quid in quinq̧ iugis boū/niſi quinq̧ ſenſus corporis ac
cipimus. Qui recte q̄ iuga boū vocata ſunt: q: in vtroq̧
ſexu geminant̃. Qui vcꝫ corporales ſenſus: quia interna
cōprehendere neſciūt/ſed ſola exteriora cognoſcunt: ⁊ de
ſerētes intima ea q̄ extra ſunt tāgūt: recte ꝑ eos curioſi/
tas deſignat̃: q̄ dū alienā vitā querit diſcutere: ſemꝑ ſua
intima neſciēs ſtudet exteriora cogitare. Graue nāq̧ eſt
curioſitatis vitiū: q̄ dum cuiuſlibet mētē ad inueſtigādā
vitam ꝓximi exterius ducit/ſemꝑ ei ſua intima abſcōdit:
vt aliena ſciēs ſe neſciat: ⁊ curioſi anim⁹ quāto perit⁹ fue
rit alieni meriti/tanto fiat ignar⁹ ſui. Propter hoc nāq̧ ⁊
de his quinq̧ iugis boū dr̄: eo probare illa/rogo te habe
me excuſatū. Ipſa em̄ excuſantis ꝟba a virtū ſui ſignifica
tione nō diſcrepāt: dū dicit/eo ꝓbare illa: q: vcꝫ aliq̄n ꝑti/
nere ꝓbatio ad curioſitatē ſolet. Sed notādū/ꝙ is q̄ ꝓ/

Gregorij videt̃ ꝓphetaſſe de ordine pdicatorum.

Digitized by Google

pter villā/⁊ is ꝗ ꝑpter ꝓbādā iuga boū a cena ſui īnuita
toris excuſat/hūilitatis ꝟba pmiſcet dicēs. Rogo te ha
be me excuſatū: dū em̄ dicit rogo: ⁊ tn̄ venire cōtēnit: hu
militas ſonat in voce/ſupbia in actione. Et ecce hoc diju
dicat prauus quiſq; cū audit/nec tn̄ ea que dījudicat age
re deſiſtit. Nā dū cuilibet ꝑuerſe agenti dicimus/conuer
tere/deū ſequere/mūdū relinque: vbi hūc niſi ad dn̄icam
cenā vocam̄? Sed cū reſpōdet: ora pro me q: pctōr ſum/
hoc facere nō poſſum: ꝗd aliud agit/ niſi ⁊ rogat ⁊ excu
ſat? Dicens nāq; pctōr ſum/hūilitatē inſinuat: ſubiūgens
aūt cōuerti nō poſſum/ſupbiā demōſtrat. Rogādo ergo
Tex. excuſat: ꝗ ⁊ hūilitatē ſupducit in voce/⁊ ſupbiā exercet
in actione. ¶ Alius aūt dixit. Uxorē duxi: ⁊ ideo nō poſ
ſum venire. Quid ꝑ vxorē/niſi voluptas carnis accipit?
Intellectꝰ moralis euangelij. Nā ꝗuis bonū ſit cōiugiū/atq; ad ꝓpagandā ſobolē di
uina ꝓuidētia cōſtitutū: nōnulli tn̄ nō ꝑ hoc fecūditatē ꝓ
lis/ſed deſideria expetūt voluptatis: ⁊ idcirco ꝑ rē iuſtā
ſignificari pōt nō icōgrue res iniuſta. Ad cenā ergo nos
eterni cōuiuij ſummꝰ paterfamilias inuitat: ſed dū alius
auaritie/alius curioſitati/ alius voluptati carnis eſt de
ditus: nimirū reprobi ſimul oēs excuſant. Dū hūc terre
na cura occupat: illū alieni actus ſagax cogitatio deua
Tex. ſtat: alteriꝰ etiā mētē voluptas carnis inqnat/faſtidioſus
quiſq; ad eterne vite epulas nō feſtinat. Sequit. ¶ Re
uerſus ſeruus nūtiauit hec dn̄o ſuo. Tūc iratus paterfa
milias/dixit ſeruo ſuo. Exi cito in plateas ⁊ vicos ciuita
tis: et paupes ac debiles/cecos ⁊ claudos introduc huc.
Ecce ꝗ terrene ſubſtantie plus iuſto incubat/ venire ad
dn̄icā cenā recuſat: qui labori curioſitatis inſudat/ꝑpara
ta vite alimēta faſtidit: ꝗ carnalibus deſiderijs inſeruit/
ſpūalis cōuiuij epulas reſpuit. Quia ergo venire ſuper
j. Cor. j. bi renuūt/pauperes eligūtur. Cur hꝫ? Quia iuxta Pau
li vocē. Infirma mūdi elegit deus vt cōfundat fortia. Sꝫ
notādū nobis eſt quō deſcribant ꝗ ad cenā vocant et ve
niūt. Pauperes ⁊ debiles dicūtur: ꝗ iudicio ſuo apud ſe
metipſos infirmi ſunt. Nā pauperes ⁊ quaſi fortes ſunt:
qui ⁊ poſiti in pauꝑtate ſupbiūt. Ceci ꝟo ſunt/ ꝗ nullum
ingenij lumē habēt. Claudi quoq; ſunt: ꝗ rectos greſſus
in opatione nō habēt. Sed dū moꝝ vitia in mēbroꝝ debi
litate ſignant/ꝑfecto liquet/q: ſicut illi pctōres fuerūt ꝗ
vocati venire noluerūt: ita hi ꝗq; pctōres ſunt ꝗ inuitant
⁊ veniūt. Sed pctōres ſupbi reſpuūtur: vt pctōres hūiles
eligant. Hos elegit dn̄s ꝗs deſpicit mūdꝰ: q: plerūq; ipſa
deſpectio hoiem reuocat ad ſemetipm̄. Is em̄ ꝗ patrē re
liqt ⁊ partē ſubſtātie quā pceperat ꝓdige expēdit: poſtꝗ̄
Exēpluz filij ꝓdigi. eſurire cepit/in ſe reuerſus dixit. Quāti mercenarij in do
mo pr̄is mei abūdant panibus? Lōge ꝗppe a ſe diſceſſe
rat qn̄ peccabat: ⁊ ſi nō eſuriſſet/in ſemetipm̄ minime re
dijſſet: q: poſtꝗ̄ terrenis rebꝰ indiguit/tūc cogitare cepit
ꝗd de ſpūalibꝰ amiſit. Pauperes ḡ ⁊ debiles/ceci ⁊ clau
di vocant ⁊ veniūt: q: infirmi quiq; atq; in hoc mūdo de
ſpecti plerūq; tāto celerius vocē dei audiunt: quāto ⁊ in
I reg. xxx hoc mūdo nō habēt vbi delectent. Quō bene amalechita
rū puer ille Egyptius deſignat qui amalechitis ꝑdātibꝰ
atq; currentibꝰ eger remanſit in via: ⁊ fame ſitiq; aruit.
Quē tn̄ Dauid inuenit: ei cibū potūq; ꝑbuit. Qui ilico
cōualeſcēs dux Dauid factꝰ eſt/conuiuātes amalechitas
reperit: ⁊ eos ꝗ ſe debilē reliquerāt cū magna fortitudi
ne ꝓſtrauit. Amalechita quippe pplꝯ lābens vocat. Et
quid ꝑ lābētē pplm̄/niſi mētes ſeculariū deſignant: que
terrena cūcta ambiēdo ꝗſi lābūt dū ſolis tēporalibꝰ dele
ctant. Quaſi em̄ pplꝯ ꝑdā facit: dū terrena diligētes lu
cra de alienis dānis exaggerāt. Sꝫ puer egyptiꝰ eger in
via relinqt: q: pctōr ꝗſq; dū infirmari ab huiꝰ mūdi ſtatu
ceperit/moꝝ ſecularibꝰ mētibus in deſpectū venit. Queꝫ
tn̄ Dauid inuenit/eiq; cibū ⁊ potū ꝑbet: q: manu fortis
dn̄s abiecta mūdi nō deſpicit: ⁊ plerūq; eos ꝗ ſequi mun
dū minime valētes: quaſi in via remanent ad amoris ſui
gratiā cōuertit: eiſq; verbi ſui cibū potūq; porrigit: ⁊ ꝗſi
duces ſibi in via elegit/dū ſuos etiā ꝑdicatores facit, Dū

enim chriſtū pctōꝝ cordibꝰ inferūt: quaſi Dauid ſup ho
ſtes ducunt: qui cōuiuantes Amalechitas velut Dauid
gladio feriūt: q: ſupbos quoſq; ꝗ ſe in mūdo deſpexerant
dn̄i virtute ꝓſternūt. Puer ergo Egyptius ꝗ in via remā
ſit Amalechitas interfecit: q: plerūq; ipſi mentes ſecula
riū ꝑdicando ſuperāt: q: prius cū ſecularibꝰ in hoc mūdo
currere nō valebant. Sed deductis ad cenā pauperibus
Tex. quid puer ſubiūgat audiamꝰ. ¶ Dn̄e factū eſt vt impera
ſti: ⁊ adhuc locus eſt. Multi tales ad cenā dn̄icā ex iudea
collecti ſunt: ſꝫ multitudo ꝗ ex Iſraelitico pplo credidit/
locū ſuperni cōuiuij nō impleuit. Intrauit iam frequētia
Iudeoꝝ/ſed adhuc vacat locus in regno vbi ſuſcipi de
Tex. beat numeroſitas gentiū. Unde et eidē ſeruo dr̄. ¶ Exi
in vias ⁊ ſepes: ⁊ cōpelle intrare vt impleat domꝰ mea.
Cū de vicis ⁊ plateis ad cenā quoſdā dn̄s inuitat: illū vi
delicet populū deſignat: qui tenere legē ſub vrbana con
uerſatione nouerat. Cū ꝟo cōuiuas ſuos colligi ex vijs
et ſepibꝰ ꝑcipit: nimirū agreſtē pplm̄. i. gentilē ꝗrit. De cu
ius ſignificatione ꝑ Pſalmiſtā dr̄. Tūc exultabūt omnia
ligna ſyluarū ante faciē dn̄i qm̄ venit. Ligna em̄ ſylue
gētes vocate ſunt: q: in infidelitate ſua torte ⁊ infructuo
ſe ſemꝑ fuerunt. Qui ḡ ex illo agreſti vſu cōuerſi ſunt: ad
cenā dn̄icā quaſi ex ſepibus venerūt. Notādū ꝟo ꝙ in ter
Triplex inuitatio dei. tia hac inuitatione nō dr̄ inuita/ſed cōpelle intrare. Alij
em̄ vocant ⁊ venire cōtēnūt: alij vocant ⁊ veniūt: alijs au
tē nequaꝗ̄ dr̄: q: vocant/ſed cōpellūtur vt intrēt. Uocan
tur ⁊ venire cōtēnūt: qui donū quidē intellectus incipiūt
ſed eūdē intellectū operibꝰ nō ſequūtur. Uocant ⁊ veniūt
qui acceptā intellectꝰ gratiā operando ꝑficiūt. Quidaꝫ
vero ſic vocant vt etiā cōpellant: nā ſunt nōnulli qui bo
na facienda intelligūt/ſed hec facere deſiſtūt. Uidēt que
agere debeāt/ſed hec ex deſiderio nō ſequūtur. His vt ſu
perius diximus plerūq; cōtingit: vt eos in carnalibꝰ de
ſiderijs ſuis mūdi huiꝰ aduerſitas feriat apprehēdere tē
poralē glīam conent ⁊ nequeāt: ⁊ dū ꝑ alta pelagi quaſi
ad grādiores curas huiꝰ ſeculi nauigare ꝓponūt/ſemꝑ
aduerſis flatibꝰ ad delectiōis ſue littora repellāt. Cūq;
ſe frangi in deſiderijs ſuis aduerſante mūdo cōſpiciunt:
quid de ſe auctori ſuo debeant/cōmemorāt: ita vt ad eum
erubeſcētes redeāt: ꝗ cū ſupbientes ꝓ amore mūdi deſe
rebant. Sepe nāq; nōnulli ad tp̄alē glīam ꝑficere volen
tes/aut longa egritudine tabeſcunt: aut afflicti iniurijs
cōcidūt: aut ꝑcuſſi grauibꝰ dānis affliguntur: ⁊ in mūdi
dolore vidēt: q: nihil cōfidere de eius voluptate debue
rūt: ſeq; ipſos in ſuis deſiderijs reprehēdētes/ad deū cor
Osee. ij da cōuertūt. De his quippe dn̄s ꝑ ꝓphetā dicit. Ecce ego
ſepiā viā tuā ſpinis: ⁊ ſepiā eā maceria: ⁊ ſemitas ſuas nō
inueniet: ⁊ ſequet amatores ſuos/⁊ nō apphendet eos:
queret ⁊ nō inueniet eos/⁊ dicet. Uadā ⁊ reuertar ad vi
rū meū priorē: q: bene mihi tūc erat magis ꝗ̄ nunc. Uir
vniuſcuiuſq; fidelis aie/deꝰ eſt: q: hec veꝫ ei eſt cōiuncta
per fidē. Sed illa ꝗ cōiūcta fuerat deo anima/amatores
ſuos ſequit: qn̄ mens ꝗ iā ꝑ fidē credidit/adhuc ſe immū
dis ſpiritibꝰ in operationibus ſubſternit: mūdi glīam ꝗ
rit: carnali delectatione paſcit: exꝗſitis voluptatibꝰ nu
trit. Sꝫ plerūq; oipotēs deꝰ talē aiaꝫ miſericorditer reſpi
cit: ⁊ eius voluptatibꝰ amaritudines pmiſcet. Un̄ dicit.
Ecce ego ſepiā vias tuas ſpinis. Uie etem̄ nr̄e ſpinis ſe
pte ſunt: qn̄ in hoc qꝺ male cupimꝰ/doloꝝ pūctiōes inue
nimꝰ. Et ſepiā eā maceria: ⁊ ſemitas ſuas nō inueniet. Uie
noſtre maceria ſepiunt: cū deſiderijs noſtris dure in hoc
mūdo obiectiones reſiſtunt. Et ſemitas noſtras inueni
re nō poſſumꝰ: q: hoc qꝺ male ꝗrimꝰ/adipiſci ꝓhibemur
Aduerſitatis vtilitas noratur. Et ſequet amatores ſuos ⁊ nō apphēdet eos: qret ⁊ nō
iueniet eos: q: malignos ſpūs ꝗbus ſe in ſuis deſiderijs
aia ſubdidit ad deſiderioꝝ ſuoꝝ effectū minime cōprehē
dit. Sed de hac ſalubri aduerſitate quāta vtilitas naſcat
adiungit cū ſubdit ⁊ dicit. Uadā ⁊ reuertar ad virū meū
priorē: q: bene mihi erat/tūc magis ꝗ̄ nūc. Poſtꝗ̄ ḡ vias
ſuas ſpinis ſeptas inuenit: poſtꝗ̄ amatores ſuos appre

Digitized by Google

hendere nō valet ad amorē viri prioris redit: q: plerūq; poſtq̄ in hoc mūdo nō poſſumus obtinere q̄ volumus: poſtq̄ in terrenis deſiderijs de impoſſibilitate laſſamur: tūc ad mētē dn̄m reducim⁹: tūc placere incipit/q̄ diſplicebat: ⁊ is cui⁹ nobis amara fuerāt p̄cepta: repēte dulceſcit in memoria ⁊ peccatrix aīa que adultera conata eſt eſſe: nec tn̄ apto ope potuit/decreuit eſſe fidelis cōiunx. Qui ergo hui⁹ mūdi aduerſitatib⁹ fracti ad dei amorē redeūt atq; a p̄ntis vite deſiderijs corrigunt: q̄d iſti fr̄es chariſſimi/niſi cōpellūtur vt intrēt? Sʒ valde eſt tremēda ſententia/q̄ ptinus ſubinfert. Intenta hāc cordis aure pcipite fr̄es ⁊ dn̄i mei inquātū iuſti dn̄i mei: intēta hāc aure pcipite: vt tāto eā min⁹ ſentiatis in examine/quāto nūc audiſtis formidoloſius in p̄dicatione. Ait em̄. (Tex.) ¶ Dico autē vobis: q̄ nemo virorū illorū q̄ vocati ſunt/guſtabit cenā meā. Ecce vocat p ſe: vocat p angelos: vocat p p̄res: vocat p pphas: vocat p aplos: vocat p paſtores: vocat etiā p nos: vocat plerūq; p miracula: vocat plerūq; p flagella vocat aliqn̄ p mūdi huius pſpera: vocat aliqn̄ p aduerſa Nemo cōtēnat: nedū vocat⁹ excuſat/cū voluerit intrare nō valeat. Audite q̄d ſapia p Salomonē dicat. Tūc inuocabūt me ⁊ nō exaudiā: mane cōſurgēt ⁊ nō inuenient me Hinc eſt q̄ fatue virgines tarde venietes clamant. Dn̄e dn̄e aperi nobis. Sed iā tūc aditū querentib⁹ dr̄. Amen amen dico vobis/neſcio vos. Quid inter hec fr̄es chariſſimi niſi relinqre oīa debemus: curas mūdi poſtponere/ ſolis deſiderijs eternis inhiare? Sʒ hec paucis data ſunt (Quatenus mūdū relinqui oporteat.) Admonere vos volo/vt relinquatis oīa/ſed nō p̄ſumo Si ergo cūcta mūdi relinquere nō poteſtis/ſic tenete q̄ huius mūdi ſunt: vt tn̄ p ea nō teneamini in mūdo: vt terrena res poſſideat nō poſſideat: vt ſub mētis vr̄e ſit dn̄io q̄d habetis/ne ſi mens vr̄a terrenarū rerū amore vincit/ a rebus ſuis magis ipa poſſideat. Sit ergo res tp̄alis in vſu/eterna in deſiderio: ſit res tp̄alis in itinere/deſideretur eterna in puētione. Quaſi ex latere reſpiciat q̄cquid in hoc mūdo agit: ante nos aūt tēdāt mētis oculi cū tota intētione illa cōſpiciāt ad q̄ puenim⁹. Extirpent funditus vitia: nō ſolū ab actu operis/ſed etiā a cogitatione cordis euulſa. Nō vos voluptas carnis nō ſolicitudo curioſitatis nō eſtus ambitionis a dn̄ica cena ppediat: ſed ipſa quoq; q̄ honeſta in mūdo agim⁹/quaſi ex quodā latere mētis tāgam⁹: vt terrena q̄libet ſic noſtro corpori ſeruiant quaten⁹ cordi minime obſiſtāt. Nō ergo fr̄es audemus vobis dicere vt oīa relinquatis: ſed tn̄ ſi vultis oīa etiā retinēdo relinq̄tis/ſi ſic tp̄alia geratis vt tn̄ tota mēte ad eterna tēdatis. Hinc etem̄ Paulus apl's dicit. (i. Co. vij.) Tps breue eſt: reliquū ſupeſt/vt q̄ habēt vxores tāq̄ nō habentes ſint: ⁊ q̄ flent tāq̄ nō flētes: ⁊ q̄ gaudēt tāq̄ nō gaudētes: ⁊ q̄ emūt tāq̄ nō poſſidētes: ⁊ q̄ vtūt hoc mūdo tāq̄ nō vtant. Preterit em̄ figura hui⁹ mūdi. Vxorē nāq; habet/ſed quaſi nō habēs/q̄ ſic ſcit carnis debita exoluere: vt tn̄ p ea mūdo tota mēte nō cogat inherere. Nā cū idē rurſum egregi⁹ p̄dicator dicat. (Ibidem) Qui habet vxorē cogitat que ſunt huius mūdi quō placeat vxori: ille vxorē habēs quaſi nō habet: qui ſic ſtudet placere coniugi vt tn̄ non diſpliceat cōditori. Flet quoq;/ſed tāq̄ nō fleat: q̄ ſic tp̄alibus dānis affligitur: vt tn̄ de eternis lucris ſemper animū cōſolet. Gaudet ſo/ſed tāq̄ nō gaudeat/q̄ ſic tp̄alibus bonis hilareſcit: vt tn̄ ſemp perpetua tormēta conſideret: et hoc q̄d mentē gaudio ſubleuat hāc cōtinuo pōdere puidi timoris pmat. Emit aūt/ſʒ quaſi nō poſſidēs qui ⁊ ad vſum terrena preparat: ⁊ tn̄ cauta cogitatiōe p̄uidet q̄ hec citius relinquat. Mūdo q̄ vtit/ſed quaſi nō vtat/q̄ ⁊ neceſſaria cūcta exterius ad vite ſue miniſteriū redigit: ⁊ tn̄ hec eadē nō ſinit ſue mētī dn̄ari: vt ⁊ ſubiecta foris ſeruiāt: ⁊ nūq; intētionē animi ad alta tēdentis frāgāt. Quicūq; igit tales ſunt/eis pfecto terrena oīa: non ad deſideriū/ſed ad vſum aſſunt: q: rebus quidē neceſſarijs vtūtur/ſed nihil cū pctō hr̄e cupiūt. De ipſis quoq; rebus habitis quotidie mercedes querūt: ⁊ plus gaudent bono ope q̄ bona poſſeſſione. Ac ne aliq̄bus iſta difficilia eſſe videant: rem de pſona refero quā multi veſtrum mecū nouerūt: quā vel rē ipſe ante trienniū in Centūcellēſi vrbe a pſonis fidelib⁹ didici. (Exēplum de Theophanio.) Nup nāq; in eadem ciuitate Theophanius comes fuit/ vir miſericordie actib⁹ deditus/bonis operib⁹ intētus/hoſpitalitati pcipue ſtudens Exercendi comitat⁹ actib⁹ occupatus/agebat terrena ⁊ tp̄alia: ſed vt poſt ex fine eius claruit/magis ex debito q̄ ex intentione. Nā cū ppinquāte mortis eius tp̄e grauiſſima aeris tēpeſtas obſiſteret/ne ad ſepeliendum duci potuiſſet: eūq; cōiux ſua cū fletu vehemētiſſimo inquireret dicēs. Quid faciā/quō te ad ſepeliēdū eīcio: q̄ oſtiū domus huius egredi pre tēpeſtate nimia nō poſſum? Tunc ille r̄ndit. Noli mulier flere: q: mox vt ego defunct⁹ fuero: ſerenitas aeris rediet. Cuius ptinus ⁊ vocē mors/et morē ſerenitas eſt ſecuta. Cui⁹ man⁹ ⁊ pedes podagre humore tumeſcētes: et verſi in vulnerib⁹ fuerāt/⁊ pluēte ſanie putebant. Sed cū corpus illi⁹ ex more ad leuandū fuiſſet detectū: ita ſanū repertū eſt/ac ſi vnq̄ vulneris nihil habuiſſet. Duct⁹ itaq; ac ſepult⁹ eſt/eiuſq; cōiugi viſum eſt: vt quarto die in ſepulcro illius marmor q̄d ſup poſitū erat mutari debuiſſet. Quod vel marmor corpori eius ſuppoſitū dū fuiſſet ablatū/tāta ex eius corpore fragrātia odoris emanauit/ac ſi ex putreſcente carne illius pro vermib⁹ aromata ferbuiſſent. Hec ergo dixi vt e vicino exēplo oſtēdere poſſem nōnullos ⁊ ſecularē habitum gerere: ⁊ ſecularē animū nō habere. Quos em̄ talis neceſſitas in mūdo ligat: vt ex omni parte exui a mūdo nō poſſint: ſic ea q̄ mūdi ſunt debēt tenere/vt tn̄ eis neſciāt ex mētis fractione ſuccūbere. Hec ergo cogitate: ⁊ cū relinq̄re cūcta q̄ mūdi ſunt nō poteſtis: exteriora exteri⁹ bene agite/ſed ardēter interius ad eterna feſtinate. Nihil ſit q̄d deſideriū mētis vr̄e retardet: nulli⁹ vos rei in hoc mūdo delectatio implicet. Si bonū diligit: mēs in bonis melioribꝰ ſcʒ in celeſtib⁹ delectet: ſi malū metuit/mala aio eterna pponant: vt dū illic eſſe cōſpicit: ⁊ ampli⁹ q̄d diligat ⁊ ampli⁹ q̄d pertimeſcat/hic omnino nō hereat. Ad hec agēda habem⁹ mediatorē dei ⁊ hominū adiutorē noſtrū/per quē cūcta obtinebim⁹/ſi ad illū vero amore flagramus: qui viuit et regnat cum patre in vnitate ⁊c.

¶ Dominica. III. Luce. XV.

¶ In illo tempore: Acceſſerūt ad Ieſum publicani et peccatores vt audirent illū: et murmurabant phariſei et ſcribe dicētes: Quia hic pctōres recipit et manducat cum illis. Et reliqua. Homilia beati Gregorij pape.

Eſtiuū tp̄s quod corpori meo valde cōtrariū eſt: loqui me de expoſitione euāgelij lōga mora interueniēte phibuit ſʒ nunq̄d q: lingua tacuit/ardere charitas ceſſauit? Hoc etem̄ dico q̄d apud ſe veſtrū vnuſq̄ſq; cognoſcit. Plerūq; charitas q̄buſdā occupatiōib⁹ ppedita: ⁊ int⁹ flagrat in corde: ⁊ tn̄ nō mōſtrat in ope: q: ⁊ ſol cū nube tegit nō videt in terra: ⁊ tn̄ ardet in celo. Sic eſſe occupata charitas ſolet: ⁊ intus ſui vim ardoris exercet: ⁊ foris flāmas operis nō oſtēdit. Sed q: nūc ad loquēdū tp̄s rediit: vr̄a me ſtudia accēdūt: vt mihi tāto ampli⁹ loq̄ libeat: quāto hoc vr̄e mētes deſiderabili⁹ expectāt. (Auditores excitat ſtudium) Audiſtis in lectiōe euāgelica fr̄es mei: q: pctōres ⁊ publicani acceſſerūt ad redēptorē noſtrū: ⁊ nō ſolū ad colloquēdū/ſed etiā ad cōueſcēdū recepti ſunt. Quo videtes phariſei dedignati ſūt. Ex q̄ re colligite: q: vera iuſtitia cōpaſſionē hꝫ/falſa iuſtitia dedignationē: quis ⁊ iuſti ſoleāt pctōib⁹ dedignari. Sed aliud eſt q̄d agit typo ſupbie: aliud q̄d zelo iuſtitie vel diſcipline. Dedignātur etem̄/ſed non dedignātes deſperāt: ſed non deſperātes perſecutionē cōmouēt: ſʒ amātes: q: ⁊ ſi foris increpationes per diſciplinā exaggerāt:

Digitized by Google

intus tñ dulcedinē ꝑ charitatē ſeruāt. Preponunt ſibi in aio ipſos pleruꝗ quos corrigūt: meliores eſtimāt eos ꝗ̄ quos iudicāt. Qđ vēꝫ agētes: ⁊ per diſciplinā ſubditos/ et ꝑ humilitatē cuſtodiūt ſemetipſos. At cōtra hi q̄ de falſa iuſtitia ſupbire ſolēt ceteros quoſꝗ deſpiciūt/ nulla infirmantibꝰ miſericordia cōdeſcēdūt: ⁊ quo ſe pctōres eſſe nō credūt: eo deterius pctōres fiunt. De quoꝝ ꝓfecto numero Phariſei extiterāt: q̄ diiudicātes dñm ꝙ pctōres ſuſciperet/ arēti corde ipm fontē mie rephendebāt. Sed q: egri erant: ita vt ſe egros eſſe neſcirent: q̄tenus qđ erant agnoſcerēt/ celeſtis eos medicus fomētis blādis curat: benignuꝫ paradigma obijcit: et in eoꝝ corde vulneris tumorē premit. Ait nāqꝫ. ¶ Quis ex vobis hō qui hꝫ centū oues: ⁊ ſi perdiderit vnā ex illis/ nōne dimittit nonagintanouē in deſerto: ⁊ vadit ad illā que perierat? Ecce miſa diſpēſatione pietatis ſimilitudinē veritas dedit: quaꝫ et in ſe hō ipſe recognoſceret: ⁊ tñ hec ſpāliter ad ipſum auctorē hoīm ꝑtineret.

Allegoria de centum ouibus

Quia em̄ cētenariꝰ ꝑfectꝰ eſt numerus: ipe cētū oues habuit/ cū ſctōꝝ angeloꝝ ſubſtātiā et hoīm poſſedit. Sꝫ vna ouis tūc perijt: qñ peccādo hō paſcua vite dereliq̄t. Dimiſit aūt nonagintanouē in deſerto: q: illos ſummos angeloꝝ choros reliquit in celo. Cur aūt celū deſertū vocatᷣ/ niſi ꝙ deſertū đ: derelictum. Tūc aūt hō celū deſeruit cū peccauit. In deſerto aūt nonagintanouē oues remāſerāt qñ in terra dñs vnā ouē q̄rebat: q: rōnalis creature numerꝰ/ angeloꝝ vēꝫ ⁊ hoīm q̄ ad videndū deū cōditus fuerat/ pereūte hoīe erat imminutus: ⁊ vt ꝑfecta ſumma ouiū integrareť in celo/ hō ꝑditus q̄rebať in terra.

Matt. xviij.

Nā qđ hic euāgeliſta dicit in deſerto aliꝰ dicit in mōtibꝰ: vt ſignificēt in excelſis/ quia nimirū oues q̄ nō perierant in ſublimibꝰ ſtabāt.

Tex.

¶ Et cū inuenerit ouē/ imponit in humeros ſuos gaudens. Ouē humeris ſuis impoſuit: q: hūanā naturā ſuſcipiēs/ pctā nr̄a in ſe portauit.

Tex.

¶ Et veniēs domū ꝯuocat amicos ſuos ⁊ vicinos/ dicēs eis. Cōgratulamini mihi: q: inueni ouem meā q̄ perierat. Inuēta oue ad domū redit: q: paſtor noſter reparato hoīe ad regnū celeſte redijt. Ibi amicos et vicinos inuenit: illos vēꝫ angeloꝝ choros/ q̄ amici ſunt: q: volūtatē eius cōtinue in ſua ſtabilitate cuſtodiūt. Vicini q̄ꝫ eius ſunt: q: claritate viſionis illius ſua aſſiduitate ꝑfruūtur. Et notādū ꝙ nō dicit. Cōgratulamini inuētioni/ ſed mihi: q: vēꝫ eius eſt gaudiū vita noſtra: ⁊ cum nos ad celū reducimur/ ſolēnitatē letitie eius implemꝰ.

Tex.

¶ Dico vobis ꝙ ita gaudiū erit in celo ſuꝑ vno peccatore pniam agēte: ꝗ̄ ſuꝑ nonagintanouē iuſtis q̄ non indigēt pnia. Cōſiderādū nobis eſt frēs mei cur dñs plus de cōuerſis pctōribꝰ ꝗ̄ de ſtātibꝰ iuſtis in celo gaudiū eſſe fateatur.

Ratio ſubtilis verborum euāgelij

Vñ hoc: niſi qđ ipſi ꝑ quotidianū viſionis experimētū nouimꝰ: q: pleruꝗ hi q̄ nullis ſe oppſſos pctōꝝ molibꝰ ſciūt: ſtāt quidē in via iuſtitie: nulla illicita ꝑpetrant/ ſed tñ ad celeſtē patriā anxie nō anhelāt: tātoꝗ ſibi in rebus licitis vſum ꝑbēt: quāto ſe ꝑpetraſſe illicita nulla meminerūt/ ⁊ pleruꝗ pigri remanēt ad exercēda bona p̄cipua: q: valde ſibi ſecuri ſunt ꝙ nulla cōmiſerūt mala grauiora. At cōtra/ nōnūꝗ̄ hi q̄ ſe aliq̄ illicita egiſſe meminerūt/ ex ipo ſuo dolore cōpūcti/ inardeſcūt in amore dei: ſeſeꝗ in magnis virtutibꝰ exercēt: cūcta ⁊ difficilia ſancti certaminis appetūt/ oīa mūdi derelinquūt/ honores fugiūt/ acceptis cōtumelijs letanť/ flagrāt deſiderio/ ad celeſtē patriā anhelāt. Et q: ſe erraſſe a deo cōſiderāt/ dāna p̄cedētia lucris ſequētibꝰ recōpēſat. Maiꝰ ꝗ̄ de pctōre cōuerſo ꝗ̄ de ſtāte iuſto gaudiū fit in celo: q: ⁊ dux in prelio plꝰ eū militē diligit: q̄ poſt fugā reuerſus hoſtē fortiter p̄mit: ꝗ̄ illū q̄ nūꝗ̄ terga ꝑbuit ⁊ nūꝗ̄ aliq̄d fortiter geſſit. Sic agricola illā ampliꝰ terrā amat q̄ poſt ſpinas vberes fruges ꝓfert ꝗ̄ eā q̄ nūꝗ̄ habuit ſpinas/ ⁊ nūꝗ̄ fertilem meſſem ꝓduxit. Sꝫ inter hec ſciēdū eſt/ q: ſunt pleriꝗ iuſti in quoꝝ vita tātū eſt gaudiū/ vt eis q̄libet pctōꝝ pnia ꝓponi nullatenꝰ poſſit. Nā multi ⁊ nulloꝝ ſibi maloꝝ ſūt cōſcij: ⁊ tñ in tāti ardoris afflictione ſe exercēt/ ac ſi a peccatis oībus anguſtenť. Cūcta etiā licita reſpuūt: ad deſpectū mūdi ſublimiter accendūtur: licere ſibi nolunt oē quod licet: bona etiā amputāt ſibi cōceſſa/ cōtēnūt viſibilia/ inuiſibilibus accēdūtur/ lamētis gaudēt/ in cūctis ſemetipſos humiliant: et ſicut nonnulli pctā operū/ ſic ipſi peccata cogitationū deplorāt. Quid itaꝗ iſtos/ niſi et iuſtos dixerim et penitētes: qui ſe et in pnia de pctō cogitationis humiliāt: et recti ſemꝑ in opere ꝑſeuerāt. Hinc ergo colligēdū eſt quātū deo gaudiū faciat/ qñ humiliter plāgit iuſtus/ ſi facit in celo gaudiū/ qñ hoc quod male geſſit ꝑ pniam dānat iniuſtꝰ. Sequitur.

Tex.

¶ Aut q̄ mulier hñs drachmas decē: et ſi perdiderit drachmā vnā/ nonne accēdit lucernā/ et euertit domū ⁊ querit diligēter donec inueniat. ⁊c. Qui ſignatᷣ ꝑ paſtorē ipſe ⁊ ꝑ mulierē. Ipſe em̄ deus/ ipſe ⁊ dei ſapiētia. Et q: imago exprimiť i drachma: mulier drachmā ꝑdidit/ qñ ſcꝫ hō qui cōditꝰ ad imaginē dei fuerat/ peccādo a ſimilitudine ſui conditoris receſſit. Sꝫ accēdit mulier lucernā: quia dei ſapiētia apparuit in humanitate. Lucerna quippe lumē in teſta eſt: lumen vero i teſta eſt diuinitas in carne. De qua videlꝫ teſta ſui corporis dicit ipſa ſapiētia. Exaruit velut teſta virtus mea. Quia em̄ teſta in igne ſolidatur: eiꝰ virtus ſicut teſta exaruit: q: aſſumptā carnē ad reſurrectionis gl'iam ex paſſionis tribulatiōe roborauit. Accenſa aūt lucerna euertit domū: q: mox vt eius diuinitas per carnē claruit/ oīs ſe noſtra cōſciētia cōcuſſit. Domus nāꝗ euertiť: cū cōſideratiōe ſui reatꝰ humana cōſciētia ꝑturbať. Qui euerſionis ſermo nō diſcrepat ab eo quod in alijs codicibus legiť emūdat: q: nimirū praua mēs ſi nō priꝰ per timorē euertiť/ ab aſſuetis vitijs nō emūdať. Euerſa ergo domo inueniť drachma: q: cū ꝑturbať cōſciētia hominis/ reparatur in hoīe ſimilitudo cōditoris.

Tex.

¶ Et cū inuenerit/ cōuocat amicas ⁊ vicinas ſuas dicēs. Cōgratulamini mihi oēs: q: iueni drachmā quā ꝑdiderā. Que amice vel vicine/ niſi ille ꝑtātes celeſtes ſunt iā ſuperiꝰ dicte: q̄ tanto ſupne ſapie iuxta ſunt/ quāto ei ꝑ grām cōtinue viſionis appropinquāt.

Decem drachmarū myſterium.

Sed inter hec nequaꝗ̄ relinq̄re negligēter debemꝰ/ cur iſta mulier ꝑ quā dei ſapia figurať decēꝫ drachmas habuiſſe ꝑhibeť: ex quibꝰ vnā ꝑdidit quā cū q̄reret inuenit. Angeloꝝ quippe ⁊ hoīm naturā ad cognoſcēdū ſe dñs cōdidit: quā dū cōſiſtere ad eternitatē voluit eā ꝓculdubio ad ſuā ſimilitudinē creauit. Decē ꝟo drachmas habuit mulier: q: nouē ſunt ordines angeloꝝ: ſed vt cōplereť electorū numerꝰ/ hō decimꝰ eſt creatus: qui a cōditorē ſuo/ nec poſt culpā perijt: q: hūc eterna ſapiētia per carnē miraculis coruſcans/ ex lumine teſte reparauit. Nouē vero ordines angeloꝝ diximꝰ: q: videlꝫ eſſe (teſtante ſacro eloquio) ſcimus angelos/ archāgelos/ virtutes/ poteſtates/ principatꝰ/ dñatiōes/ thronos/ cherubin atꝗ ſeraphin. Eſſe nāꝗ angelos et archāgelos/ pene oēs ſacri eloquij pagine teſtāt. Cherubin ꝟo atꝗ ſeraphin ſepe vt notū ē libri ꝓphaꝝ loquūť. Quatuor ḡ ordinū noīa paulus apl's ad Epheſios enumerat dicēs. Supra oēm pricipatū ⁊ ꝑtātē ⁊ virtutē ⁊ dñationē. Qui rurſus ad Coloſſenſes ſcribēs ait. Siue thronos/ ſiue dñatiōes ſiue principatus ſiue ꝑtātes. Dñationes ꝟo ꝑncipatꝰ ac ꝑtātes iam ad epheſios loquēs deſcripſerat. Sꝫ ea ꝗ̄ coloſſenſibꝰ dicturus ꝑmiſit thronos/ de qbꝰ necdū q̄cꝗ̄ fuerat epheſijs locutꝰ. Cū ḡ illis quatuor q̄ ad Epheſios dixit .i. ꝑncipatꝰ poteſtatibꝰ/ virtutibꝰ/ atꝗ dñationibꝰ cōiūgūtur throni q̄nꝗ ſunt ordines q̄ ſpāliter exprimūtur. Quibꝰ dū angeli ⁊ archāgeli cherubin atꝗ ſeraphin adiūcta ſunt/ ꝓculdubio nouē eſſe angeloꝝ ordines inueniūtur. Unde ⁊ ipſi angelo q̄ primus eſt cōditꝰ ꝑ ꝓphām đ.

Ezech. xxviij.

Tu ſignaculū ſimilitudinis/ plenꝰ ſapia: ⁊ ꝑfectꝰ decore in delicijs paradiſi dei fuiſti. Ubi notandū ꝙ non ad ſimilitudinē dei factus/ ſed ad ſignaculū ſimilitudinis đ: vt quo ſubtilior in eo eſt natura: eo imago dei in illo ſimiliꝰ inſinueť expſſa. Quo in loco mox ſubdiť. Oīs lapis p̄cioſus operimentū tuū/ ſardius/ topaſius/ iaſpis/ chryſolitꝰ/ onyx et

Digitized by Google

beryllus/ſapphirus/carbūculus/⁊ ſmaragdus. Ecce nouē dixit noīa lapidum: q: pfecto nouē ſunt ordines angeloꝝ. Quib⁹ nimirū ordinib⁹ ille prim⁹ angelus ideo ornatus ⁊ opertus extitit: q: dū cūctis agminib⁹ angelorū prelat⁹ eſt/ex coꝝ cōparatione clarior fuit. Sed cur iſtos ꝯſiſtēriū angeloꝝ choros enumerādo ꝯſtrinximus: ſi nō coꝝ miniſteria ſubtiliter exprimamus? Greca eīn lingua

Diſſerit pulchre de angelis. angeli nūtij: archangeli ꝟo ſummi nūtij vocantur. Sciēdum quoq ꝙ angeloꝝ vocabulū nomē eſt officij nō nature. Nā ſancti illi celeſtis patrie ſpūs/ſemꝑ quidē ſunt ſpiritus: ſed ſemꝑ vocari angeli nequaꝗ̄ poſſunt: q: tunc ſolum ſunt angeli: cū per eos aliqua nūtiātur. Unde et ꝑ pſ. d̄r: Qui facit angelos ſuos ſpiritus. Ac ſi patenter dicat. Qui eos quos ſemꝑ habet ſpūs: etiam cum voluerit angelos facit. Hi aūt qui minima nūtiant angeli: qui vero ſumma nūtiant archangeli vocātur. Hinc eſt enim ꝙ ad Mariā virginē nō quilibet angelus/ſed Gabriel archāgelus mittitur. Ad hoc quippe miniſteriū ſummū angelū venire dignū fuerat/qui ſummū omniū nūtiabat. Qui idcirco etiā priuatis noībus cenſentur: vt ſignetur per vocabula etiā in operatione quid valeant. Neq eīn in illa ſancta ciuitate quā viſione omnipotētis dei plena ſciētia perficit: idcirco propria noīa ſortiūtur/ne eoꝝ perſone ſine nominibus ſcire nō poſſint: ſed cū ad nos aliq̄d miniſtraturi veniūt/apud nos etiam nomē a miniſterijs trahūt. Michael nāq quis vt deus: Gabriel autē fortitudo dei: Raphael vero d̄r medicina dei. Et quoties mire virtutis aliq̄d agitur/Michael mitti perhibet̄: vt ex ipo actu ⁊ nomine detur intelligi: q: nullus pōt facere quod facere preualet deus. Unde ⁊ ille antiquus hoſtis q̄ eſſe

Eſa.xiiij deo per ſuperbiā ſimilis cōcupiuit dicēs. In celū cōſcēdā ſuper aſtra celi exaltabo ſoliū meū: ſedebo in mōte teſtamēti in laterib⁹ aq̄lonis: aſcēdā ſuꝑ altitudinē nubium: ſimilis ero altiſſimo: dū in fine mūdi in ſua virtute relinquitur/extremo ſupplicio perimendus cū Michael archāgelo preliaturus eſſe perhibet̄: ſicut per Joānē dicit̄.

Apo.xij. Factū eſt preliū cū Michaele archāgelo: vt q̄ ſe ad dei ſimilitudinē ſuperbus extulerat/per Michaelē peremptus diſcat: q: ad dei ſimilitudinē per ſuperbiā null⁹ exurgat. Ad Mariā quoq Gabriel mittitur: q: fortitudo dei nominatur. Illū quippe nūtiare veniebat: q̄ ad debellādas aereas ptātes humilis apparere dignat⁹ eſt: de quo per pſalmiſtā d̄r. Tollite portas principes veſtras: ⁊ eleuamini porte eternales: ⁊ introibit rex glie. Quis eſt iſte rex glie: dn̄s fortis ⁊ potēs: dn̄s potens in prelio. Et rurſum: Dn̄s virtutū ipſe eſt rex glorie. Per dei ergo fortitudinē nūtiādus erat q̄ virtutū dn̄s ⁊ potēs in ꝓlio ad debellandas ptātes aereas veniebat. Raphael q̄ꝗ interpͣtat̄ (vt

Tob.xi. diximus) medicina dei: q: ſcʒ dū Tobie oculos quaſi per officiū curationis tetigit/cecitatis illius terſit tenebras. Qui ergo ad curādū mittit̄/dignū vcʒ fuit vt dei medicina vocaret̄. Sed q: angeloꝝ noīa interpͣtādo ꝯſtrinximus: nūc ſupeſt vt ipſa officioꝝ vocabula breuiter exeq̄mur. Uirtutes eīn vocant̄ illi nimirū ſpūs/ꝑ quos ſigna

Officia angeloꝝ declarātur. et miracula frequētius fiūt. Ptātes etiā vocant̄ hi q̄ hoc potēti⁹ ceteris in ſuo ordine ꝑceperūt: vt eorū ditioni virtutes aduerſe ſubiecte ſint: quoꝝ poteſtate refrenant̄: ne corda hoim tātū tētare valeāt quātū volūt. Principatus etiā vocātur q̄ ipſis q̄ꝗ bonis angeloꝝ ſpiritib⁹ ꝑſunt: qui ſubiectis alijs dū queq ſunt agēda diſponūt: eis ad explēda myſteria principant̄. Dn̄ationes aūt vocant̄/q̄ etiā ptātes pncipatuū diſſimilitudine alta trāſcēdūt. Nā principari eſt inter reliquos priorē exiſtere: dn̄ari ꝟo eſt etiāʒ ſubiectos poſſidere. Ea ergo angeloꝝ agmina que mira potētia ꝑeminēt: ꝓ eo ꝙ eis cetera ad obediēdū ſubiecta ſunt/dn̄ationes vocant̄. Throni quoq illa agmina ſunt vocata: quib⁹ ad exercēdū iudiciū ſemꝑ de⁹ omnipotēs preſidet. Quia eīn thronos/latino eloquio ſedes dicim⁹: throni dei dicti ſunt hi q̄ tāta diuinitatis grā replētur/vt in eis dn̄s ſedeat: ⁊ per eos ſua iudicia decernat. Un̄ et ꝑ

Pſ.ix. pſalmiſtā d̄r: Sedes ſuꝑ thronū q̄ iudicas equitatē. Cherubin quoq plenitudo ſciētie d̄r. Et ſublimiora illa agmina idcirco cherubin vocata ſunt: q: tāto pfectiori ſcientia plena ſunt/quāto claritatē dei vicini⁹ cōtēplātur: vt ſm creature modū eo plene oīa ſciant: quo viſioni creatoris ſui ꝑ meritū dignitatis appropinquāt. Seraphin etiā vocantur illa ſctoꝝ ſpirituū agmina/q̄ ex ſingulari ꝓpinquitate cōditoris ſui icōparabili ardēt amore. Seraphin nāq ardētes vel incēdentes vocant̄. Que q: ita deo coniūcta ſunt: vt inter hec ⁊ deū nulli alij ſpūs interſint: tanto magis ardēt/quāto hūc vicinius vidēt. Quoꝝ pfecto flāma amor eſt: q: quo ſubtilius claritatē diuinitatꝭ ei⁹ aſpiciūt/eo validius in eius amore flāmeſcūt. Sed q̄d ꝓdeſt nos de angelicis ſpiritib⁹ iſta ꝯſtringere: ſi nō ſtudeam⁹ hec etiā ad noſtros ꝓfectus cōgrua cōſideratione deriuare. Quia eīn ſuperna ciuitas illa ex angelis ⁊ hoib⁹ cōſtat: ad quā tātū credim⁹ humanū gen⁹ aſcēdere: quātos illic cōtigit electos angelos remāſiſſe/ſicut ſcriptū eſt. Sta

Deutero.xxxij. tuit terminos gētiū ſm numerū angeloꝝ dei: debemus ⁊ nos aliq̄d ex illis diſtinctionib⁹ ſuꝑnoꝝ ciuiū ad vſuʒ noſtre cōuerſationis trahere: noſq ipſos ad incremēta vir

Nūerus ſaluādoꝝ quātus futurus. tutū bonis ſtudijs inflāmare. Quia eīn tanta illuc aſcēſura creditur multitudo hoim/quāta multitudo remanſit angeloꝝ: ſupeſt vt ipſi q̄ꝗ hoies q̄ ad celeſtē patriā redeunt: ex eis agminib⁹ aliq̄d illuc reuertētes imitent̄. Diſtincte nāq cōuerſationes hoim ſinguloꝝ agminū ordinibus cōgruūt: ⁊ in eorū ſortē ꝑ cōuerſationis ſimilitudinē deputātur. Nā ſunt pleriq q̄ parua capiūt/ſed tn̄ hec eadē parua pie annūtiare fratrib⁹ nō deſiſtūt. Iſti itaq in angeloꝝ numerū currūt. Et ſunt nōnulli q̄ diuine largitatꝭ munere refecti/ſecretoꝝ celeſtiū ſumma ⁊ capere preualēt ⁊ nūtiare. Quo igit̄ iſti/niſi inter archāgelorū numerū deputātur? Et ſunt alij q̄ mira faciūt ſigna/valēter operant̄. Quo igit̄ iſti/niſi ad ſuꝑnarū virtutū ſortē ⁊ numerū cōgruūt? Et ſunt nōnulli qui etiā de obſeſſis corporib⁹/malignos ſpūs fugant: eoſq virtute orōnis et vi accepte ptātis eijciunt. Quo itaq iſti meritū ſuū/niſi inter poteſtatū celeſtiū numerū ſortiūtur? Et ſunt nōnulli qui acceptis virtutib⁹ electoꝝ etiā hoim merita trāſcendūt: cūq et bonis meliores ſunt/electis q̄ꝗ fratrib⁹ principant̄. Quo ergo ſortē ſuam/niſi inter principatuū numeros acceperūt? Et ſunt nōnulli q̄ ſic in ſemetipſis vitijs/omnibuſq deſiderijs dn̄ant̄: vt ipo iure mūditie dij inter

Exo.vij. hoies vocentur. Unde ⁊ ad Moyſen d̄r. Ecce cōſtitui te deū Pharaonis. Quo ergo iſti/niſi īter numeros dn̄antiū currūt? Et ſunt nōnulli q̄ dū ſibimetipſis vigilāti cura dn̄antur/dūq ſe ſolicita intētiōe diſcutiūt/diuino timori ſemꝑ inherētes: hoc in munere virtutis accipiūt: vt iudicare recte ⁊ alios poſſint. Quoꝝ pfecto mētib⁹ dū diuina cōtēplatio preſto eſt: in his velut in throno ſuo dn̄s ꝓſides alioꝝ facta examinat: ⁊ cūcta mirabiliter de ſua ſede diſpēſat. Quid ergo iſti/niſi throni ſui ꝯditoris ſunt? Uel quo niſi ad ſuꝑnarū ſediū numeros aſcribūt̄? Per quos dū ſctā eccl̄ia regit̄: plerūq de q̄buſdā ſuis infirmis actibus etiā electi iudicant̄. Et ſunt nōnulli q̄ tāta dei ⁊ ꝓximi dilectione pleni ſunt: vt cherubin iure noīent̄. Q: eīn vt ꝓfati ſum⁹/cherubin plenitudo ſcie d̄r: ⁊ Paulo dicēte

Ro.xiij. didicim⁹. Quia plenitudo legis eſt dilectio: oēs q̄ dei et ꝓximi charitate ceteris ampli⁹ pleni ſunt/merito ſuorū ſortē inter cherubin numeros ꝑceperūt. Et ſunt nōnulli q̄ ſuꝑne cōtēplatiōis facib⁹ accēſi/in ſolo conditoris ſui deſiderio anhelāt/nil iā in hoc mūdo cupiūt: ſʒ ſolo eternitatis amore paſcūtur/terrena queq abijciūt/cūcta tēporalia mēte trāſcēdūt/amāt ⁊ ardēt: atq in ipſo ſuo ardore requieſcūt/amādo ardēt/loquēdo alios accēdūt: et quos v̄bo tāgūt/ardere ꝓtin⁹ in dei amore faciūt. Quid ergo iſtos niſi ſeraphin dixerim: quoꝝ cor in igne cōuerſum lucet ⁊ vrit: q: ⁊ mētiū oculos ad ſuꝑna illumināt/et cōpūgendo in fletib⁹ vicioꝝ rubiginē purgāt. Qui ḡ ita ad amorē ſui cōditoris inflāmati ſunt: quo niſi inter ſera

Digitized by Google

intus tñ dulcedinē ꝑ charitatē ſeruāt. Preponunt ſibi in aīo ipſos plerūq₃ quos corrigūt: meliores eſtimāt eos ꝗ̄ quos iudicāt. Q̄ð vero agētes: ⁊ per diſciplinā ſubditos/ et ꝑ humilitatē cuſtodiūt ſemetipſos. At cōtra hi q̄ de falſa iuſtitia ſuꝑbire ſolēt ceteros quoſq₃ deſpiciūt/ nulla infirmantib⁹ miſericordia cōdeſcēdūt: ⁊ quo ſe pctōres eſſe nō credūt: eo deterius pctōres fiunt. De quoꝝ ꝑfecto numero Phariſei extiterāt: q̄ dijudicātes dn̄m ꝙ pctōres ſuſciperet/ arēti corde ipm fontē mīe rephendebāt. Sed q: egri erant: ita vt ſe egros eſſe neſcirent: q̄tenus qð erant agnoſcerēt/ celeſtis eos medicus fomētis blādis curat: benignu₃ paradigma obijcit: et in eoꝝ corde vulneris tumorē premit. Ait nāq₃. ¶ Quis ex vobis hō qui h₃ centū oues: ⁊ ſi perdiderit vnā ex illis/ nōne dimittit nonaginta nouē in deſerto: ⁊ vadit ad illā que perierat? Ecce mira diſpēſatione pietatis ſimilitudinē veritas dedit: qua₃ et in ſe hō ipſe recognoſceret: ⁊ tñ hec ſpāliter ad ipſum

Allegoria de centum ouibus

auctorē hoīm ꝑtineret. Quia enī cētenari⁹ ꝑfect⁹ eſt numerus: ipe cētū oues habuit/ cū ſctōꝝ angeloꝝ ſubſtātiā et hoīm poſſedit. S₃ vna ouis tūc perijt: qn̄ peccādo hō paſcua vite dereliq̄t. Dimiſit aūt nonaginta nouē in deſerto: q: illos ſummos angelorū choros reliquit in celo. Cur aūt celū deſertū vocat/ niſi ꝙ deſertū ð: derelictum. Tūc aūt hō celū deſeruit cū peccauit. In deſerto aūt nonaginta nouē oues remāſerāt qn̄ in terra dn̄s vnā ouē q̄rebat: q: rōnalis creature numer⁹/ angeloꝝ vero ⁊ hoīm q̄ ad videndū deū cōditus fuerat/ pereūte hoīe erat imminutus: ⁊ vt ꝑfecta ſumma ouiū integraret̄ in celo/ hō ꝑditus q̄rebat̄ in terra. Nā qð hic euāgeliſta dicit in deſerto

Matt. xviij.

mulier curua fuit. ¶ Erat iclinata/nec oīno poterat ſur- Tex.
ſum reſpicere. Ois pctōꝛ terrena cogitans/celeſtia nō re
quirens/ſurſum reſpicere nō valet: q2 dū deſideria inferio
ra ſequitur a mentis ſue rectitudine curuatur:⁊ hoc ſp vi
det qḋ ſine ceſſatione cogitat. Ad coꝛda veſtra frēs chariſ
ſimi redite: quid hoꝛis oībus in cogitationibꝰ veſtris vol-
uatis aſpicite. Alius de honoꝛibꝰ/alius de pecuniis/aliꝰ
de pꝛedioꝛum ambitu cogitat. Cuncta hec in imo ſunt:⁊
q̄ñ mens in talibus implicat̄/a ſtatu ſue rectitudinis fle-
ctitur:⁊ q2 ad celeſte deſideriū non aſſurgit: q̄ſi mulier in
clinata ſurſum reſpicere nequaq̄ pōt. ¶ Hanc cū videret
Ieſus vocauit ad ſe/⁊ ait illi. Mulier dimiſſa es ab infir- Tex.
mitate tua. Et ipoſuit illi manū/⁊ cōfeſtim erecta eſt. Uo
cauit ⁊ erexit: q2 illuminauit ipſam mulierē ⁊ adiuuit. Uo
cat/ſed nō erigit: q̄ñ quidē ꝑ eius grām illuminamur/ſed
exigentibus noſtris meritis adiuuari nō poſſumus. Ple
rūꝙ̄ eñ videmꝰ q̄ agenda ſunt/ſed opere nō implemus:
nitimur ⁊ infirmamur: mentis iudiciū rectitudinē cōſpi-
cit/ſed ad hanc operis foꝛtitudo ſuccūbit: que nimirū iā
de pena pcti eſt: vt ex dono quidē poſſit bonū cōſpici/ſed
tñ ab eo qḋ aſpicitur cōtingat ꝑ meritum repelli. Aſſtata
etenī culpa obligat mētem: vt nequaq̄ ſurgere poſſit ad
rectitudinem. Conatur ⁊ labitur: q2 vbi ſponte diu ꝑſtitit
ibi et cū noluerit coacta cadit. Bene de hac nr̄a incurua-
tione/ex typo humani gñis ꝑ Pſalmiſtā dr̄. Incuruatus ps̄. cxviij
ſum et humiliatus ſum vſꝙ̄quaꝙ̄. Cōtemplat̄ quippe q2
ad ſupnā lucē intuēdā hō conditꝰ fuerat: ſed pctis exigen
tibus foꝛas miſſus/mētis ſue tenebꝛas ſecū poꝛtat: ſupna
nō appetit/infimis intendit: celeſtia nequaq̄ deſiderat/
terrena ſemp in aio verſat:⁊ hoc qḋ de ſuo genere doluit/ Incur-
in ſeipſo exclamauit dicēs. Incuruatꝰ ſum ⁊ humiliatꝰ ſū uamur a
vſꝙ̄quaꝙ̄. Contemplationē nāꝙ̄ celeſtiū perdens: ſi ſola ſupnis.
carnis neceſſaria homo cogitaret/incuruatꝰ ⁊ humiliatꝰ
eſſet: ſed tamen vſꝙ̄quaꝙ̄ non eſſet. Quē ḡ a ſupernis co
gitationibꝰ nō ſolum neceſſitas deiicit/ſed etiā voluptas
illicita ſternit: nō ſolum incuruatꝰ/ſed vſꝙ̄quaꝙ̄ incurua
tus eſt. Hinc alius ꝓpheta de immundis ſpiritibus dicit. Eſa. li.
Qui dixerūt anime tue/incuruare vt trāſeamus. Recta
q̄ppe ſtat anima cuꝫ ſupna deſiderat: et nequaq̄ flectitur
ad ima. Sed maligni ſpiritus cum hāc in ſua rectitudine
ſtare conſpiciūt/ꝑ eam trāſire nō poſſunt. Tranſire nāꝙ̄
eoꝛum eſt immūda illa deſideria ſpargere. Dicūt ergo in-

curuare vt tranſeamus: quia ſi ipſa ſe ad ima appetēda
nō deijcit/cōtra hanc eoꝝ peruerſitas nullarenꝰ conuale
ſcit: ⁊ tranſire ꝑ eam nequeunt/quā contra ſe rigidā in ſu
perna intentione primeſcūt. Nos ǵ fratres chariſſimi viā
malignis in nobis ſpiritibꝰ damus: cū terrena cōcupiſci
mus/cū ad tēpoꝛalia appetēda curuamur. Pudeat ergo
terrena concupiſcere/⁊ doꝛſa mentiū aſcendentibꝰ aduer
ſarijs pꝛebere. Terrā ſemper intuetur q̇ curuus eſt: ⁊ quo
pꝛemio ſit redemptꝰ non meminit: quia ima q̄rit. Hinc ꝑ
Leui. xx. Moyſen dr̄. Ut qui gibbo pꝛemitur/nequaq̄ ad ſacerdo
tiū pꝛomoueatᷣ. Et q̄ꝗ chꝛiſti ſanguine redēpti ſumꝰ mē
bꝛa eiuſdē ſummi ſacerdotꝭ efficimur. Un̄ nobis ꝑ Petrū
i. Pe. ij. dicitᷣ. Uos aūt genꝰ electū: regale ſacerdotiū. Sed q̇ gib
bum tolerat/ima ſemꝑ intuetᷣ: a ſacerdotio ǵ repellitᷣ: q2
q̇ſq̇s ſolis terrenis intētꝰ eſt/ipſe ſibi teſtis eſt/ꝙ mēbꝛum
Leui. xi. ſummi ſacerdotꝭ nō eſt. Hinc rurſus piſces q̇ penulas nō
habent/ab eſu fidelis ppl̄i ꝓhibentᷣ. Piſces quippe q̇ pē
nulas habēt/dare etiā ſaltꝰ ſuꝑ aquas ſolēt. Quid ǵ pēna
tis piſcibꝰ niſi electoꝝ aie figurantᷣ? Que ꝑfecto ſole in ce
leſtis eccleſie coꝛpꝰ trāſeūt: q̇ mō virtutū pēnulis fulte/ſal
tus dare ꝑ celeſte deſideriū ſciūt: vt ſupna ꝑ cōtemplatio
nē appetant/q̄uis in ſe iterū ex moꝛtali carne relabātur.
Epilogꝰ doctrinalis. Si ǵ iā bona patrie celeſtis agnouimꝰ: diſpliceat nobis
fr̄es chariſſimi ꝙ curui ſumꝰ. Ponatᷣ ante oculos mulier
curua/⁊ arboꝛ infructuoſa. Reminiſcamur maloꝝ que fe
cimus: mittamꝰ ad radicē coꝛdis cophinū ſtercoꝛis: vt tūc
in retributionis fructu pingueſcat/qđ nobis hic ꝑ pniam
fetebat. Et ſi virtutū ſumma opari nō poſſumꝰ: ipo deus
noſtro gaudet lamēto: ex ipſa ei iuſtitie inchoatiōe place
bimꝰ/qui iniuſta que fecimꝰ punimꝰ. Nec moꝛa erit in fle
tibꝰ: q2 tergūt citius trāſeuntes lachꝛymas gaudia māſu
ra: ꝑ dn̄m noſtrū Jeſum chꝛiſtū: q̇ viuit ⁊ regnat cū p̄re in
vnitate ſpūſſancti deus ꝑ oia ſecula ſeculoꝛum. Amen.

Dn̄ica. XVIII. Matthei. XXII.

In illo tempoꝛe: Acceſſerunt ad Jeſum phari
ſei: ⁊ interrogauit eum vnus ex his legiſdoctoꝛ tē
tās eū. Magiſter quod eſt mādatū magnū in le
ge? Et reliqua. Homilia beati Joannis epiſcopi

Frequēter iudei diuer
ſis interrogationibꝰ chꝛiſtū tentantes: ſibi q̇dē
acquiſierunt interitū/nobis autē ꝓuiderūt ſa
lutē. Nā verba chꝛiſti ꝓfecerunt illis ad cōfuſionē/nobis
autē ad edificationē: qm̄ reſponſis eius vincebantᷣ/⁊ nō
placabantᷣ. Nā malitia frequēter quidē vincitᷣ/nūq̄ autē
placatᷣ. Phariſei ſunt oēs q̇ contra veritatē contendūt: q̇
nō veritatē defendere cupientes certāt/ſed ſubuertere fe
ſtinant. Qui enim pꝛo veritate contendit/cognita veri
tate conſentit veritati. Qui aūt cōtra veritatē non cōſen
tit veritati: manifeſtū eſt qm̄ ꝑus non ꝓ veritate/ſed con
tra veri partem certabat. Audi igitᷣ hō fidelis q̇ cōtra he
reticū libenter cōtendis. Si phariſei placati ſunt: ⁊ tu cer
Quō diſſerendū cū hereticis. tando cōtra hereticū potes eū placare cū viceris. Si aūt
phariſei victi quidē ſunt/placati aūt nō ſunt: quō tu pote
ris eos placare cū viceris? Nunq̇d chꝛiſto foꝛtioꝛ es: vt q̇s
ille nō placauit tu places? Debuerūt q̇dē timere ſaduceo
rū exēplū: vt ne ſiſr interrogantes cōfundantᷣ: ſed ardēs
malitia dū ſe ſatiare feſtinat/nō aſpicit exituꝫ rei: vt tātū
modo alteri noceat/nec ſibi parcēs. Si neminē antevicif
ſent: foꝛſitā iuſta rōne ſe ſperarēt/poſſe eū vincere a q̇ nul
lus eſt victus. Nūc aūt viderēs: qm̄ quotq̄t eū interroga
re auſi ſunt/oēs victi receſſerūt: q̇d eſtimādi ſunt iſti? Nū
quid foꝛtioꝛes q̄ ceteri/q̇ victis oibus vincere poſſint? Sꝫ
impꝛudētioꝛes/q̄ oēs q̇ cōfuſis oibus ante ſe/ſiſr erube
Tex. ſcere nō timuerūt. Cōuenerūt in vnū: ⁊ īterrogauit eū
vnꝰ legiſdoctoꝛ. Cōuenerūt vt multitudine vincerēt/quē
rōne ſuꝑare non poterant. A veritate nudos ſe eſſe ꝓfeſſi
ſunt/q̇ multitudine ſe armauerūt. Dicebāt enim apud ſe:

Unus loquatur ꝓ omnibꝰ: ⁊ oēs loquamur ꝑ vnū: vt ſi q̇
dem vicerit/oēs videamur victoꝛes: ſi aūt victꝰ fuerit vel
ſolus videatᷣ confuſus. O phariſei qui oia propter hoies
cogitatis ⁊ facitis. Pꝛimū quidē venientes cum vno/vincē
di eſtis ꝑ vnū: tamen putatis q2 vno victo/homines non
intelligant oēs vos eſſe victos. Nunq̇d cōſcientie vr̄e non
ſentiant ſe eſſe cōfuſas? Leuis eſt em̄ cōſolatio/q̇ in ſeipſo
confuſus eſt ꝙ ab alijs ignoꝛatᷣ. Magiſter/qđ eſt mā Tex.
datū magnū in lege? Magiſtrū vocat/cuiꝰ nō vult eſſe di
ſcipulus. Simpliciſſimꝰ interrogatoꝛ ⁊ maligniſſimꝰ inſi
diatoꝛ de magno mandato interrogat/q̇ nec minimū ob
ſeruat. Ille em̄ debet interrogare de maioꝛe iuſtitia/q̇ iā
minoꝛem impleuit. Dn̄s autē ſic eū repꝛehendit/vt interro
gationis eius fictā cōſcientiā/ſtatim pꝛimo reſpōſo ꝑcurteret
dicens. Diliges dn̄m deū tuuꝫ in toto coꝛde tuo. i. nō ſi Tex.
cut tu q̇ deuotionē oſtēdis in oꝛe/et fraudē meditaris in
coꝛde. Magnū aūt ⁊ minimū mādatū dicimꝰ: quātū ad
dignitatē mandatoꝝ/nō quātū ad vtilitatē. Alioq̇n vtili
tas oim mādatoꝝ vna eſt: ⁊ oia mādata q̄ videntᷣ eſſe mā Excellētia mandatoꝛum exponitᷣ
datū/ita ſibi coherēt/vt alterū ſine altero eſſe non poſſit.
Utputa ſi iterroget te aliq̇s ī edificatiōe domoꝝ: q̄ pars
eſt melioꝛ: dicis fundamentū. Sꝫ quēadmodū edificatio
nō pōt eſſe niſi fuerit fundamētū: ita nec fundamētū pōt
eſſe/niſi edificatio fuerit ſubſecuta. Nec dr̄ fundamētum
niſi ſit edificatio cuiꝰ fūdamētū dicatᷣ. Ergo fundamētū
edificatione dignīꝰ eſt/nō vtilīꝰ. Sic ⁊ caput dignīꝰ eſt q̄
mēbꝛa: tn̄ nec mēbꝛa ſine capite nec caput ſine mēbꝛꝭ. Sic
dignioꝛes ſunt ſacerdotes q̄ ppl̄s/nō tn̄ vtilioꝛes: q2 nec
ppl̄s ſine ſacerdotibꝰ/nec ſacerdotes ſine ppl̄o eē poſſūt.
Ita ⁊ dignius eſt hoc mandatū: diliges dn̄m deuꝫ tuū ex
toto coꝛde tuo/q̄ illud: nō cōcupiſces/nō occides/tn̄ vti
litas vna eſt. Nā q̇ diligit deū ille nō occidit aut cōcupiſcit
q̇ aūt occidit aut cōcupiſcit/nō diligit dn̄m deū ſuū. Eſſe
aūt minoꝛa mādata/dn̄s manifeſtat. Si q̇s vnū ex mini
mis iſtis mādatis ſoluerit: ⁊ docuerit ſic hoies/minimus
vocabitᷣ in regno celoꝝ. Diliges iḡr/nō timebꝭ: q2 diligere
maiꝰ eſt q̄ timere. Minoꝛatio em̄ culture dei hꝫ timoꝛem
ꝑfectio aūt dilectiōeꝫ dicēte ioāne. Perfecta aūt dilectio i. Jo. iiij.
foꝛas mittit timoꝛē. Donec em̄ hō timet deū/nō eū diligit
Cum aūt diligere ceperit/iam non cū tm̄modo timet/ſꝫ
etiā amplīꝰ diligit. Timere em̄ ſeruoꝝ eſt: diligere filioꝝ.
Timoꝛ ſub neceſſitate eſt: dilectio in libertate. Qui in ti
moꝛe ſeruit deo/penā q̇dē euadit: mercedē aūt iuſtitie nō
hꝫ: q2 inuitus facit bonū ꝓpter timoꝛē. Nō vult ǵ deus vt
timeatᷣ ab hoibꝰ q̄ſi dn̄s: ſed vt diligatᷣ q̄ſi pr̄/q̇ adoptiōis
ſpm̄ donauit hoibus. Nam ſi cōſideremꝰ ab initio creati
hois cauſam: intelligimꝰ q2 deꝰ ſe magis patrē voluit eſſe
hoim q̄ dn̄m. Nō em̄ dixit: tm̄modo faciam hoiem. Sed Gen. i.
faciamus hoiem ſm̄ imaginē noſtram. Simulare aūt cō
uenit filijs ad patres ſuos: non etiā ſeruis ad dn̄os ſuos.
Quid eſt diligere deū ex toto coꝛde/niſi vt coꝛ tuū non ſit
inclinatū ad vllius rei dilectionem amplīꝰ q̄ dei: nec dele
cteris quaſi ſpecie mūdi amplius q̄ dei: nō in honoꝛibus:
non in auro vel argento: nō in poſſeſſionibus aut vineis:
nō in aialibus aut mancipijs: nō in oꝛnamentis aut veſti
bus: nō in filijs aut parētibus aut amicis: ſed hec omnia
exiſtimes tibi eſſe in deo vt pꝛe his omnibus ames deum.
Si aūt in aliquo hoꝝ amoꝛ coꝛdis tui fuerit occupatꝰ: iā
ex toto coꝛde nō amas deū. Pꝛo quāta em̄ parte coꝛ tuuꝫ
fuerit ad aliquā rem/pꝛo tanta parte minꝰ eſt ad deū. Ec Doctrina coniugalis.
ce ſi vir habeat vxoꝛem: quō cognoſcitur vxoꝛis plena dile
ctio? Uxoꝛ neminē debet ſapientioꝛem putare q̄ virū ſuū:
⁊ ſi ſit alter ſapientioꝛ/tn̄ illa ſapientioꝛem eſſe alteruꝫ in
telligere nō debet. Uxoꝛ neminē foꝛtioꝛem debet putare
q̄ virum ſuum: et ſi ſit alter foꝛtioꝛ/tamen illa intelligere
non debet alterum foꝛtioꝛem. Uxoꝛ neminē debet foꝛmo
ſioꝛem putare q̄ virū ſuum: ⁊ ſi ſit alter foꝛmoſioꝛ/tamen
corā oculis eius alter foꝛmoſioꝛ nō debet apparere. Per
fectū em̄ odiū ⁊ ꝑfectꝰ amoꝛ verū iudicium nō cognoſcit
vtputa ſi ꝑfecte odias aliquem: qualiacūq̧ fuerint apud

Digitized by Google

illū oīa tibi diſplicēt/ſiue q̄ agit:⁊ ſi ſint bona tñ tibi mala
videntur. Sic ⁊ ſi perfecte aliquē amas:q̄cūq; ſunt apud
eū tibi placēt/ſiue que loquit̄/ſiue q̄ agit:⁊ ſi mala ſunt
tamen tibi bona videntur. Ergo ⁊ vxor ſi videns aliquē
dixerit q̄ ſapiens vir/vtinā vir meus talis eſſet:iam amor
eius minus habet aliquid de perfecto amore. Si videns
aliquem dixerit:q̄ formoſus homo/vtinā vir meus talis
eſſet:iam amor ei⁹ minus habet aliquid de pfecto amore.
Et pro quanta parte amplius aliquid laudauerit in alte
ro viro q̄ in ſuo:tāto dilectio minor eſt ad virum ſuū. Sic
ḡ ⁊ aīa/oīs chriſtiana:que ſponſa eſt chriſti/ita debet intel
ligere deum: vt nihil ſit in mūdo qđ amplius amet q̄ eū.
Pro quanta eñ parte plus aliquid amauerit/pro tanta
Amor dei diſtinguitur. parte min⁹ amat deū: q̄d eſt in tota anima diligere deū?
Id eſt certiſſimū animū habere in veritate:⁊ firmū eſſe
in fide. Alius eſt eñ amor cordis:⁊ alius eſt amor anime.
Amor cordis quodāmodo carnalis eſt:vt etiā carnaliter
deū amemus:quod facere nō poſſumus niſi receſſerim⁹
ab amore mūdialiū rerum. Sicut eñ caſta mulier:q̄ virū
ſuū amat nullū aliū amat:ſi autē alterū amauerit/iā non
amat virū ſuū:ita ⁊ hō ſi deū amat/mundū nō amat:ſi au
tē mundū amauerit/iam deū ex toto corde nō amat. Er-
go cordis amor nō itelligit̄ in corde/ſed ſentitur: q: quo-
dāmodo carnalis eſt. Amor aūt anime non ſentit̄ in cor-
de/ſed intelligit̄: q: amor anime indiciū eſt/puta q̄ didi-
ciſti vnū deū ex quo oīa:⁊ vnū deū p quē oīa. Si iterū itel
lectus tuus alicui⁹ doctrine ſeductiōe pcuſſus/ceperit du
bitare de ſubſtātia dei/in tota aīa nō diligis deū. Iterū q̄
putat icātatiōes aliq̄d poſſe:aut auguria aliq̄d intellige
re:aut diuinatiōes aliq̄d nūtiare:ille nō ī tota aīa diligit
deū. Qui oē bonū credit apud deū/⁊ oīa bona credit eſſe
deū:extra deū nō credit eſſe bonū:q̄ oēm virtutē ⁊ omnē
ſapiētiā credit eſſe deū:extra deū neq; ſapiētiā aliquā eſſe
credidit/neq; virtutē:q̄ credit deum oīa facere/⁊ ſine deo
nihil poſſe fieri:ille tota mente diligit deū. Quid eſt in to
ta mente diligere deū? Id eſt vt oēs ſenſus tui q̄ ptinent
ad mentē deo vacent. Cui⁹ intellect⁹ deo miniſtrat:cuius
ſapiētia circa deū eſt:cui⁹ cogitatio ea q̄ dei ſunt tractat:
cui⁹ memoria q̄ bona ſunt recordat̄ tota mēte diligit deū
i.co.xiiij. ſicut ait apl's. Pſallā ſpū/pſallā mēte. Cui⁹ aūt aut intelle
ct⁹ q̄ dei ſunt nō itelligit:aut nō ſm deū ſapit:aut ſciētia il
li⁹ vana eſt ⁊ ſecularis:aut recordatio illi⁹ nō eſt bona:aut
cogitatio diſplicens deo/ille non tota mēte diligit deum.
Tex. ¶ Hoc eſt primū ⁊ maximū mandatū. Secūm autē eſt ſi-
mile huic. Diliges pximū tuū ſicut teipm. Videt̄ chriſtus
nō ad interrogata rñdere. Ille eñ interrogat qđ eſt man
Intellectus ſubtilior. datū magnū:puta dixit:diliges dñm:ſi voluit ⁊ alterū mā
datū introducere:debuit minimū dicere nō ſcđm:ſecūdū
autē primū reſpicit. Sed vide quid voluit oſtendere. Dili
ges dñm:⁊ primū ⁊ magnū eſt:diliges pximū/magnum
quidē eſt/primū autē nō eſt:⁊ ideo dixit/ſimile eſt. Conſi
dera ḡ myſteriū. Quis eſt prim⁹ noſter? Chriſtus:q̄ ſuſci
piēs carnē noſtrā fact⁹ eſt primus nobis:ſicut in parabo
la illa chriſt⁹ oñdit cū dixiſſet phariſe⁹. Et q̄s ē me⁹ prim⁹
Luce. x. introduxit hoīem a latronib⁹ vulneratū:⁊ a ſacerdote de
ſpectū:a Samaritano aūt receptū/q̄ eſt ipſe chriſt⁹. Ergo
primū mandatū eſt ⁊ magnū/deū patrē diligere.i.cogno
Jo.iij. ſcere. Ergo fili⁹ dei magn⁹ ſicut pater. Quicq̄d eñ pater
pōt:⁊ fili⁹ pōt. Pater eñ diligit filiū:⁊ oīa dedit in manu
eius. Sed q: oīa filius a pr̄e dāte pōt ſicut pr̄: ideo pater
magn⁹ de⁹ ⁊ primus:fili⁹ aūt magnus de⁹ quidē:non tñ
Titū. ij. primus/ſicut ait apl's. Expectātes aduētū magni dei ⁊ ſal
uatoris noſtri Jeſu chriſti. Ut aūt ſimpliciter itelligam⁹
pximū noſtrū oēm hoīem eſſe fidelē:q̄ hominē amat fide
lem ſimile eſt ſicut q̄ deū amat:q: imago dei eſt hō. Sicut
rex in ſua imagine honorat̄ vel cōtēnitur:ſic ⁊ deus in ho
mine/vel diligit̄/vel odit̄. Nō pōt hoīem odire qui deum
amat:nec pōt deum amare q̄ hominē odit:ſicut ait Joan
i.Joā.iiij. nes apl's. Qui dicit ſe diligere deū ⁊ nō diligit fratrē ſuū
mentit̄. Si eñ fratrē quē vides nō diligis:deū quē nō vi-
des quō potes diligere? Quis honorat regem:⁊ cōtēnit
ei⁹ imaginē? Aut q̄s honorat imaginē:⁊ auctorē cōtēnit
imaginis? Aut ita. Qm̄ phariſei ſciebāt q̄dē qđ eſſet mā-
datū magnū in lege/⁊ tentantes interrogabāt:volēs eis
oſtendere:q: nō ſufficiebat eis ſoli⁹ dei patris agnitio ad
ſalutē:non ſolū dixit. Diliges dominū deū tuū in toto cor
de tuo:⁊ in tota aīa tua:ſed addidit. Diliges pximū tuū
ſicut teipſum/q̄ erat ipſe. Alioquin ſi ad ſolā interrogatio
nem eorū reſpōdiſſet/ſufficeret dicere. Diliges dñm deum
tuum:⁊ nō adderet: pximū tuum ſicut teipm:ſm quod ⁊
alibi dicit. Hec eſt vita eterna:vt cognoſcant te ſolū verū Jo. xvij
deū/⁊ quem miſiſti Jeſum chriſtū. Et vide q: nō dixit. Co
gnoſces dñm deū tuū/ſed diliges:qm̄ cognoſcere verum
deū/pene ppriū eſt humane nature: diligere aūt eū/reli-
gioſi cordis ē ⁊ recti. Et q̄cūq; dilexerit deū ex toto corde:
nō eſt poſſibile vt nō pueniat ad filij ei⁹ agnitionē i. pxi-
mi. Ipſa eñ dilectio dei q̄ in eo habet̄/illuminās cū pſtat Oia mā
ei ducatū vt poſt patrē cognoſcat ⁊ filiū. ¶ In his duob⁹ data re-
mādatis/lex pendet ⁊ pphete. Qui proximum ſuum di- ducūtur
ligit nec occidit nec mentit̄ illi quē diligit:nec falſum teſti- ad vnū.
moniū dicit de eo quē diligit/nec mulierē illi⁹ inuadit. Si
cut odiū oē malū ſuggerit:ſic dilectio oē bonū. Unde ait
apl's. Eſt fides q̄ per dilectionem operat̄. Aut ita. Qm̄ de Gal.v.
patre ⁊ filio oīs prophetarū ⁊ legis predicatio exiſtebat:
per quos pphetas agnoſcens quis pximū ſuum/hoc eſt
filium dei/ad primū ⁊ magnū mādatū pueniebat:vt dili-
geret dñm deum/melius cognoſcens eū p ſeipm. ¶ Con Tex.
gregatis aūt phariſeis/iterrogauit eos Jeſus. Quid vo
bis videt̄ de chriſto/cui⁹ fili⁹ eſt? Rñderunt Dauid. Et di
xit eis. Quomodo ḡ Dauid in ſpū vocat eū dñm/ſi filius
eius eſt? Iudei eſtimātes hoīem chriſtū tētabāt. Nec eñ
tentaſſent eū/ſi eū dei filiū crediſſent. Volens ergo eis
chriſt⁹ oſtēdere: q: cognoſcebat fallaciā cordis eorū:⁊ q:
nō erat hō q̄ tentabat̄/ſed de⁹ quē nemo pōt tentare:nec
dicere poterat manifeſte veritatē de ſe nec tacere. Dicere
eñ nō poterat:ne malorū occaſionē blaſphemi inuenien-
tes iudei amplius inſanirēt. Tacere aūt non poterat ve-
ritatem/q: ad hoc venerat vt veritatē annuntiaret. Ideo
talem interrogationē eis ppoſuit:vt eo tacēte/ipſa inter
rogatio ei⁹ oſtēderet eis. Nunq̄d poterat dñs ei⁹ eſſe qui
ex eo fuerat naſciturus? Puta autē hāc interrogationē
non ſolū cōtra phariſeos/ſed etiā cōtra hereticos poſuit.
Nā ſm carnē vere fili⁹ erat Dauid:dñs aūt ſm diuinita-
tē. Si ḡ chriſt⁹ ſm carnē dicit̄ chriſt⁹:aut ſm carnē iuſſus
eſt ſedere ad dexterā patris:ſicut heretici putāt/ex equa
litate mendaciū cōponere feſtināres:nūq̄ chriſt⁹ Dauid
filiū eſſe ſe denegaſſet. Nā nobis filius pōt eſſe q̄ poſt nos Chriſti
futurus eſt:dominus autē eſſe nō poteſt/niſi qui aut no- duplex
biſcum aut ante nos eſt. Chriſtus autem ſm carnem poſt natura
Dauid eſt:ſm diuinitatem autē ante Dauid. Ergo illum oſtēdit̄.
ſignificabat dominū ſuū:illum ſignificabat iubendū ſe-
dere:qui iam tunc erat:ideſt vnigenitus deus. ¶ Et ne- Tex.
mo poterat ei reſpondere verbum/neq; auſus eſt quiſq̄
ex illa die eum amplius interrogare. Confuſio multorū
fuerat diſciplina cunctorum. Nam ⁊ ſi credim⁹/q̄ omnia
ſibi ſcđm pvidētiā dei agebātur:intelligimus:quoniam
non illis deſinentibus interrogare chriſtus deſijt docere
ſed q: chriſt⁹ deſierat/eos iam vlteri⁹ nō auſos eſſe inter
rogare. Nā q̄ mari terminū poſuit: ipſe audacie diaboli
aduerſum ſe agentis/qñ voluerit tunc finem ponit.

¶ Dñica decimanona. Matthei. IX.

¶ In illo tpe. Aſcendens Jeſus in nauiculam
tranſfretauit:et venit in ciuitatem ſuam. Et reli
qua. Homilia beati Hieronymi.

Chriſtū in hūanis acti
b⁹ diuina geſſiſſe myſteria:⁊ ī reb⁹ viſibilib⁹ iui
ſibilia exercuiſſe negotia/lectio hodierna mō-
ſtrauit. Aſcēdit iḡt ī nauiculā ⁊ trāſfretauit:⁊ venit ī ciui Tex.

Digitized by Google

Exodi xiiij. tatem suā. Nōne hic est q̄ fugatis fluctibus maris pfun/da nudauit: vt Israeliticus pp̄ls inter stupētes vndas sicco vestigio/velut montiū concaua trāsiret. Nōne ipse est

Jo.xxi. q̄ Petri pedib⁹ marinos vertices inclinauit: vt tūc liquidū humanis gressib⁹ solidū pberet obsequium. Et qd est qḋ ipse sibi maris sic denegat seruitutē: vt breuissimi lac⁹ transitū sub mercede nautica trāsfretaret: Ascēdit inquit in nauiculā ⁊ trāsfretauit. Et inq̄t nimirū fres: Christus venit suscipere infirmitates nostras: ⁊ sua nobis cōferre medicamēta sanitatis: q: medicus q̄ nō fert infirmitates curare nescit: ⁊ q̄ nō fuerit cū infirmo infirmat⁹/infirmo

Necessitates quare a christo assumpte. nō pōt cōferre sanitatē. Christ⁹ ḡ si in suis mansisset virtutibus cōe cū hoībus nihil haberet: ⁊ nisi impleσset carnis ordinē/carnis i illo esset ociosa susceptio. Sustinuit ergo has necessitates: vt homo ver⁹ humanis necessitatibus pbaret. Ascēdit in nauiculā. Christus nauim seculi fluct⁹ semp mitigās ascēdit: vt credētes in se ad celestē patriam trāquilla nauigatiōe pducat ⁊ municipes faciat quos humanitatis sue fecit consortes esse. Nō ḡ christ⁹ indiget naui: sed nauis indiget christo. Quia sine celesti gubernatore nauis ecclesie per mundanum pelagus/p tanta ⁊ talia discrimina/ad celestē portum nō valet puenire. Hec diximus fratres quantū ad intelligentiam spiritualē: verum

Tex. ipsius historie ordinē prosequamur. ¶ Ascendēs inq̄t Jesus in nauiculā trāsfretauit: ⁊ venit in ciuitatē suā. Creator rerū orbis dn̄s: posteaq̄ se ꝑter nos nostra angustauit in carne/cepit habere humanā patriā: cepit ciuitatis iudaice esse ciuis: parentes cepit habere/parentū omniū esse parēs: vt inuitaret amor/attraheret charitas/vinceret affectio/suaderet humanitas: quos fugarat dn̄atio/met⁹ disperserat: ⁊ fecerat vis ptātis exteros. Venit in ci/

Tex. uitatē suā. ¶ Et obtulerūt ei paralyticū iacētē in lectulo Et vidēs inq̄t Jesus fidē illoꝝ dixit paralytico. Cōfide fili/remittunt̄ tibi pctā tua. Audit veniā ⁊ tacet paralytic⁹ nec vllā r̄ndet grām: q: pl⁹ corpis q̄ aīe tendebat ad curā ⁊ tpales erūnas resolui corporis sic deflebat/vt eternas penas resolutionis aīe nō defleret: gratiorē sibi psentē vitā iudicās q̄ futurā. Merito christ⁹ offerētiū fidē respicit ⁊ vecordiā sic iacētis respicit/vt fidei aliene suffragio paralytici aīa añ curaret̄ q̄ corp⁹. Respiciēs iq̄t fidē illoꝝ. Cernitis in hoc loco fres dn̄m nō q̄rere: insipiētiū volūtates nō expectare: ignorātiū fidē: nō ifirmi stulta desideria pscrutari/sed alteri⁹ fidei subuenire. Et reuera fres q̄si medicus languentiū aut q̄rit/aut respicit volūtates: cum sp̄ cōtraria desideret ⁊ req̄rat egrot⁹. Hinc est q̄ nūc ferrū/nūc ignē/nūc amara pocula ingerit: ⁊ apponit inuitis/vt curā sani sentiāt/quā sentire nō poterāt egrotantes. Et si hō iiurias despicit/maledicta cōtēnit: vt sauciatis manib⁹ spōte vitā cōferat ⁊ salutē: quātomagis christ⁹ medic⁹ bonitate diuina/morbis saucios pctōꝝ: ⁊ phrenesi criminū laborātes/ad salutē etiā iuitos attrahit ⁊ nolētes. O si velimus fres: o si velim⁹ mētis nr̄e oēs paralyses sp̄ videre: ⁊ animā nostrā virtutib⁹ destitutā/iacere in vitioꝝ strati/

Remittere pctā est deitatis insigne. bus cernerem⁹: luceret nobis quēadmodū christ⁹: q̄ nr̄as quotidie noxias despicit volūtates: ⁊ ad salutaria nos remedia ptrahit/vt purget iuitos. Fili inq̄t/remittunt̄ tibi pctā tua. Hec dicēs deū se volebat itelligi: q̄ p hoīem oculis adhuc latebat humanis. Virtutib⁹ etem ⁊ signis comparabat̄ pphetis: q: p ipm fecerāt ⁊ ipsi virtutes. Pctis autē dare veniā/q: penes hoīem nō est: ⁊ est singulare deitatis insigne: deū illū pectoribus inserebat humanis. Probat h̄ pharisaicus liuor: nā cū dixisset/remittunt̄ tibi pctā

Tex. tua: r̄nderunt pharisei. ¶ Hic blasphemat. Quis eñ pōt pctā dimittere/nisi sol⁹ deus? Pharisee q̄ sciēdo nescis/cōfitēdo negas/cū testaris impugnas. Si de⁹ est q̄ remittit pctā: cur tibi christ⁹ de⁹ nō est: q̄ in vno indulgētie sue mu/

Joā.i. nere/toti⁹ mundi pbat̄ abstulisse pctā. Ecce inq̄t agnus dei: ecce q̄ tollit pctā mundi. Vt aūt possis maiora capere diuinitatis eius insignia: audi eū pectoris tui penetrasse secretū. Aspice eū ad cogitationū tuaꝝ latebras puenisse intellige eum cordis tui nudare cōsiliū. ¶ Et cū vidisset Tex.

iq̄t Jesus cogitatiōes eoꝝ dixit. Quid cogitatis mala in cordib⁹ vestris: Quid est facili⁹ dicere/remittūt̄ tibi pctā tua q̄ dicere/surge ⁊ ambula: Vt sciatis aūt q: fili⁹ hoīs ptātem h̄z dimittēdi pctā: dixit paralytico. Surge tolle lectū tuū: ⁊ vade in domū tuā. Et surrexit ⁊ abijt in domum suā. Scrutator aīoꝝ puenit mētiū magna cōsilia: ⁊ deitatis sue potētiā opis attestatiōe mōstrauit: dū dissipati corporis mēbra cōponit/neruos stringit/iūgit ossa/cōplet viscera/firmat artus: regressus ad cursus suscitat inuiuo cadauere iā sepultos. Tolle lectū tuū: h̄ est/porta portantē oneris muta vices: vt qḋ fuit ifirmitatis testimoniū/sit pbatio sanitatis: vt lect⁹ doloris tui/sit mee curatiōis idiciū vt recepte fortitudinis magnitudinē pōderis asserat magnitudo. Vade (inq̄t) in domū tuā/ne christiana fide curatus in vijs iudaice pfidie iam morieris. Tu autem.

¶ De eadem dn̄ica: Matthei. IX.

¶ In illo tempore: Ascendens Jesus in nauiculam transfretauit: et venit in ciuitatem suam. Et reliqua. Homilia eiusdem lectionis.

Creator rerum dn̄s Jesus/postq̄ se ꝑter nos nr̄a angustauit in carne: cepit habere patriā/cepit esse ciuis iudaice ciuitatis: vt eos de quib⁹ hūanitatē assumpserat/ad credendum sibi inuitaret: amore ⁊ charitate suaderet/⁊ affectuosa humanitate attraheret. Loquens ḡ sanctus euāgelista Mattheus de domino Jesu dicit. ¶ Quia ascen/ Tex.

dens in nauim transfretauit/hoc est trans fretum abijt. Fretum dicitur angustū mare/a feruore scʒ ⁊ ebullitione q̄m mare ibi ampli⁹ feruet vbi angustius habetur. Fretū autem hoc loco mare Galilee debem⁹ intelligere: quod dn̄s frequēter trāsnauigabat: vt multitudinē incolarum circūquaq̄ habitantiū/sua assidua pdicatione ad salutē iuitaret. Ciuitas aūt dn̄i s̄m carnē nazareth fuisse d: cōceptione pariter ⁊ nutrimēto eius decorata. Questio sane inter Marcū ⁊ Mattheū oborit̄. Q: Marc⁹ dicit h̄ ipm Mar.ij.

miraculū paralytici in Capharnaū factū. Mattheus ho ita narrat: q̄si veniēte dn̄o i ciuitatē suā quā Nazareth diximus/obtulerūt ei paralyticū: quē curauit. Que questio difficili⁹ solueret̄ si Matthe⁹ i h̄ loco etiā Nazareth noiaret. Sʒ q: Nazareth ⁊ Capharnaū ciuitates vtreq̄ i Galilea puincia habēt: veniēs dn̄s i Galileā/rectissime i ciuitatē suā venisse d: i quācūq̄ oppido Galilee fuisset. Nā ⁊ ipa Questio euāgelica soluitur.

Galilea: tota vcʒ puincia pōt dici ciuitas christi. Siq̄de ⁊ illud regnū iudeoꝝ numerosis ciuitatib⁹ quōdā amplissimū/vna dom⁹ isrl̄ d: nedū etiā vna ciuitas dicat̄. Et hoc qd necesse est longius ptrahere: Ipa etiā christi ecclia q̄ p totū orbē diffusa est ciuitas appellat̄. Dicit eñ ps̄ Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Cum ḡ dn̄s hoc signū (sicut Marc⁹ dicit) i Capharnaū fecit: nō ē dubiū q̄ i sua ciuitate h̄ fecerit. Presertim q: ⁊ ipa Capharnaū in Galilea q̄ erat puincia dn̄i ita excellebat: vt tāq̄ metropolis haberet̄. Alio q̄ modo hec q̄stio a doctorib⁹ soluit̄: vt qḋ dicit Matthe⁹ euāgelista trāsfretasse dn̄m/⁊ venisse in ciuitatē suā/ptermiserit qd ibi fecerit dn̄s: ⁊ trāsierit ad sequēs miraculū/qḋ factū est de paralytico i Capharnaū. Marcus eñ totū ex ordine quō gestū sit narrat. Vel certe ideo Capharnaū ciuitas dn̄i d: q: in ea vel in finib⁹ eius assidue pdicauerit: ⁊ maxima miracula opatus sit: sicut ipse Mat.xi.

dn̄s alibi p semetipm illi iproperās dicit. Ve tibi Capharnaū: q̄ vsq̄ ad celū exaltata es/clarificatiōe .s. miraculoꝝ meoꝝ: vsq̄ in infernū detraheris. Q: si in Tyro ⁊ Sidone facta fuissent q̄ in te facta sunt: olim in cinere ⁊ cilicio pe/ Tex.

nitētiā agerēt. ¶ Et ecce offerebāt ei paralyticū iacētem in lecto. Paralysim greci dicūt dissolutionē mēbrorū: qui morb⁹ partem corporis quā occupauerit/officijs vniuersis funditus destituit; plerūq̄ vero ⁊ totū corpus inua/

Digitized by Google

Tex. dit. ¶ Et vidēs Jesus fidē illoꝝ dixit paralytico. Cōfide fili, dimittunt̄ tibi pctā tua. Hec dicēs deū se volebat itelligi: q: adhuc ꝑ humanitatē latebat hoīes: vt vꝫ per hoc ꝙ pctā dimittere poterat: qđ solūmō dei esse cōstat ⁊ non hoīs, ad credulitatē fidei accedere nō dubitarēt. Jntuendū aūt quātū impetrare valeat fides vniuscuiusꝗ ꝓpria: ſi tātū aliena valuit, vt ſuo interuētu alteri salutē mētis ⁊ corꝑis subito ꝓmereri potuerit. Nō eī̄ ait euāgelista dñs vidiſſe fidē illius q̄ portabat̄: ſed eoꝝ potiꝰ q̄ hunc offerebant. Qua in re magna quidē ⁊ vtilis nobis cōmēdatur humilitas vt veraciter credamꝰ ꝑ eoꝝ q̄ deo accepti ſunt interceſſionē adiuuari eos, q̄ aut minꝰ digni ſunt ꝑ ſe exaudiri: aut etiā ꝓpe infirmitatē cōſciē bonoꝝ hoīm ſe interceſſioni cōmēdāt: vt eoꝝ opere et tꝑale ⁊ ſpūale a deo auxiliū cōſequatur. Cōfide inquit dñs fili. Miranda eſt humilis in redēptore noſtro dignatio: q̄ hoīeꝫ inualidū ⁊ in toto corpore tabefactū filium vocare dignat̄: quē ſcribe ⁊ phariſei nec dignabātur attingere. Qđ ſi ad opꝰ diuinū qđ in hoīe gerebat̄ attēdimꝰ: merito filiū vocat quem a pctis abſoluit. Jn hoc etiā ꝙ curaturus a ſua infirmitate hoīe, ꝓus pctā illi dimittit q̄bus eādē infirmitatē cōtraxit: ⁊ poſtea eū ſanitate reſtituit: oſtēdit eū ob meritū culparū dānatum fuiſſe debilitate mēbroꝝ: nec aliter poſſe euadere egritudinē corporis: niſi ꝓus liberaret̄ ab infirmitate incōmoda cordis. Dimittunt̄ inquit tibi pctā. Audiēs paralyticus veniā delictoꝝ ſibi a dño repromitti: nō aliquid chriſto reſpondet: nec gratiā vel laudē illi rependit: q: ſcꝫ plus corporis ꝙ aīe deſiderabat ſalutē: ⁊ gratiorē ſibi pſentē vitā iudicabat ꝙ futurā. Sed chriſtus nō vecordiā iacentis reſpicit: immo fidē offerentiū intendēs ingrato peccata dimittit. Et q: ſemꝑ virtutibus inuidia

Tex. comes eſt: audiamꝰ qđ ſequit̄. ¶ Hic blaſphemat. Nō voce oīs hoc dixerunt: ſed in ſecreto cordis. Qđ manifeſtat euangeliſta cū dicit. Et cum vidiſſet Jeſus cogitationes eoꝝ dixit. Ut qđ cogitatis mala in cordibꝰ veſtris? Quid autem vocaret blaſphemiā, Marcus manifeſtius expo-

Mar. ii. nit, dicens. Et cogitabāt inquit quidā de ſcribis in cordibus ſuis dicentes. Quis poteſt peccata dimittere, niſi ſolus deus? Legerant ſiquidē ſcriptum in ꝓpheta, dicēte dño. Ego ſum qui deleo iniq̄tates tuas. Et iam indigna-

Eſa. xliij bantur ꝙ chriſtus quē purū hominē exiſtimabant: paralytico pctōꝝ veniā ꝓmiſiſſet tāꝙ deus. Quis ḡ neſciētes verū dicunt ſcribe ⁊ phariſei: q: nemo poterat pctā dimittere, niſi ſolus deus: qui ꝑ eos quoꝗ dimittit q̄bus poteſtatem dimittendi tribuit. Et ideo chriſtꝰ verus deus eſſe

Tex. ꝓbatur: q: pctā q̄bus vult dimittere valet. ¶ Et cū vidiſſet Jeſus cogitatiōes eoꝝ. Scrutator animoꝝ deꝰ preueniens mentiū mala cōſilia, oſtēdit ſcribis ⁊ blaſphemantibꝰ ſe deū eſſe: qui pōt etiā occulta cordis eoꝝ euidenter agnoſcere: ⁊ quaſi tacens loquit̄. Ut cognoſcatis me ve-

Inſigne deitatis chriſti. racīter deū eſſe: manifeſtū vobis fit latebras etiaꝫ cogitationū veſtrarū me apertiſſime cognoſcere. Ea ergo ptāte deitatis qua cogitatiōes veſtras intueri valeo, cognoſcite etiā hoībꝰ pctā me poſſe dimittere. ¶ Quid eſt faciliꝰ

Tex. dicere: dimittuntur tibi pctā, an dicere: ſurge et ambula? Utrū paralytico pctā fuerint dimiſſa, ſolꝰ chriſtꝰ nouerat qui dimittebat. Surgētē aūt ⁊ ambulantē illū, oēs q̄ aſſiſtebant viſu approbare poterant. Et ideo dñs carnale ſignū ſanitatis extrinſecꝰ operatꝰ eſt: vt ſpūale ſignū ꝺ eſt veniā pctōꝝ intrinſecus ꝓbaret̄ feciſſe. ¶ Ut ſciatꝭ autem

Tex. q: filius hoīs hꝫ ptātem in terra dimittendi pctā: tunc ait paralytico. Surge. Patet q: ⁊ ſi deus eſt: q̄ quātum diſtat occaſus ab oriente, longe fecit a nobis iniq̄tates noſtras ⁊ filius hoīs habet ptātem dimittendi pctā: ḡ idē ipſe eſt chriſtꝰ ⁊ deus ⁊ filius hoīs. Deus qui ꝑ diuinitatē pctā dimittit. Filius hoīs qui ꝑ humanitatē pro pctōribus mori potuit. Et aūt dicit, tūc ait paralytico, verba ſunt euāge-

Tex. liſte. ¶ Tolle ait lectū tuū: hoc eſt porta portantē te: vt qđ

Tex. fuit teſtimoniū infirmitatis, ſit ꝓbatio ſanitatꝭ. ¶ Et ſurrexit ⁊ abijt in domū ſuā. Jnter dictū dñi ⁊ factū nulla diſtantia eſt. Jpſe eī̄ dixit ⁊ facta ſunt: ipſe mādauit ⁊ creata ſunt. Et oīa quecūꝗ voluit fecit. Jnter dicere autē noſtrū ⁊ facere, plurima diſtantia eſt: q: facile q̄dem loq̄ poſſumus, ſed cū labore operamur. Chriſti vero dictum mox opera comitant̄: q̄m ipe dixit ⁊ facta ſūt. Ait ergo: Quid eſt facilius dicere, dimittūtur tibi pctā tua, an dicere: ſurge ⁊ ambula? Ac ſi dicat. Sicut facile eſt mihi dicere paralytico ſurge, ⁊ cōtinuo ſurgit: ſic facile eſt dicere, dimittūtur tibi pctā: ⁊ cōtinuo dimittūtur. Uidētes turbe. i. populi ſignū qđ fecerat, timuerūt deū: ⁊ glorificauerūt eū qui dedit ptātē talē hoībus. i. vt hō inter hoīes poſitus poſſet ſanitatē cuicūꝗ vellet tribuere. Cōfutatis igi ur illis qui dñm blaſphemie arguebāt, merito ſtupētes turbe, in laudē creatoris ꝓſiliunt. Ad cuiꝰ imperiū nulla interueniēte mora: feſtina ſalus totū hoīem repente poſſedit. Et curatione aūt iſtius paralytici: datur nobis intelligi pleraſꝗ

Nota liis doctrina elicit̄ incōmoditates hoībꝰ ꝓpter pctā cōtingere. Quinꝗ ſiquidem differentie cauſaꝝ tradunt̄: ꝑ q̄bus corporibꝰ humanis tꝑales moleſtie diuinitus iferūtur. Aut eī̄ ad augēda merita ꝑ patientiā electi infirmitate corporis grauantur: vt beato Job ⁊ Tobie contigit. Aut ad cuſtodiā virtutū ne ſuꝑbia tentante deficiant̄: ſicut apło Paulo datꝰ eſt

ij. Co. xij ſtimulꝰ carnis: ne magnitudine reuelationū extolleret̄. Aut ad intelligenda ⁊ corrigēda pctā: ſicut Maria ſoror

Nūe. xij Aaron ꝓpter temeritatis verba lepra pcuſſa eſt: ſicut etiā paralyticus de quo agimus: qui vt potuiſſet curari, ꝓmū remiſſione pctōꝝ indiguit. Aut ad gloriā dei: ſicut infirmi-

Joan. xj. tas Lazari non ad mortē: ſꝫ ꝓ glīa dei fuit. Aut ad inchoationem eterne dānatiōis: qđ ꝓprie reproboꝝ eſt: ſicut Antiochus ⁊ Herodes: qui qđ in gehēna paſſuri erant, pſenti miſeria cūctis oſtēdebāt: q̄bus illud cōuenit ꝓpheticū

Hiere. xvij. Et duplici cōtritiōe contere eos. Un̄ q̄m qua cā flagellemur ſcire nō poſſumꝰ: neceſſe eſt vt in oībus aduerſis q̄ temporaliter patimur, humiliter dño grās agamꝰ. Et qcq̄d nos peccaſſe dephēderimꝰ, humili ſatiſfactiōe purgemꝰ vt q̄ꝗ de attributis diuine pietatis bñficijs, pfecte gratulemur. Hec curatio paralytici a ſaluatore mirabiliter patrata: iuxta lrām manifeſta eſt. Sꝫ q: i hūanis actibꝰ chriſti diuina ſemper latent myſteria: conſiderandum quid tranſfretatio dñi in ſuam ciuitatem allegorice ſignificet. Ait enim euangeliſta. Aſcendens Jeſus in nauiculā trāſ-

Mat. ix fretauit: ⁊ venit in ciuitatem ſuā. Superiꝰ ſanctus Mattheus narrauit: q: dñs poſtꝙ in mari dormiuit: atꝗ excitatus tēpeſtates ſedauit: venit in regionē Geraſenorum vbi hominē curauit: quē legio demonū inuaſerat: moxꝗ ſicut preſens lectio narrat adiungit: q: aſcēſa naui trāſfretauit, ⁊ venit in ciuitatē ſuā. Allegorice per nauiculā quā

Allegorie pulchre tractantur. dñs aſcendit ſignificat̄ crux dñice paſſionis in quam dñs ipſe aſcendit, vel ipm̄ corpꝰ dominicū quod in ea pepēdit Uel ſpecialiter anima vniuſcuiuſꝗ fidelis: ſiue generaliter vniuerſa ſancta eccleſia. Per mare autem qđ dñs trāſfretauit, deſignatur preſens ſeculum: qđ frequentiſſimis tribulationū anguſtijs quaſi quibuſdā pcellis cōmouet̄ Per Nazareth vero ciuitatem: in qua dñs conceptus et nutritus fuit: que interpretatur flos ſiue cuſtodia: nō immerito deſignatur ſancta eccleſia, hoc eſt multitudo electoꝝ: que ne florem fidei aut boni operis fructū amittat: grā dei mūdat̄ a ſordibꝰ vitioꝝ, ⁊ cuſtodit̄ ab incurſu inſidiantium demonū. Qr ergo dñs poſtꝙ in mari dormiuit regionē Geraſenoꝝ adijt: atꝗ inde reuertens, in patriā ſuam remeauit: ſignificat: quia reſurgēs a ſomno mortis ad populum gentiū, ab incurſu demonū curandū ꝑ apoſtolos tranſiuit. Sed cum intrauerit plenitudo gentium mox ad ciues ſuos iudeos per illius temporum pdicatores reuertetur. Jbi curauit paralyticū populū. ſ. iudeoꝝ a peccatis, tam originalibus ꝙ actualibus: emundando omnes qui preordinati ſunt ad vitam eternā. Jterū alio modo. Aſcendēs dominꝰ in nauim tranſfretauit: ⁊ venit in ciuitatem ſuam. Qui aſcendēs in cruceꝫ: que deſignat̄ per nauim: poſt deuictos ⁊ calcatos fluctus perturbatio-

Digitized by Google

nū iſtius ſeculi venit in ciuitatē ſuā3.i.eccliam/q̄ teſtante pſal. ciuitas dei vocatur. Glorioſa inq̄t dicta ſunt de te ci uitas dei. In q̄ loco noīe ciuitatꝭ ecclia: hoc eſt multitudo ſignificaꝭ electoꝝ. Tūc aūt dn̄s in ciuitatē ſuā.i. eccliā3 ve nit: cū ꝑ pdicationē apſoꝝ in cordib⁹ electoꝝ aſcēdit. Cu3 em̄ ſancti apl̄i auditores ſuos ad hāc fidē ſua pdicatione pducebāt/vt crederēt diuinitatē filij dei in vtero virginis hūane infirmitati ſociatā: ⁊ in eadē carne natū: crucifixū atq̄ ſepultū/⁊ tertia die reſurrexiſſe: ac idē corp⁹ ad celu3 aſſumpſiſſe: ⁊ in eo ad dexterā patris in celeſtibus cōſede re: atq̄ in eo rediturū in fine ſeculi ad iudicādos viuos ⁊ mortuos. Itē chriſt⁹ in ſancta eccleſia/ꝟ eſt in cordib⁹ cre dentiū ꝑ fidē aſcendit. ¶ Et ecce offerebāt ei paralyticū Tex.

Paralyticus iſte in loco iacēs: moraliter ſignificat aīam infelicem: q̄ in delectatione pcti tāq̄ in lecto quodā miſe rabiliter requieſcit. Cui⁹ paralytici curatio deſignat cura tionē ac reparationē eiuſdē languētis aīe: q̄ poſt lōgū er rorē carnalis voluptatis/ad creatorem ſuū reuerti deſide rat. Sed ⁊ aīa vt ſaluari queat: pprijs indiget portatori bus/hoc eſt bonis doctorib⁹/q̄ ſua doctrina ſpem ſalutis ei ſubminiſtrēt: ⁊ ſua ſcitate opē interceſſionis corā dn̄o impendāt. Qui bn̄ vt Marcus oſtēdit q̄tuor: fuiſſe repe riūtur: ꝑpter quatuor vo3 libros euangelioꝝ: q̄bus cōſtat fundamentū totius doctrine: ſiue propter quatuor p̄inci pales virtutes/q̄bus ſanitas vniuſcuiuſq̄ cōſtat aīe: p̄u dentiā. ſ. fortitudinē/tēperantiā atq̄ iuſtitiā: q̄ ab alijs no minanꝭ ſobrietas/ſapietia/fortitudo/atq̄ iuſtitia: q̄b⁹ vti lius nihil eſt in vita humana. Quecūq̄ em̄ aīa doctrina quatuor euāgelioꝝ fuerit imbuta: ⁊ his q̄tuor virtutibus ſuffulta/merebiꝭ a dn̄o integrā ſanitatē recipere adeo vt ſurgat/lectū ſuū tollat/⁊ ad domū redeat. Unde ⁊ ſubdi tur. ¶ Surge tolle lectū tuū: ⁊ vade in domū tuā. Per le ctū deſignaꝭ corp⁹ cuiuſlibet hominis. Sic em̄ aīa in cor pore queadmodū in ſtratu ſuo requieſcit. Uel certe ꝑ le ctū proximus noſter intelligiꝭ: ad que3 tēpore tribulatio nis ⁊ anguſtie tāq̄ ad repēſandū ſecuri recurrim⁹. ¶ Et ſurrexit et abijt in domum ſuam magnificans deum. Fe cit dn̄s ſignum hoc tūc in paralytico corporaliter: facit et hoc quotidie in ſancta eccleſia ſpiritualiter. Sicut enim p̄cepit paralytico vt ſurgeret/⁊ portaret lectū ſuu3 a quo portat⁹ fuerat: ita quotidie nobis in vitijs carnalib⁹ tāq̄ delectabiliter in lecto iacentib⁹ iubet diuinitus vt ſurga mus. Et poſtq̄ a pctis ſurreximus: imperat vt infirmita tes q̄ alioꝝ: ſiue corporum ſiue morum portare curemus queadmodū ⁊ nos tempore noſtre infirmitatis a fratri bus portati ſumus. Et qm̄ per lectū carnē etiā ſignificari diximus: imperat etiā ſurgentib⁹ vt lectulū noſtrum porte mus: hoc eſt vt carnē noſtrā q̄ nos portauit ad vitia/nos reportare ſtudeamus ad virtutē continentie: vt que nos leta traxit ad culpā/afflicta reducat ad veniam. Imperat autem hoc nobis dn̄s quotidie per ſemetipſum: hoc eſt ꝑ annūtiationē euāgelij: ꝑ dicta ꝑphetarū: ⁊ ꝑ varia ad di uerſa ſanctorū exempla. Ait ḡ dn̄s paralytico. Surge tol le lectū tuū. Ac ſi aīe dicat in pctis iacēti. Surge de vitijs ſc3 carnis ad virtutes ſpūales: ⁊ porta lectū tuum/hoc eſt carnē corporis tui: q̄ te portauit ad pctm̄ ⁊ culpā/reporta ad veniā. Uel porta lectū tuū.i. fratrē tuū/a quo ⁊ tu por tatus es: ⁊ vade in domū tuā.i. q̄ ꝑ diuerſa vitioꝝ flagitia oberraſti reuertere ad cuſtodiā tui. Domū quippe redire eſt vnūquēq̄ errantē ad cuſtodiā ſui reuerti: ⁊ ſemetipm̄ in mandatis ſui creatoris cōſtringere: vt tot⁹ hō/interior vc3 ⁊ exterior deo poſſit placere. Domus etiā noſtra intel ligitur paradiſus: a quo q: per incōtinētiā cecidimus/ne ceſſe eſt vt ꝑ cōtinentiā redeam⁹. Sed dū talis aīa q̄ pctis lāguerat/recurrit ad veniā: fit plerūq̄ vt ꝟ multi vidētes in die laude exardeſcāt. Uñ ⁊ ꝟ ſubdiꝭ. ¶ Quia vidētes turbe timuerūt ⁊ glorificauerūt deū/q̄ dedit p̄tātem talē hoībus. Hoībus dicit vel paralytico. ſ. q̄ debilitate corpo ris cōfectus/ad iuſſionē chriſti ſtatim reſurgere potuit et lectū portare: vl' poti⁹ dn̄o nr̄o Jeſu chriſto/q̄ ſolo ſermōe ſanitatē aīe ſimul ⁊ corpis homini mēbris diſſoluto reſti tuere valuit. Simili mō ⁊ in aīa hoīs languētis ſpūaliter fit. Nam dū is q̄ diutius iacuerat ad veniā recurrere con ſpicit: multi infideliū glorificant deū: qui dat p̄tātem talē hoibus: vt poſt lōgā vitioꝝ calamitatē/reſurgere valeāt ad ſalutē aīarū. Nā quādocūq̄ ſanitas: ſiue in corpore ſi ue in anima accidit/ab ipſo tribuitur. Unde ⁊ ipſe Jeſus qui ⁊ ſaluator vocatur: quoniam ipſe ſaluum facit popu lum ſuum a peccatis eoꝝ. Qui viuit ⁊ regnat cum patre ⁊ ſpirituſancto/per omnia ſecula ſeculorum. Amen. Mat. j.

Margin notes: Tex. — Paralyſis ſpiritualiſque fit. — Mar. ij. — Tex. — Tex. — Bonoꝝ eſt malos ſuſtinere. — Tex.

¶ Dn̄ica viceſima — Mat. XXII.

¶ In illo tempore: Dicebat Jeſus turbis para bolam hanc. Simile factum eſt regnu3 celorum homini regi: q̄ fecit nuptias filio ſuo. Et reliqua.

Homilia venerabilis Bede: ſm̄ aliquos Grego.

Textum lectionis euā gelice fratres chariſſimi volo ſi poſſu3 ſub breui tate tranſcurrere/vt in fine ei⁹ valeā ad loquendum lar gius vacare. Sed querendū prius eſt: an hec apud Mat theum ipſa ſit lectio: que apud Lucā ſub appellatione ce ne deſcribitur. Et quidē ſunt nonnulla q̄ ſibi diſſona eſſe videntur: q: hic prandium/illic cena memoraꝭ: hic qui ad nuptias non dignis veſtib⁹ intrauit repulſus eſt: illic nul lus qui intraſſe dicitur repulſus eſſe phibeꝭ. Qua ex re recte colligiꝭ/q ⁊ hic per nuptias preſens eccleſia: ⁊ illic ꝑ cenam eternū ⁊ vltimū conuiuiū deſignaꝭ: q: ⁊ hanc nō nulli exituri intrant: ⁊ ad illam quiſquis ſemel intrauerit vlterius nō exibit. At ſi quis forte cōtēdat hanc eandem eſſe lectionem: ego meli⁹ puto (ſalua fide) alieno intelle ctui cedere/q̄ cōtētionib⁹ deſeruire: qm̄ ⁊ itelligi cōgrue forſitan pōt: q: de piecto eo qui cū nuptiali veſte nō vene rat: qḋ Lucas tacuit/Matthe⁹ dixit. Qḋ vo ꝑ illū cena ꝑ hūc autē prādiū d̄r: nequaq̄ vel hoc noſtre intelligentie obſiſtit: q: cū ad horā nonā apud antiquos quotidie prā diū fieret: ipm̄ q̄ prādiū cena vocaꝭ. Sepe aūt iā memini q̄ plerūq̄ in ſancto euāgelio regnū celoꝝ p̄ſens ecclia no minaꝭ. Cōgregatio quippe iuſtoꝝ regnū celoꝝ d̄r. Quia em̄ ꝑ ꝑpham dicit dn̄s. Celū mihi ſedes eſt. Et Salomō ait. Aīa iuſti ſedes ſapiētie. Paul⁹ etiā dicit: chriſtū dei vir tutē ⁊ dei ſapiētiā. Liquide colligere debem⁹: q: ſi chriſt⁹ dei ſapiētia/aīa aūt iuſti ſedes ſapiētie: dum celū d̄r ſedes dei: celū ḡ eſt aīa iuſti. Hinc per pſ. de ſctis pdicatoribus d̄r. Celi enarrāt gl'iam dei. Regnū ḡ celoꝝ eſt ecclia iuſto rum: q: dum eoꝝ corda in terra nil ambiūt: per hoc q̄ ad ſuperna ſuſpirant/iam in eis dn̄s q̄ſi in celeſtibus regnat dicaꝭ ḡ. ¶ Simile eſt regnum celoꝝ homini regi/q̄ fecit nuptias filio ſuo. Jam intelligit charitas veſtra quis eſt iſte rex regis filij pater: ille nimirū cui pſ. ait. De⁹ iudiciū tuū regi da/⁊ iuſtitiā tuā filio regis. Qui fecit nuptias fi lio ſuo. Tūc em̄ deus pater deo filio ſuo nuptias fecit: qñ hunc in vtero virginis humane nature cōiunxit: qñ deu3 ante ſecula voluit fieri hominē in fine ſeculoꝝ. Sed q: ex duabus pſonis fieri ſolet iſta nuptialis cōiunctio: abſit ꝟ ab intellectibus noſtris vt pſonā dei ⁊ hoīs redemptoris nr̄i Jeſu chriſti ex duab⁹ pſonis credam⁹ vnitam. Ex dua bus quippe atq̄ in duab⁹ hūc naturis exiſtere dicim⁹: ſed ex duabus perſonis cōpoſitum credi/vt nefas vitamus. Aptius igiꝭ atq̄ ſecurius dici pōt: q: in hoc pater regi fi lio nuptias fecit: quo ei ꝑ incarnationis myſteriū ſancta3 eccliam ſociauit. Uter⁹ aūt genitricis virginis hui⁹ ſpōſi thalamus fuit. Unde ⁊ Pſ. dicit. In ſole poſuit taberna culum ſuū: ⁊ ipſe tāq̄ ſponſus procedens de thalamo ſuo Tāq̄ ſponſus quippe de thalamo ſuo ꝑceſſit: q̄ ad cōiun gendā ſibi eccliam incarnat⁹ de⁹/de incorrupto vtero vir ginis exiuit. Miſit ḡ ſeruos ſuos vt ad iſtas nuptias ami cos inuitarent. Miſit ſemel/miſit iterū: q: incarnationis dn̄ice pdicatores: ⁊ prius ꝑphetas: ex poſtmodum apl̄os miſit.

Margin notes: Lu. xiiij. — Eſa. lxvj. — Sap. vij. — j. Cor. j. — Tex. — Nuptie allegorice exponuntur.

Digitized by Google

miſit. Bis itaq; ſeruos ad inuitandū miſit: q: incarnatio
nē vnigeniti/ τ p ,pphetas dixit futurā/ τ p aplos nuntia/
Tex. uit factā. Sed q: hi q̄ prius inuitati ſunt/ ad nuptiarū cō/
uiuiū noluerūt venire: in ſcda inuitatione iam dr. ¶ Ec/
ce prādiū meū paraui: tauri mei τ altilia mea occiſa ſunt
et oīa parata. Quid in tauris τ altilibus fratres chariſſi
mi: niſi noui τ veteris teſtamēti pr̄es accipimus? Quia
eñ vulgo loquor: etiā ipſa me neceſſe eſt ꝟba euāgelice
Leui. xix. lectiōis explanare. Altilia eñ ſaginata dicim⁹ ab eo q̄d
eſt alere: altilia quaſi alitilia vocam⁹. Cū ꝟo in lege ſcri/
ptū ſit. Diliges amicū tuū τ odio habebis inimicū tuū. Ac
cepta tūc iuſtis licentia fuerat: vt dei ſuoſq; aduerſarios
quāta poſſent virtute cōprimerēt: eoſq; iure gladij ferirēt
Lu. vi. Qd in nouo ,pculdubio teſtamēto cōpeſcit: cū p ſemetip
ſam veritas pdicat dicēs. Diligite inimicos veſtros: bñfa
cite his q̄ oderūt vos. Quid ergo p tauros niſi pr̄es teſta/
menti veteris ſignificant? Nā cū ex pmiſſiōe legis accepe
rāt: q̄teni⁹ aduerſarios ſuos odij retributiōe pcuterēt (vt
Cōparatio patrū vtriuſq; teſtamēti. ita dicā) quid aliud q̄ tauri erāt/ q̄ inimicos ſuos ꝟtutis
corporee cornu feriebāt? Quid ꝟo p altilia/ niſi pr̄es no/
ui teſtamēti figurant? Qui dū grām pinguedinis inter/
ne pcipiūt: eternis deſiderijs innitētes/ ad ſublimia cōte/
platiōis ſue pēna ſubleuātur. In imo quippe cogitatio/
nē ponere q̄d eſt aliud q̄ q̄dā ariditas mētis? Qui autē
intellectu celeſtiū iā p ſcā deſideria de ſupnis delectatio
nis intime cibo paſcunt: q̄ſi largiori alimēto pingueſcūt
Hac eñ pinguedine ſaginari ps. cōcupierat/ cū dicebat.
Sicut adipe τ pinguedine repleat aīa mea. Quia ergo
pdicatores dñice incarnatiōis miſſi/ pſecutionē ab ifide
lib⁹/ τ prius ,pphete/ et poſtmodū ſcti apli ptulerūt: inui/
tati vt venirēt nolētib⁹ dr: Tauri mei τ altilia occiſa ſūt/
et oīa parata. Ac ſi aperti⁹ dicat. Patrū pcedētiū mores
aſpicite: τ remedia vite vr̄e cogitate. Notādū ꝟo q̄ p̄ori
inuitatiōe nil de tauris et altilib⁹ dicitur. In ſecunda au
tē iam tauri et altilia mactata eſſe memorant: q: op̄s de⁹
cū ꝟba ei⁹ audire nolumus/ adiūgit exēpla: vt oē q̄d im/
Tex. poſſibile credim⁹: tanto nobis ad ſperandū fiat facilius:
quāto p hoc trāſiſſe iam τ alios audim⁹. Sequit. ¶ Illi
autē neglexerūt τ abierūt: alius in villā ſuā/ alius ꝟo in
negotiationē ſuā. In villā ire/ eſt labori terreno immode
ratius incūbere. In negotiationē ꝟo ire/ eſt actionū ſecu
lariū lucris inhiare. Quia eñ alius intent⁹ labori terre/
no/ alius mūdi hui⁹ actionib⁹ deditus: myſteriū dñice in
carnatiōis pēſare/ τ ſcdm illud viuere diſſimulat: q̄ſi ad
villā vel negotiū pgēs/ venire ad nuptias regis recuſat.
Tex. Et plerūq; q̄d eſt grani⁹: nōnulli vocātis grām/ nō ſolum
reſpuūt: ſz pſequūtur. Vn̄ τ ſubdit. ¶ Reliqui ꝟo tenue/
rūt ſeruos ei⁹/ τ cōtumelijs affectos occiderūt. Sed rex
iſta cognoſcēs/ miſſis exercitib⁹ pdidit homicidas illos:
τ ciuitatē illor̄ ſuccēdit. Homicidas pdidit: q: pſequētes
interimit. Ciuitatē eor̄ igni ſuccēdit: q: illorū nō ſolū aīe
ſed caro q̄z in qua habitauerāt/ eterna gehēne flāma cru
ciatur. Miſſis exercitib⁹ extinxiſſe homicidas dr: q: in ho
minib⁹ oē iudiciū p angelos exhibet. Quid nāq; ſunt illa
angelor̄ agmina/ niſi exercit⁹ regis noſtri? Vn̄ τ idē rex
dñs ſabaoth dicitur. Sabaoth quippe exercituū interp̄/
Memoria martyrū celebris. tatur. Ad perdēdos ergo aduerſarios ſuos exercit⁹ mit/
tit/ nimirū q: dñs vindictā per angelos exercet. Cui⁹ vin
dicte potētiā tūc pr̄es noſtri audiebāt: nos aūt iam cerni
mus. Ubi ſunt eñ ſupbi illi martyrū pſecutores? Ubi illi q̄
cōtra cōditorē ſuū ceruicē cordis erexerant: τ de hui⁹ mū
di gloria mortifera tumebāt? Ecce iam mors martyrum
floret in fide viuētiū: τ hi qui contra illos de crudelitate
ſua gloriati ſunt: nequaq̄ ad memoriā noſtrā veniūt/ vel
in numero mortuorū ſunt. Rebus ergo cognoſcim⁹/ q̄d
in parabolis audimus. Sed is q̄ inuitantē ſe cōtēni cons/
picit: regis filij ſui nuptias vacuas nō habebit. Ad alios
mittit: q: etſi apud aliquos laborat verbum dei: q̄nq; tñ
ſermo dei inuenturus eſt vbi requieſcat. Unde et ſubdit.
Tex. ¶ Tūc ait ſeruis ſuis. Nuptie quidē parate ſunt ſed qui
inuitati erāt nō fuerūt digni. Ite ergo ad exitus viarū: et
quoſcūq; inueneritis vocate ad nuptias. Si in ſcriptura
ſacra vias actiones accipim⁹/ exit⁹ viarū intelligim⁹ de/
fect⁹ actionū: q: illi plerūq; facile ad deū veniūt: quos in
terrenis actiōib⁹ pſpera nulla comitant. Sequit. ¶ Et Tex.
egreſſi ſerui ei⁹ in vias cōgregauerūt oēs quos iuenerūt
bonos τ malos: τ iplete ſūt nuptie diſcūbētiū. Ecce iā ip/
ſa q̄litate cōuiuātiū apte oſtēdit: q: p has regis nuptias
preſens eccleſia deſignat: in qua cū bonis τ malis cōue/
niūt. Permixta quippe eſt diuerſitate filior̄: q: ſic oēs ad
fidē generat/ vt tñ oēs p imitationē vite ad libertatē ſpi/
ritualis grē culpis exigētib⁹ non pducat. Quouſq; nāq;
hic viuimus/ neceſſe eſt vt viā p̄ſentis ſeculi pmixti pga/
mus: tūc aūt deſcernimur cū puenim⁹. Boni eñ ſoli nuſ/ Mūd⁹
q̄ ſūt niſi in celo: τ mali ſoli nuſq̄ ſūt niſi in inferno. Hec bona ac
aūt vita q̄ inter celū τ infernū ſita eſt/ ſicut in medio ſub/ mala
ſiſtit: ita vtrarūq; partiū ciues cōiter recipit: q̄s tñ ſcā ec mixta h̄z
cleſia τ nūc indiſcrete ſuſcipit: τ poſtmodū in egreſſione
diſcernet. Si ḡ boni eſtis/ q̄diu in hac vita ſubſiſtitis/ eq
nimiter tolerate malos. Nā quiſq̄s malos nō tolerat/ ipe
ſibi p intolerātiā ſuā teſtis eſt/ q: bon⁹ nō eſt. Abel eñ eſ/
ſe renuit/ quē Cain malitia nō exercet. Sic i tritura aree
grana ſub paleis pmūtur: ſic flores inter ſpinas oriūtur:
τ roſa q̄ redolet/ creſcit cū ſpina q̄ pūgit. Duos quippe fi/
lios habuit pm⁹ hō: vn⁹ hor̄ elect⁹ eſt/ alter reprob⁹ fuit.
Tres filios Noe arca cōtinuit: ſz ex his duo electi/ τ vn⁹
reprob⁹ fuit. Duos filios habuit Abraā: ſz vn⁹ elect⁹/ τ al
ter reprob⁹ fuit. Duos Iſaac filios habuit: ſed vn⁹ elect⁹
eſt/ τ alter reprobat⁹. Duodecim filios habuit Jacob: ſed
ex his vn⁹ p innocētiā vēdit⁹ eſt: alij ꝟo p malitiā vēdito/
res fratris fuerūt. Duodecim apli ſunt electi: ſed vnus in
his admixtus eſt q̄ pbaret: vndecim q̄ pbarent. Septē
ſunt diacones ab aplis ordinati: ſed ſex in fide recta pma
nētib⁹ vn⁹ extitit auctor erroris. In hac ergo eccleſia nec
mali eſſe ſine bonis/ nec boni ſine malis eſſe poſſunt. An/
teacta itaq; tpa fr̄es chariſſimi ad mentē reducite: τ vos
ad malor̄ tolerātiā roborate. Si eñ filij elector̄ ſumus:
reſtat neceſſe eſt vt p eor̄ exēpla gradiamur. Bonus eñ
non fuit/ q̄ malos tolerare recuſauit. Hinc nāq; eſt q̄d de
ſeipſo btūs Job aſſerit/ dicēs. Frater fui draconū τ ſoci⁹ Job. xxx.
ſtruthionū. Hinc p ſalomonē ſpōſe voce ſcē ecclie dr. Si
cut liliū inter ſpinas: ſic amica mea inter filias. Hinc ad Cañ. ij.
Ezechielē dñs dicit. Fili hois/ increduli τ ſubuerſores ſūt Eze. ij.
tecū: τ cū ſcorpionib⁹ habitas. Hinc petr⁹ beati Loth vi
tā glorificat: dicēs. Et iuſtū loth oppſſum a nefandor̄ in
iuſta cōuerſatiōe eruit. Aſpectu eñ τ auditu iuſtus erat:
habitās apud eos q̄ de die in diem aīam iuſtā iniq̄s operi
bus cruciābāt. Hinc paul⁹ diſcipulor̄ vitā τ laudat τ ro/
borat dicēs. In medio nationis praue τ puerſe: inter q̄s
lucetis ſicut luminaria i mūdo/ ꝟbū vite cōtinētes. Hinc
Joannes Pergami ecclie teſtat dicēs. Scio vbi habitas
vbi eſt ſedes ſathane: τ tenes nomē meū: et nō negaſti fi
dē meā. Ecce fr̄es chariſſimi: pene oīa pcurrēdo cognoſci
mus: q: bon⁹ nō fuit quē malor̄ prauitas nō pbauit. Ut Eccleſia
eñ ita loquar/ ferrū aīe noſtre nequaq̄ pducit ad ſubli/ arce
mitatē acuminis: ſi hoc nō eraſerit aliene lima prauitat. Noe cō/
Terrere aūt nos nō dz q̄ in ecclia τ multi mali/ τ pauci parat.
ſunt boni: q: arca in vndis diluuij/ q̄ hui⁹ ecclie typū geſ/
ſit: τ ampla in inferiorib⁹/ anguſta in ſupiorib⁹ fuit: q̄ in
ſummitate etiā ſua ad vni⁹ mēſurā cubiti excreuit. Infe/
rius quippe beſtias/ q̄drupedia/ atq; reptilia: ſuperi⁹ ꝟo
aues τ hoīes habuiſſe credēda eſt. Ubi lata extitit/ vbi be
ſtias habuit: ibi anguſta/ vbi hoīes ſeruauit. Quia nimi/
rū ſcā ecclia in carnalib⁹ ampla eſt: in ſpūalib⁹ anguſta.
Ubi eñ beſtiales hoīz mores tolerat/ illic lati⁹ ſinū laxat
Ubi autē eos hz q̄ ſpūali rōne ſuffulti ſūt: illic q̄dē ad ſū/
mū ducit: ſz tñ q: pauci ſunt/ anguſtat. Lata quippe via Mat. vij.
eſt q̄ ducit ad pditionē: τ multi ſunt q̄ vadūt p eā: et angu
ſta porta eſt q̄ ducit ad vitam: et pauci ſunt q̄ inueniunt
eam. Eo aūt vſq; arca anguſtat in ſummis/ quouſq; ad

Digitized by Google

mēſurā vnius cubiti ꝑducatur q: in ſancta eccl̃ia quāto
ſanctiores quiſq; ſunt/tāto pauciores. Que in ſummo ad
illū̃ ꝑducit̃ q̃ ſolus hō in hoībus: ⁊ ſine alteri⁹ cōparatio
Pſ. c j. ne nat⁹ eſt ſcrū̃s: qui iuxta pſ̄. vocē Fact⁹ eſt ſicut paſſer
vnicus in edificio. Tāto ergo magis in alio tolerādi ſūt:
quāto ampli⁹ abū̃dāt: q: et in aree tritura pauca ſūt gra
na q̃ ſeruant̃ horreis: ⁊ grādes aceruí palearū̃ q̃ ignibus
cōburūtur. Sed iā q: largiēte dn̄o nuptiarū̃ domū. i. ſan
ctā eccl̃iā intraſtis: ſolerter fr̄es aſpicite: ne aliq̄d de mē
tis noſtre habitu rex ingrediens reprehendat. Cū magno
Tex. enim cordis timore penſandū̄ eſt qd̄ ꝓtin⁹ ſubdit̃. ¶ In
trauit aūt rex vt videret diſcū̄bentes: ⁊ vidit ibi hominē
nō veſtitū̄ veſte nuptiali. Quid fratres chariſſimi expri
mi per nuptialē veſtē putam⁹: Si enim veſtē nuptialem
baptiſma vel fidē dicimus: q̄s ſine baptiſmate ⁊ fide has
intrauit? Eo em̄ ipſo foris eſt quo necdū̄ credidit. Quid
ergo debemus intelligere ꝑ nuptialē veſtē/ niſi charitatē
Chari Intrat em̄ ad nuptias/ ſed cū̄ nuptiali veſte nō intrat: q̃
tas eſt in ſc̄tā eccl̃ia aſſiſtens fidē h̄z/ ſed charitatē nō habet. Re
veſtis cte em̄ charitas nuptialis veſtis vocat̃: q: hāc in ſe cōdi
nuptia to: noſter habuit/ dū̄ ad ſociāde ſibi eccl̃e nuptias venit
lis. Sola quippe dilectione dei actū̄ eſt: vt eius vnigenitus
mētes ſibi electoꝝ hoīm vniret. Vñ et Joānes dicit. Sic
Joā. iij. enim dilexit deus mūdū̄: vt filiū̄ ſuū̄ vnigenitū̄ daret pro
nobis. Qui ergo per charitatē venit ad hoīes: eandē cha
ritatē innotuit eſſe veſtē nuptialē. Oīs ergo noſtrū̄ q̃ in
eccl̃ia poſitus deo credidit: iam ad nuptias intrauit: ſed
cū̄ nuptiali veſte nō intrat/ ſi charitatis gratiā nō cuſto
dit. Et certe fratres ſi q̄s ad carnales nuptias eſſet inui
tatus/ veſtē mutaret: ⁊ cōgaudere ſe ſpōſo ⁊ ſpōſe ex ipſo
ſui habit⁹ decore oſtenderet: inter gaudētes ⁊ feſta celebrā
tes/ deſpectis veſtibus apparere erubeſceret. Nos ad dei
nuptias venimus/ ⁊ cordis veſtē mutare diſſimulamus.
Cōgaudēt angeli/ cū̄ ad celū̄ aſſumimur electi. Qua er
go mēte hec ſpiritualia feſta cōſpicim⁹: q̃ nuptialē veſtē
idest charitatē q̃ ſola nos ſpecioſos exhibeat/ non habe
mus? Sciēdū̄ vero eſt: q: ſicut in duob⁹ lignis/ ſuperiori vi
delicet ⁊ inferiori veſtis texit̃: ita in duob⁹ p̄ceptis chari
Matt. tas habet̃: in dilectiōe. ſ. dei ⁊ ꝓximi. Scriptū̄ quippe eſt.
xxij. Diliges dn̄m deū̄ tuū̄ ex toto corde tuo: ⁊ ex tota aīa tua
et ex tota virtute tua: ⁊ diliges ꝓximū̄ tuū̄ ſicut teipſum.
Qua in re notādū̄ eſt: q: in dilectiōe ꝓximi mēſura ponit̃
amoris/ cū̄ d̄r: diliges ꝓximū̄ tuū̄ ſicut teipm̄. Dei aūt dile
ctio nulla mēſura cōſtringit̃/ cū̄ d̄r. Diliges dn̄m deū̄ tuū̄
ex toto corde tuo: ⁊ ex tota aīa tua: ⁊ ex tota virtute tua.
Nō em̄ iubet̃ q̄ſq; quātū̄ diligat/ ſ; ex quāto: cū̄ d̄r/ ex to
to. Q: ille veraciter deū̄ diligit/ q̃ ſibi de ſe nihil relinquit
Duo cha Duo ergo neceſſe vt charitatis p̄cepta cuſtodiat: q̄ſquis
ritatis p̄ in nuptijs veſtē nuptialē curat. Hinc eſt em̄ qd̄ apd̄ Eze
cepta. chiele ꝓphetā porte ipſius ciuitatis cōſtitute in mōte/ ve
ſtibulū̄ duob⁹ cubitis mēſurat̃: q: nimirū̄ acceſſus nobis
celeſtis ciuitatis nō pandit̃/ ſi in hac eccl̃ia q̃ ꝓ eo ꝙ ad
huc foris eſt veſtibulū̄ d̄r/ dei ⁊ ꝓximi dilectio nō tenetur.
Hinc eſt ꝙ cortinis tabernaculi intexi/ coccus bis tinct⁹
iubet̃. Vos eſtis fr̄es: vos eſtis cortine tabernaculi: q̃ per
fidē in veſtris cordib⁹ ſecreta celeſtia velatis. Sed corti
nis tabernaculi bis tinct⁹ coccus d̄z ineſſe. Coccus q̄ppe
ignis ſpeciē tenet. Quid vero eſt charitas/ niſi ignis? Sed
iſta charitas bis tincta d̄r/ vt tingat̃ ꝑ amorē dei: tingat̃ ⁊
ꝑ amorē ꝓximi. Qui em̄ ſic amat deū̄/ vt ꝑ cōtēplationē
illius negligat ꝓximū̄: coccus q̄dē eſt/ ſ; nō bis tinct⁹ eſt.
Rurſus q̃ ſic amat ꝓximū̄: vt tn̄ cōtēplationē dei ꝑ eius
amorē relinquat/ coccus eſt: ſ; nō bis tinct⁹ eſt. Vt ergo
charitas vr̄a bis tinct⁹ coccus eſſe valeat: ⁊ ad amorē dei
ſe ad amorē ꝓximi accēdat: q̄tenus nec ex cōpaſſiōe ꝓxi
mi cōtēplationē relinquat dei: nec plus q̄ d̄z inherēs con
tēplationi dei cōpaſſionē abijciat ꝓximi. Oīs itaq; hō in
ter hoīes viuens/ ſic ad deū̄ anhelet quē deſiderat: vt ta
mē hūc nō deſerat cū̄ quo currebat: ⁊ ſic huic adiutoriū̄
ferat/ vt ab illo nullatenus torpeat/ ad quem feſtinabat.

Sciēdū̄ quoq; eſt ꝙ ipſa dilectio ꝓximi in duob⁹ p̄ceptis
ſubdiuidit̃/ cū̄ q̄dā ſapiēs dicat. Qd̄ qd̄ tibi odis fieri: vi
de ne ip̄e alteri facias. Et ꝑ ſemetipſam veritas p̄dicat di
cēs. Que vultis vt faciāt vobis hoīes bona/ ⁊ vos eadē Matt.
facite illis. Si em̄ ⁊ qd̄ impēdi nobis recte volum⁹/ alijs vij.
impartimur: ⁊ qd̄ nobis fieri nolum⁹/ hoc alijs facere ipſi
deuitam⁹: charitatis iura illeſa ſeruabim⁹. Sed nemo cū̄
quēpiā diligit/ h̄re ſe ꝓtin⁹ charitatē putet: niſi pri⁹ ip̄am
vim ſue dilectiōis examinet. Nā ſi q̄s quēlibet amat: ſed
ꝓpter deū̄ nō amat: charitatē nō h̄z/ ſ; h̄re ſe putat. Cha
ritas aūt vera eſt/ cū̄ ⁊ in deo diligit̃ amic⁹: ⁊ ꝓpter deū
diligit̃ inimic⁹. Ille em̄ ꝓpter deū̄ diligit eos q̄s diligit: q̃
iā ⁊ eos diligere a q̄b⁹ nō diligit̃ ſcit. Probari enim chari
tas ꝑ ſolā odij aduerſitatē ſolet. Vñ ⁊ ꝑ ſemetip̄m dn̄s di
cit. Diligite inimicos vr̄os: bn̄facite his q̃ oderūt vos. Il Luc. vj.
le ergo ſecur⁹ amat: q̃ ꝓpter deū̄ ⁊ illū̄ amat a quo ſe in
telligit nō amari. Magna ſunt hec: alta ſunt hec: ⁊ mul
tis ad exhibēdū̄ difficilia: ſed tn̄ iſta eſt veſtis nuptialis.
Quiſq̄s aūt hāc recū̄bens in nuptijs nō h̄z: iā ſolicitus
metuat ingrediēte rege q̄n mittat̃ foras. Ecce em̄ dicit̃.
¶ Intrauit aūt rex ad nuptias vt videret diſcū̄bētes: et Tex.
vidit ibi hoīem nō veſtitū̄ veſte nuptiali. Nos ſum⁹ fr̄es
qui in nuptijs verbi dei diſcū̄bim⁹: q̃ iā fidē in eccl̃ia habe
mus: q̃ ſcripture ſacre epulis paſcimur: q̃ coniūctā deo ec
cleſiā eſſe gaudem⁹. Cōſiderate ergo rogo/ ſi cū̄ nuptia
li veſte ad has nuptias veniſtis: cogitatiōes vr̄as ſolicita
inq̄ſitiōe diſcutite: de reb⁹ ſingulis corda veſtra trutina
te/ ſi iā cōtra nullū̄ odiū̄ habetis: ſi cōtra felicitatē alienā
nulla vos inuidie face ſuccēditis: ſi ꝑ occultā malitiā ne
mini nocere feſtinatis. Ecce rex ad nuptias ingredit̃: et
cordis noſtri habitū̄ cōtēplat̃ atq; ei quē charitate veſti
tū̄ nō inuenit/ ꝓtinus irat⁹ dicit. ¶ Amice quō huc intra Tex.
ſti nō habēs veſtē nuptialē? Mirandū̄ valde eſt fr̄es cha
riſſimi/ ꝙ hūc ⁊ amicū̄ vocat et reprobat. Ac ſi aperti⁹ di
cat: amice ⁊ nō amice. Amice ꝑ fidē: ⁊ nō amice ꝑ opera
tionē. ¶ At ille obmutuit. Quia qd̄ dici ſine gemitu nō Tex.
pōt: in illa diſtrictione vltime increpatiōis oīe argumē
tū̄ ceſſat excuſationis. Quippe q: ille foris increpat: qui
teſtis cōſciētie int⁹ aīam accuſat. Sed inter hec ſciēdum Amicus
eſt: q: q̄ſq̄s hāc virtutis h̄z veſtē: ſed tn̄ adhuc ꝑfecte non fict⁹ q̄s
habet/ ad pn̄ regis ingreſſum deſperare de venia nō d̄z: dicatur.
q: ipſe quoq; ſpem nobis per pſ̄. tribuēs dicit. Imꝑfectū̄
meū̄ viderūt oculi tui ⁊ in libro tuo oēs ſcribētur. S; q:
pauca hec in cōſolatione herētib⁹ ⁊ infirmātibus dixim⁹
nunc ad eū̄ qui hanc oīmodo nō habet verba vertamus
Sequit̃. ¶ Tūc rex dixit miniſtris. Ligatis pedib⁹ ⁊ ma Tex.
nib⁹/ mittite eū̄ in tenebras exteriores: ibi erit flet⁹ ⁊ ſtri
dor dentiū̄. Ligant̃ tūc pedes ⁊ manus ꝑ diſtrictionē ſen
tentie: qui modo a prauis operib⁹ ligari noluerūt ꝑ me
lioratiōnem vite. Vel certe tunc ligat pena: quos modo
a bonis operibus ligauit culpa. Pedes enim qui viſita
re egrum negligūt: ⁊ manus que nihil indigentibus tri
buunt/ a bono opere iam ex voluntate ligate ſunt. Que
enim nūc ſponte ligantur in vitio/ tunc in ſupplicio ligā
tur inuite. Bene autē dicitur/ ꝙ in exteriores tenebras
proijciatur. Interiores quippe tenebras dicimus cecita
tem cordis. Exteriores vero tenebras eternā noctē dāna
tionis. Tūc ergo dānatus q̄ſq; nō in interiores/ ſ; in exte
riores tenebras mittitur: q: illic inuitus ꝓijcitur in noctē
dānatiōis: qui ſpōte cecidit in cecitatem cordis. Ibi fle
tus quoq; ⁊ ſtridor dentiū̄ eſſe perhibet̃: vt illic dētes ſtri
deant/ qui hic de edacitate gaudebant: illic oculi defleāt
qui hic per illicitas cōcupiſcentias verſabātur: quaten⁹
ſingula queq; mēbra ſupplicio ſubiaceant: que hic ſingu
lis quibuſq; vitijs ſubiecta ſeruiebant. Sed repulſo vno
in quo videlicet omne maloꝝ corpus exprimitur: gene
ralis protinus ſententia ſubinfertur/ que dicit̃. ¶ Mul Tex.
ti autem ſunt vocati: pauci vero electi. Tremēdū̄ eſt val
de fratres chariſſimi quod audiuimus. Ecce nos oēs iā
vocati per fidē/ ad celeſtis regis nuptias venim⁹: incar

Digitized by Google

natiõis eius myſteriũ ⁊ credim⁹ ⁊ cõfitemur: diuini verbi epulas ſumimus. Sed futuro die iudicij rex intratur⁹ eſt q: vocati ſumus nouimus: ſi ſimus electi neſcim⁹. Tãto igiť neceſſe eſt vt vnuſq̃ſq; nr̃m in humilitate ſe depꝛimat/ quãto ſi ſit electus ignoꝛat. Nõnulli eñ bona nec incipiũt: nõnulli ꝟo in bonis q̃ inceperũt minime perſiſtunt. Alter pene totã vitã ducere in pꝛauitate cõſpicitur ſed iuxta finẽ vite a pꝛauitate ſua per diſtricte penitentie lamẽta reuocať. Alter electã videť vitã ducere: ⁊ tñ hunc cõtingit ad erroꝛis nequitiã iuxta finem vite declinare. Alius bonũ bene inchoat/ melius cõſummat. Ali⁹ in malis actib⁹ a pꝛimeua etate ſe exercet: ⁊ in eiſdẽ opib⁹ ſemper ſeipſo deterioꝛ cõſummať. Tãto ergo vnuſq̃ſq; ſibi ſolicite metuat quãto ignoꝛat qđ reſtat. Quia qđ ſepe dicẽdũ eſt ⁊ ſine obliuione retinendũ: multi ſunt vocati/ pauci ꝟo electi. Sed q: nõnũq̃ mẽtes audientiũ plus exẽpla fideliũ q̃ docẽtiũ ꝟba cõuertũt: volo vobis aliq̃d e ꝓximo dicere: qđ coꝛda vr̃a tãto foꝛmidoloſius audiãt: quãto eis hoc de ꝓpinquo ſonat. Neq; eñ res lõge ante geſtas dicim⁹: ſed eas de q̃bus teſtes exiſtũt/ eiſq; interfuiſſe ſe referũt memoꝛam⁹. Tres pater me⁹ ſoꝛoꝛes habuit: q̃ cũcte tres ſacre virgines fuerũt. Quarũ vna Tarſilla/ alia Goꝛdiana/ alia Emiliana dicebať. Uno oẽs ardoꝛe cõuerſe: vno eodẽq; t̃pe ſacrate. Sub diſtrictiõe regulari degẽtes: in domo ꝓpꝛia ſocialẽ vitã ducebãt. Cũq; eſſent diutius in eadẽ cõuerſatione: ceperũt quotidianis incremẽtis in amoꝛẽ cõditoꝛis ſui Tarſilla ⁊ Emiliana ſuccreſcere: ⁊ cũ ſolo hic eſſent coꝛpe/ q̃tidie aĩo ad eterna tranſire: at cõtra Goꝛdiane anim⁹ cepit a caloꝛe amoꝛis intimi ꝑ quotidiana detrimẽta tepeſcere: ⁊ pauliſper ad huius ſeculi amoꝛẽ redire. Crebꝛo aũt Tarſilla dicere Emiliane ſoꝛoꝛi ſue cum magno gemitu ſolebat. Uideo Goꝛdianã ſoꝛoꝛẽ noſtrã de nr̃a ſoꝛte nõ eſſe: ꝑpendo eñ q: foris defluit: ⁊ coꝛ ad qđ ꝓpoſuit nõ cuſtodit. Quã curabãt blanda quotidie redargutione coꝛripere/ atq; a leuitate moꝝ ad grauitatẽ ſui habit⁹ refoꝛmare: q̃ quidẽ reſumebat vultũ ſubito grauitatis inter ꝟba coꝛreptionis. Sed cũ eiuſdẽ coꝛreptionis hoꝛa trãſiſſet/ trãſibat ꝓtinus ⁊ ſuperducta grauitas honeſtatis: moxq; ad leuia ꝟba redibat. Puellarũ gaudebat ſocietate laicarũ: eiq; ꝑſona valde oneroſa erat q̃cũq; huic mũdo dedita nõ erat. Quadã ꝟo nocte huic Tarſille amice mee q̃ inter ſoꝛoꝛes ſuas virtute cõtinue oꝛonis: afflictionis ſtudioſe/ abſtinentie ſingularis/ grauitate vite venerabilis in honoꝛe ⁊ culmine ſanctitatis excreuerat (ſicut ipſa narrauit) per viſionẽ atauus meus felix hui⁹ Romane eccl̃ie antiſtes apparuit: eiq; mãſionẽ perpetue claritatis oñdit/ dicẽs. Ueni q: in hac te lucis mãſione ſuſcipio. Que ſubſequẽte mox febꝛe coꝛrepta/ ad diẽ peruenit extremũ. Et ſicut nobilibus feminis viriſq; moꝛiẽtib⁹ multi cõueniũt qui eoꝛum ꝓximos cõſoleñť: eadẽ hoꝛa ei⁹ exit⁹ multi viri ac femine lectulũ eius circũſteterũt: inter quas quoq; mater mea affuit. Tum ſubito illa rurſum reſpiciẽs Jeſum venientẽ vidit: cũ magna aĩaduerſione cepit circũſtantib⁹ clamare/ dicẽs. Recedite/ recedite Jeſus venit. Cũq; in eũ intẽderet quẽ videbat: ſctã illa aĩa carne ſoluta eſt: tãtaq; ſubito fragrãtia miri odoꝛis aſperſa eſt/ vt ipſa q̃ ſuauitas cũctis oſtẽderet illic auctoꝛẽ ſuauitatis veniſſe. Cũq; coꝛpus eius ex moꝛe moꝛtuoꝝ ad lauãdũ eſſet nudatũ: lõge oꝛonis vſu in cubitis ei⁹ ⁊ genub⁹ cameloꝝ moꝛe inuẽta eſt obdurata cutis excreuiſſe: ⁊ q̃d viuẽs eius ſpũs ſemꝑ egerit/ caro moꝛtua teſtabať. Hec aũt geſta ſunt ante dominici natalis diem. Quo trãſacto mox Emiliane ſoꝛoꝛi ſue ꝑ viſitationẽ nocturne viſionis apparuit/ dicẽs. Ueni. Et q: natalẽ dñi ſine te feci: ſanctã Theophaniã iã tecũ faciã. Cui illa ꝓtin⁹ de ſoꝛoꝛis ſue Goꝛdiane ſalute ſolicita r̃ndit. Et ſi ſola venio: ſoꝛoꝛẽ noſtram Goꝛdianã cui dimitto? Cui ſicut aſſerebat triſtis vultu iterum dixit. Ueni. Goꝛdiana etenĩ ſoꝛoꝛ noſtra inter laicas deputata eſt. Quã viſionem mox moleſtia coꝛpoꝛis eſt ſecuta: atq; ita vt dictũ fuerat ante dñici apparitionis diẽ/ eadem moleſtia ingrauaſcente defuncta eſt.

Tres ſoꝛoꝛes gregoꝛij

Goꝛdiana aũt mox vt ſolã remanſiſſe ſe reperit/ eius pꝛauitas excreuit: ⁊ qđ pꝛius latuit in deſiderio cogitationis: hoc poſt effectum pꝛaue actionis excreuit. Nã oblita dñici timoꝛis oblita pudoꝛis et reuerentie/ oblita cõſecrationis cõductoꝛẽ agroꝝ ſuoꝝ/ poſtmodũ maritũ duxit. Ecce oẽs tres vno pꝛius ardoꝛe cõuerſe ſunt: ſed nõ in vno eodẽq; ſtudio permanſerunt. Quia iuxta dñicam vocẽ/ multi ſunt vocati pauci vero electi. Hec ergo dixi: ne q̃s in bono iã ope poſit⁹ ſibi vires boni operis tribuat: ne quis de ꝓpꝛia actione cõfidat. Quia ⁊ ſi iam nouit hodie qualis ſit: adhuc cras qualis futurus ſit neſcit. Nemo ergo de ſuis iã operibus ſecurus gaudeat: q̃ñ adhuc in huius vite incertitudine q̃ ſe finis ſequať ignoꝛat. Sed q: rem retuli q̃ vos ex diuina diſtrictione perterruit: aliud adhuc e vicino refero: qđ ex diuina mĩa perterrita coꝛda veſtra conſoleť. Quod tñ in ſermone alio iam dixiſſe me memini: ſed vos nequaq̃ affuiſtis.

Alterius exẽpli recitatio.

Ante bieñiũ frater q̃dã in monaſteriũ meum (qđ iuxta beatoꝝ martyꝝ Joãnis et Pauli eccleſiã ſitũ eſt) gratia cõuerſionis venit. Qui diu regulariter ꝓtractus q̃ñq; ſuſcept⁹ eſt. Quẽ frater ſuus ad monaſteriũ/ nõ conuerſionis ſtudio/ ſed amoꝛe carnali ſecutus eſt. Is autẽ qui ad cõuerſionẽ venerat/ valde fratribus placebat. At cõtra frater illius lõge a vita eius ac moꝛib⁹ diſcrepabat viuebat tñ in monaſterio neceſſitate potius q̃ volũtate. Et cũ in cũctis actibus ꝑuerſus exiſteret: ꝓ fratre ſuo ab omnib⁹ equanimiter tolerabať. Erat enim leuis eloq̃o pꝛauus actione/ cultus veſtibus/ moꝛib⁹ incultus. Ferre vero nõ poterat/ ſi quiſq̃ illi de ſancti habitus cõuerſatione loquereť. Facta aũt fuerat vita illius cũctis fratribus viſu grauis: ſed tñ vt dictũ eſt ꝓ fratris ſui gratia erat cũctis tolerabilis. Aſpernabať valde ſi q̃s ſibi aliq̃d de pꝛauitatis ſue coꝛreptione loquereť: bona nõ ſolũ facere: ſed etiã audire nõ poterat. Nũq̃ ſe ad ſancte conuerſationis habitũ venire/ iurãdo/ iraſcẽdo/ deridẽdo/ teſtabať. In hac aũt peſtilẽtia (que nuper hui⁹ vꝛbis populũ magna ex parte conſumpſit) ꝑcuſſus in inguine eſt/ perductus ad moꝛtẽ. Cũq; extremũ ſpiritũ ageret/ cõuenerunt fratres: vt egreſſum illius oꝛando ꝓtegerent. Jam coꝛpus eius ab extrema fuerat parte p̃moꝛtuũ. In ſolo tñmodo pectoꝛe vitalis adhuc caloꝛ anhelabat. Cuncti autẽ fratres tãto ꝓ eo ceperũt enixius oꝛare: quãto eũ iam videbant ſub celeritate diſcedere. Tũc repẽte cepit eiſdẽ fratribus aſſiſtẽtibus anniſu quo poterat clamare: et oꝛones eoꝝ interrũpere dicẽs. Recedite/ ecce dꝛaconi ad deuoꝛandũ datus ſum: qui ꝓpter veſtrã p̃ſentiam deuoꝛare me nõ põt: caput meũ iã in oꝛe ſuo abſoꝛbuit: date locum vt me amplius nõ cruciet/ ſed faciat qđ facturus eſt. Si eñ ad deuoꝛandũ dat⁹ ſum: quare ꝓpter vos moꝛa ſpatioꝛ? Tũc fratres ceperunt dicere. Quid eſt qđ loqueris frater/ ſignũ ſancte crucis impꝛime. Reſpondebat ille vt poterat/ dicẽs. Uolo me ſignare: ſed nõ poſſum q: a dꝛacone p̃moꝛ. Cũq; h̃ fratres audirẽt/ ꝓſtrati in terra cũ lachꝛymis ceperũt ꝓ ereptione illius vehementius oꝛare: et ecce ſubito cepit melioꝛat⁹ eger quibus valebat vocibus exultare/ dicẽs. Gr̃as deo: ecce dꝛaco qui me ad deuoꝛandũ acceperat/ fugit oꝛonibus vr̃is: expulſus eſt/ ſtare non potuit. Pꝛo pc̃is meis modo intercedite: q: conuerti parat⁹ ſum: ⁊ ſecularẽ vitã fundit⁹ relinq̃re. Homo ĝ ſicut iam dictũ eſt ab extrema coꝛpis fuerat parte p̃moꝛtuus/ reſeruat⁹ ad vitã/ toto ad deũ coꝛde conuerſus eſt: lõgis ⁊ cõtinuis i cõuerſatiõe eadẽ flagellis erudit⁹: atq; ante paucos dies excreſcẽte coꝛpis moleſtia defunctus.

Frater deſperãs reſipiſcit

Qui iã dꝛaconẽ moꝛiẽs nõ vidit: q: illũ per coꝛdis imutationẽ vicit. Ecce fratres chariſſimi Goꝛdiana quã ſupi⁹ dixi a ſanctimonialis habit⁹ excellẽtia coꝛruit ad penã: et frater hic de quo narraui iſta/ ab ipſo moꝛtis articulo rediit ad eternam vitã. Nemo igiť ſcit q̃ de ſe in occultis dei iudicijs agať: q: multi ſunt vocati/ pauci ꝟo electi. Quia

ergo nulli de ſe certū eſt electū ſe eſſe:reſtat vt oēs trepident:oēs de ſua actione formidēt/oēs in ſola diuina miſericordia gaudeāt:nullus de ſuis viribus pſumat. Eſt qui perficiat fiduciā veſtrā:ille ſcilicet qui in ſe dignatus eſt aſſumere carnem noſtram:qui viuit et reg.ẋc.

¶ Dñica vigeſimaprima. Jo.IIII.

¶ In illo tempore: Erat quidā regulus cuius filius infirmabatur Capharnaū. Hic cum audiſſet: quia Jeſus veniret a Judea in Galileā abijt ad eum:et rogabat eum vt deſcēderet et ſanaret filium eius. Et reliqua. Homilia beati Gregorij.

Lectio ſancti euāgelij quā modo fratres audiſtis expoſitiōe nō indiget. Sed ne hāc taciti pteriſſe videamur exhortādo potius ꝙ exponēdo/in ea aliquid loquamur. Hoc aūt ſolūmodo de expoſitione video requirendum/cur is qui ad ſalutē filio petēdam venerat audiuit. Niſi ſigna ⁊ prodigia videritis nō creditis. Qui enim ſalutē filio querebat pculdubio credebat. Nec eīm ab eo quereret ſalutē/quē non crederet ſaluatorem. Quare ergo dicitur/niſi ſigna ⁊ prodigia videritis/nō creditis: q̄ ante credidit ꝙ ſignum videret? Sed memētote q̄d petijt/⁊ aperte cognoſcetis/q: in fide dubitauit.
Reguli fides puſilla.
Popoſcit nāq; vt deſcēderet/⁊ ſanaret filiū eius. Corporalē ergo dñi preſentiā querebat:q̄ per ſpm̄ nuſꝙ deerat. Minus itaq; in illū credidit:quē nō putauit ſalutē poſſe dare/niſi pſens eſſet et corpore. Si eīm pfecte crediſſet/pculdubio ſciret/q: nō eſſet locus vbi nō eſſet deus. Ex parte ergo magna diffiſus eſt:q̄ virtutē nō dedit maieſtati/ſed preſentie corporali. Et ſalutē filio petijt: et tñ in fide dubitauit: q: eū ad quē nō venerat:et potētē ad curādū credidit:et tñ morienti filio eſſe abſentē putauit. Sed dñs q̄ rogat vt vadat:q: nō deſit vbi inuitat indicat:ſolo iuſſu ſalutē reddidit:q̄ volūtate oia creauit. Qua in re hoc eſt nobis ſolerter intuēdū:ꝙ ſicut euāgeliſta alio teſtāte didicimus
Matt. viij.
Centurio venit ad dñm/dicēs. Dñe puer meꝰ iacet paralyticus in domo ⁊ male torquet. Cui Jeſus ptinꝰ rndit. Veniā ⁊ curabo eū. Quid eſt qđ regulꝰ rogat vt ad eius filiū veniat:et tñ ire corpaliter recuſat? Ad ſeruū aūt Centurionis nō inuitat:⁊ tñ corporalr ſe ire pollicet. Reguli filio p corporalē pſentiā nō dignat adeſſe:Cēturiōis ſeruo non dedignat occurrere. Quid eſt hoc/niſi ꝙ ſupbia nr̄a retūdit:q̄ in hoibꝰ non naturā qua ad imaginē facti ſunt:ſed honores ⁊ diuitias veneramur. Cūq; pēſamus que circa eos ſunt/negligimꝰ pēſare ipſos: eo ꝙ pfecto interiora minime pūidemus:dū ea cōſideramꝰ q̄ in corporalibꝰ deſpecta ſunt/negligimꝰ pēſare qđ ſunt. Redēptor noſter vt oñderet:q: q̄ alta ſunt hoim/ſctis deſpicienda ſunt. Et q̄ deſpecta ſunt hoim/ſctis deſpiciēda nō ſunt:ad filiū reguli ire noluit:ad ſeruū Cēturiōis ire paratus fuit. Increpata eſt ergo ſupbia nr̄a:q̄ neſcit pēſare hoies pter hoies:ſola (vt diximꝰ) que circūſtāt hoibus penſat. Naturā nō aſpicit:honorē dei in hoibus nō agnoſcit. Ecce ire nō vult filiꝰ dei ad filiū reguli:⁊ tñ venire paratꝰ eſt ad ſalutē ſerui.
Chriſti pia dignatio.
Certe ſi nos cuiuſpiā ſeruꝰ rogaret vt ad eū ire deberemus: ptinus nobis nr̄a ſupbia in cogitatione tacite rn̄deret/dicēs. Nō eas:q: temetipſum degeneras. Honor tuus deſpicit/locꝰ tuus vileſcit. Ecce de celo venit/q̄ ſeruo occurrere in terra nō deſpicit: et tñ humiliari in terra cōtēnimꝰ q̄ de terra ſumꝰ. Quid vero apud deū vilius/q̄d eſſe deſpectius pōt/ꝙ ſeruare honore apud hoies/et interni teſtis oculos nō timere.
Lu. xvj.
Unde ipe dñs ad phariſeos dicit. Uos eſtis qui iuſtificatis vos corā hoibꝰ:deꝰ autē nouit corda vr̄a:q: qđ hoibus altum eſt/abominabile eſt apđ deū. Notate fratres/notate qđ dicit. Si eīm qđ hoibꝰ altū eſt/abominabile eſt apđ deū: cogitatio cordis noſtri tāto apud deū in imo eſt:quanto hoibus in alto. Et humilitas cordis nr̄i tāto apud deum in alto eſt/quāto hoibꝰ in imo. Deſpiciamꝰ ergo ſi q̄d boni gerimꝰ:nulla nos inſ et nr̄a operatio:nō rerū abūdātia:non gloria extollat. Si q̄buſlibet bonis affluētibꝰ intus intumeſcimꝰ/deo deſpecti ſumus. Quo cōtra pš. de humilibꝰ dicit. Pſal. cxiiij.
Cuſtodiēs paruulos dñs. Qui q: paruulos humiles appellat/poſtꝙ ſniam ptulit cōſiliū ſubiungit:nā quaſi q̄rerem q̄d ipſe ad hec faceret adiūxit. Humiliatus ſum ⁊ liberauit me. Hec ergo cogitate fratres hec tota intētione pēſate. Nolite in pⁱmis veſtris mūdi huius bona venerari. Hoc pter deū honorate in hoibꝰ q̄bus tñ cōmiſſi non eſtis:ꝙ facti ſunt ad imaginē dei:qđ tūc pⁱmis vere ſeruatis/ſi apud voſmetipſos priꝰ in corde nō intumeſcitis. Nā qui ſe adhuc p rebꝰ trāſitorijs extollit:neſcit in pⁱmo venerari qđ maneat. Nolite ergo
Exhortatio ⁊ deſideriuz patrie.
in voſmetipſis pēſare qđ habetis/ſed qđ eſtis. Ecce mundus qui diligit vadit. Sancti iſti ad quoꝝ tūbā conſiſtimus:florētē mūdū mētis deſpectu calcauerūt. Erat vita lōga/ſalus cōtinua/opulētia in rebus/fecūditas in ppagine/trāquillitas in diuturna pace:⁊ tñ cū in ſeipſo floreret/iam in eoꝝ cordibꝰ mūdus aruerat. Ecce iā in ſeipſo mūdus aruit:⁊ adhuc in noſtris cordibus floret. Ubiq; mors/vbiq; luctus/vbiq; deſolatio. Undiq; percutimur vndiq; amaritudinibꝰ replemur:et tñ ceca mente carnalis cōcupiſcētie ipſas amaritudines amamꝰ:fugientē ſequimur/labēti inheremꝰ. Et q̄ labētē retinere nō poſſumus:cū ipſo labimur quē cadētē tenemꝰ. Aliqñ nos mūdus delectatiōe ſua retraxit a deo: nūc tātis plagiſ plenꝰ eſt:vt ipe iā nos mūdꝰ pturbatiōe ſua iuittet ad deū. Pēſate ergo ꝙ nulla ſunt que tpaliter currunt. Finis tpaliū oſtēdit ꝙ nihil ſit qđ trāſire potuit. Caſus rerū indicat: q: res trāſiens/et tūc prope nihil fuit cū ſtare videretur. Hec fratres chariſſimi ſolicita cōſideratione penſate: in eternitatis amore cor figite:vt duz terrena culmina adipiſci contēnitis/perueniatis ad gloriam quam per fidez tenetis:per Jeſum chriſtum ẋc.

¶ De eadem dñica. Joan.IIII.

¶ In illo tempore:Erat quidam regulus:cuius filius infirmabatur Capharnaū. Et reliqua. Homilia Herici.

Diuina iudicia quam ſint incōprehēſibilia/ꝙq; inſcrutabilia:quātūq; ab hūanis iudicijs lōge diſtātia:tū in oibus diuine ſcripture locis:tū vel maxime in preſenti ſcti euangelij lectione valemus aduertere. Ecce enim ſicut ſubſequens ſermo huius lectionis indicat:rogatus dñs et rex deprecatꝰ/vt ad reguli filiū pergeret inuiſendū/ire noluit: cū tñ alibi ad Cēturiōis ſeruū etiā illo renitēte/⁊ idignū ſe reclamāte/vēturū ſe pmittere dignatꝰ ſit. Quis autē ignorat regulū maioris eſſe ptātis/ꝙ cēturionē. Sz apđ oipotētē deū (cuius iudicia aliqñ occulta ſunt:ſemp aūt vera) plus fides Cēturionis valuit/ꝙ purpura reguli. Sic quōdā Dauid puer maioribꝰ:⁊ quātū ad hoim iudicia ptinet/prudētioribꝰ fratribus reprobatis/ad regnuz eligit:et in fine ſeculi nō oratores ⁊ nobiles: ſed piſcatores ignobiles a dño ad aplatum vocant. Hāc diuinoꝝ iudicioꝝ ſubtilitatē pſalmiſta cōſiderās aiebat. Judicia Pſal. xviij.
tua dñe abyſſus multa. Et iterū. Judicia dñi vera iuſtificata in ſemetipſa. Et Eſaias de chriſto pcinit. Nō ſm vi- Eſa. xi.
ſionē oculoꝝ iudicabit:neq; ſz auditū auriū arguet. Sz hec ſuo in loco meliꝰ videbunt/q̄ nos breuiter prelibaſſe nō pigeat:nūc ad exponēdū ſcti euāgelij lectionē accedamus. ¶ Erat q̄dā regulus/cuiꝰ filiꝰ īfirmabat Caphar- Text.
naū. Regulꝰ p diminutionē noīs/qđ eſt rex: dr̄ paruꝰ rex:nec magna ptāte ſublimis. Qđ nomē bene iſti congruit/q̄ filio ſalutē popoſcit:q: videlicet nō plenā/ſed diminutā fidez habuiſſe pbat. Capharnaū aūt ciuitas eſt Galilee puincie:in qua dñs multa mirabilia oſtendit:

Digitized by Google

in qua etiã infirmꝰ iacebat iſtiꝰ reguli filiꝰ. Hic ergo au-
diẽs dñm aduenire a Judea in Galileã: vbi nuꝑ aquã in
vinũ conuerterat/abijt ad eũ rogaturꝰ ꝓ ſanitate filij mo
rientis. Cũ vis eñ oĩs terra duodecim tribuũ in qua Ju-
dei habitabãt/Judea generaliter appellaret: ꝑcipue tñ
ac ſingulariter illa pars regni iudeoꝝ in qua due tribus
cõſiſtebãt: Jude.ſ. ꝛ Beniamin/Judea vocaẽ. A qua par
Tex. te veniẽte dño/acceſſit ad eũ iſte regulꝰ/rogãs vt deſcen
Tex. deret ꝛ ſanaret filiũ eius. Quare? ¶ Incipiebat eñ mo
ri.i.vrgebat eũ vicina mors. ¶ Dicit ergo Jeſus ad eũ.
Niſi ſigna ꝛ ꝓdigia videritis/nõ creditis. Signa dicunẽ
eo ꝙ ſignificẽt aliqd: ꝓdigia vo q̃ſi porrodicia: eo ꝙ por-
ro.i.lõge ꝓtẽdãt aliqd. Cõſtat ꝑfecto Judeos q̃ſi ex na-
tura inſitã hãc cõſuetudinẽ habuiſſe: vt qbuſcũqꝫ rebus
licet diuinis/fidẽ nõ niſi ꝑ ſigna cõmodarent. Vñ ꝛ apl's
j.Cor.j. Paulꝰ dicit. Judei ſigna petũt. Sꝫ qrẽdũ videẽ: cur dñs
huic regulo dicat: niſi ſigna ꝛ ꝓdigia videritis/nõ credi
tis: cũ ille ante crediderit ꝙ̃ ſignũ videret? Quõ nõ cre-
deret q̃ ſalutẽ filio popoſcit? Sed ſi attendimꝰ qd petijt/
aperte cognoſcimꝰ: q: nõ plene fidei fuit. Popoſcit nãqꝫ
dñm vt ſanaret filiũ eius ꝛ ſic ꝑſentiã corporalẽ expetijt:
quaſi ſalutẽ in filio operari non poſſet niſi ꝑſens corpore
fuiſſet. Qui ſi ꝑfecte crediidiſſet: ꝓculdubio ſciret nõ eſſe
locũ vbi nõ eſſet deꝰ. Arguit itaqꝫ hoiem in fide torpẽtẽ:
et tẽtare cupiẽtẽ in ſanitate filij ſui qs eẽt: aut quãtu poſ-
Tex. ſet. ¶ Dicit ad eũ regulꝰ. Dñe/deſcẽde priuſq̃ moriaẽ fi-
lius meꝰ. Vrgebat eũ infirmitas filij: ꝛ ideo in ꝓcibꝰ ꝑſe-
Tex. uerãs poſtulat illi ſalutẽ. ¶ Dicit ei Jeſus. Vade/filius
Matt. tuꝰ viuit. Sicut alio euãgelio narrãte didicimꝰ: Cẽturio
viij. ad dñm venit dicẽs. Dñe puer meꝰ iacet paralyticꝰ in do
mo ꝛ male torqtur. Cui rñdit dñs. Ego veniã ꝛ curabo
eũ. Cẽturio eſt q̃ cẽtũ militibꝰ ꝑeſt. Cũ ergo maiorꝫ digni
tatis ſit regulꝰ q̃ Cẽturio: vigilãter intuendũ eſt/cur ad
filiũ reguli rogatꝰ corꝑalr ire recuſat: ad ſeruũ vo Cẽtu-
Cõpara rionis etiã nõ rogatꝰ ſe ꝑgere pollicetur. Filio reguli nõ
tio regu dignatur adeſſe/ſeruo Cẽturionis nõ dedignaẽ occurre
li ꝛ Cen re Sꝫ in hoc facto ſola humilitate q̃ nobis in redẽptore
turionis noſtro imitãda ꝓponiẽ/ſuꝑbia nr̃a ſemꝑ retũdiẽ: q̃ in ho
minibꝰ nõ naturã qua ad imaginẽ dei facti ſunt/ſed ho-
nores ꝛ diuitias veneramur. Vt eñ oñderet redẽptor no
ſter: q: q̃ alta ſũt hoibꝰ/hoc eſt dilectoribꝰ huiꝰ ſeculi/ele-
ctis deſpiciẽda ſunt: ꝛ q̃ deſpecta hoibus videnẽ/ſanctis
deſpiciẽda nõ ſunt: ad filiũ reguli noluit ire/ad ſeruũ ve-
Tex. ro Cẽturiõis paratꝰ fuit ire. ¶ Credidit hõ ſermoni quẽ
dixit ei Jeſꝰ: ꝛ ibat. Ex hoc iã apparet quãtũ ꝓfecerit iſte
ex increpatiõe ſaluatoris. Quia eñ dñs dixerat ei. Niſi
ſigna ꝛ ꝓdigia videritis nõ creditis: ſtatim vt audiuit a
Tex. dño: vade/filiꝰ tuus viuit: cõtinuo credẽs ibat. ¶ Jã aũt
eo deſcendẽte/ſerui ei occurrerũt ꝛ nũtiauerũt dicentes
q: filius eius viueret. Interrogauit ergo horã ab eis in
qua meliꝰ habuerat. Et dixerũt ei q: heri hora ſeptima re
liqt eũ febris. Nõ eſt vacuũ a magno myſterio: ꝙ filiũ re
guli euãgeliſta narrat ſeptima hora ab infirmitate dimiſ
ſum. Nõ ſolũ eñ miracula chriſti q̃ corporaliter geſſit/mi
racula nobis exiſtũt ſed etiã in ipſis operibꝰ ſuis/ſecreta
ſunt myſteria cõſiderãda. Septenariꝰ numerꝰ ſacratus
eſt donis ſpiritusſancti: qm̃ oĩa dona ſpũalia q̃ a deo cun
ctis fidelibꝰ largiũtur/eodẽ ſeptenario numero cõprehẽ
duntur. Septẽ eñ ſunt virtutes ſpiritualiũ donoꝝ: qbus
et ſtatus hoim in preſenti vita decẽtiſſime ornaẽ: ſapiẽtia
videlicet/intellectus/cõſiliũ/ꝛ fortitudo/ſciẽtia/ pietas/
ac timor dñi. Sine grã eñ dei nec ſapiẽs qs eſſet põt/nec
intelligẽs/nec cõſiliarius/nec fortis/nec eruditꝰ/nec piꝰ
nec plenꝰ timore dñi. Que dona: quia nõ aliter ꝙ̃ gratia
ſpiritusſancti homini tribuũtur/merito etiã ipſe ſpiritus-
ſanctus/qui nihil aliud eſt ꝙ̃ verus deus eiſdẽ nominibꝰ
nũcupaẽ. Sicut eñ filiꝰ a pr̃e ꝓcedẽs vocatur leo ꝓpter
fortitudinem: ouis ꝓpter innocẽtiã: oſtium q: per ipſum
introimus ad patrem: lux quia illuminat omnem homi
nem: vocatur et veritas/atqꝫ reſurrectio: multiſqꝫ alijs

noibus ſcdm quaſdã ꝓprietates: ita quoqꝫ ſpũſſanctꝰ ꝓ-
cedẽs a patre ſimul ꝛ filio/his ſeptẽ noibus ꝓprie appel
latur: ſapiẽtia ſcꝫ intellectꝰ cõſiliũ/fortitudo/ſcientia/pie
tas/ac timor. Vñ ꝛ ſeptiformis gratie diciẽ/ꝓpter myſte
rium ſeptenarij numeri: in quo ſumma ꝑfectio intelligiẽ.
Eſt eñ cõpoſitꝰ ex ternario ꝛ quaternario. Habet nãqꝫ
in ternario ſignificationem ſcẽ trinitatis: in quaterna-
rio euãgelij. Siue eñ tres ꝑ quattuor/aut quattuor ꝑ tres
multiplicenẽ/ad duodenariũ numerũ cõſurgit: quẽ etiã
cõſtat eſſe ꝑfectiſſimũ: q: myſteriũ ſcẽ trinitatis/ꝛ doctri
na euãgelij ꝑ duodecim aplos in quattuor mũdi partes:
oriẽtẽ videlicet ꝛ occidẽtẽ/ſeptẽtrionẽ ac meridiẽ deriua
ta eſt. Sunt quoqꝫ quattuor mũdi elemẽta: et quattuor or
bis (vt dictũ eſt) climata/totidẽqꝫ anni tpa: quattuor etiã
quibꝰ eccleſia ſubſiſtit habenẽ euãgelia. Poſſumꝰ quoqꝫ
ternarium numerũ/ad interiorẽ nr̃m referre hoiem/hoc
eſt ad aiam q̃ triplicis eſt nature. Eſt eñ iraſcibilis cõcu- Septe-
piſcibilis: ꝛ rationalis. In vnaquaqꝫ etiam rationali ani narij nu
ma tria inſunt: memoria/ingeniũ/ꝛ intellectꝰ. Spiritum meri ra-
quoqꝫ ſanctũ ſuper dñm corporaliter reqeturũ/Eſaias ꝓ tio my-
pheta cũ de chriſto ꝓphetaret ꝓdixit. Egrediẽ virga de ſtica.
radice Jeſſe: dñs videlicet Jeſus de ſtirpe Dauid: ꝛ reqe-
ſcet ſuꝑ eũ ſpiritus dñi/ſpũs ſapiẽtie ꝛ intellectꝰ/ſpũs cõ- Eſa.xj.
ſilij ꝛ fortitudinis/ſpũs ſciẽtie ꝛ pietatis: ꝛ replebit eũ ſpi
ritus timoris dñi. Ipſe eñ ſpũs reqeuit ſuꝑ dñm Jeſum
chriſtũ: q: in eius corpore oĩs plenitudo diuinitatis ple-
niſſime habitauit: nequaq̃ ꝑ partes/vt in ceteris ſanctis
quibꝰ alijs datur ſermo ſapiẽtie/alijs ſermo ſciẽtie/alijs
gratia virtutũ: ꝛ ceteris qbus vnicuiqꝫ daẽ ſm mẽſurã ſi
dei: ſed plenarie reqeuit ſuꝑ eũ/ꝑpetua manſit habitatiõe
Quia igiẽ per ſeptenariũ numerũ ipſe ſpũſſanctus deſi-
gnaẽ: a quo et per quẽ oĩs ſanitas/oĩs fortitudo/atqꝫ vni
uerſa dona ſpũalia cũctis fidelibꝰ largiunẽ: recte ſeptima
hora dici filiꝰ reguli ſanitati redditꝰ ab euãgeliſta referẽ
quia qcũqꝫ ſanitas/ſiue in corpore/ſiue in anima daẽ/eo-
dem ſpiritu largiente tribuiẽ: q̃ per eũdẽ ſeptenarium nu
merũ deſignatur. Bene ergo ſeptima hora filiꝰ reguli ſa
natus eſt: q: tũc ꝑfectã ſanitatẽ totꝰ hõ cõſeqtur/cũ crea-
tura creatorẽ ſuũ agnouerit: eiqꝫ ſe digna humilitate/ac
ſeruitute ſubdiderit. Hic eñ eſt ordo rectiſſimꝰ vt anima
deo/corpꝰ vero ſpiritui mãcipeẽ. Iſdẽ quoqꝫ ſeptenarius
numerꝰ donis ſeptiformis ſpũs ſacratꝰ eſt: in quo/ꝛ per
quẽ vera hec ſanitas/ꝛ remiſſio oĩm peccatorũ tribuitur.
¶ Cognouit ergo pater: q: in illa hora erat in qua dixit Tex.
ei Jeſus: filius tuus viuit: ꝛ credidit ipſe ꝛ domꝰ eius to-
ta. In hoc eodẽ euãgeliſta paulo ſuperius legimus ꝙ ꝓ-
dicãte dño in Samaria ad vocẽ mulieris dicẽtis. Veni-
te ꝛ videte hoiem q̃ mihi omnia dixit quecũqꝫ feci: pluri- Jo.iiij.
mi Samaritanoꝝ abſqꝫ vllius ſigni viſione ſolo ſermone
in illum crediderunt. Ad iſtud autem tam magnũ mira-
culum in Judea patratũ/ſolus regulus cũ domo ſua cre Allegori
didit. Et hoc eſt quod dñs ſupra dixerat. Niſi ſigna ꝛ ꝓdi ca expo-
gia videritis nõ creditis. In quo etiã facto prefiguraba- ſitio.
tur: ꝙ paucitas iudeoꝝ eſſet in deo credituru: ꝛ multitu-
do gentium ad fidem ventura. Judei nẽpe ipſum filium
dei ſigna faciẽtẽ viderũt/apoſtolos illius ꝓdicatores et
magiſtros habuerũt: et tamen pauci ex eis fidei iugo col
la ſubmiſerunt/ceteris in infidelitate perſiſtentibꝰ. Pro-
inde illis tormẽtis perpetuis ad infidelitatẽ cõdẽnatis:
nobis ſi quid fide credimus operibus exornemus/eter-
na beatitudo repromittiẽ/dicẽte nobis ſaluatore. Bea
ti qui non viderunt et crediderunt. Perfecta namqꝫ Ju- Joã.xx.
deorum conuerſio circa finem ſeculi implenda eſt: quan
do ad predicationem Helie ꝛ Enoch conuertentur cor-
da patrum in filios: ꝛ corda filiorum ad patres eorum: ꝛ
adimplebitur quod ait apoſtolus. Cum plenitudo gen- Rom.xj
tium intrauerit: tunc omnis Iſrael ſaluꝰ erit. Et Eſaias.
Si fuerit numerus filiorum Iſrael quaſi arena maris/re Eſa.x.
liquie ſalue fient. Et iterum. In veritate conuertentur
in chriſto Jeſu. Amen.

¶ Dñica.XXII. Matthei.XVIII.

¶ In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis ſimilitudinem hanc. Simile factum eſt regnum celorum homini regi: qui voluit rationem ponere cũ ſeruis ſuis. Et reliq̃. Homilia btí Aug.

HEſterna die ſanctum euãgeliũ monuit nos / nõ negligere peccata noſtra: ſed ſi peccauerit in te frater tu⁹: corripe eũ inter te ⁊ ipm ſolũ. Si te audierit / lucrat⁹ es fratrẽ tuũ. Si aũt cõtẽpſerit / adhibe tecum duos vel tres: vt in ore duorũ vel triũ teſtiũ ſtet omne verbũ. Si aũt ⁊ ipſos cõtempſerit / dic eccle. Q̃d ſi eccliam cõtẽpſerit: ſit tibi ſicut ethnicus et publicanus. Hodierna etiã die ad ipſam rem ptinet caplm qd ſequitur: qd mõ cũ legeret audiuimus. Cũ em̃ dixiſſet hoc dñs Jeſus Petro: ſubiecit ⁊ interrogauit magiſtrũ quoties ignoſceret fratri q̃ in illum peccaſſet: ⁊ q̃ſiuit vtrũ ſufficeret ſepties. Rñdit illi dñs.
Tex. Nõ ſolũ ſepties / ſed etiã ſeptuagieſſepties. Deinde narrauit ſilitudinẽ valde terribilẽ. ¶ Quia ſimile eſt regnum celoꝝ hoĩ patrifamilias: q̃ poſuit rationẽ cũ ſeruis ſuis: in quib⁹ inuenit debitorẽ decẽ miliũ talẽtoꝝ. Et cũ iuſſiſſet vt oĩa q̃ habebat: ⁊ oĩs eius familia / ⁊ ipſe venũdaret: et debitũ ſolueret: aduolut⁹ pedib⁹ dñi ſui: rogabat em̃
Tex. dilationẽ: ⁊ meruit remiſſionẽ. ¶ Miſertus eſt em̃ eius dñs (ſicut audiuim⁹) et oẽ debitũ dimiſit illi. At ille debito liber / ſed iniq̃tatis ſeruus / poſtea q̃ egreſſus eſt a facie dñi ſui: inuenit etiã ipſe debitorẽ ſuũ q̃ debebat / non decẽ milia talẽtoꝝ / quãtũ ipſi⁹ debitũ fuit: ſed cẽtũ denarios. ¶ Cepit eũ ſuffocans trahere ⁊ dicere. Redde qd
Miſera- debes. At ille rogabat cõſeruũ ſuũ / ſicut ⁊ ipẽ rogauerat
tiõis di- dñm: ſed talẽ nõ iſte inuenit cõſeruũ qualẽ ille dñm. Non
uine ex- ſolũ remittere illi debitũ noluit / ſed nec dilationẽ dedit:
ceſſus. contortũ rapiebat ad ſolutionẽ / iam debito dñico liber. Diſplicuit cõſeruis: ⁊ renũtiauerũt dño ſuo q̃d factũ eſſet.
Tex. Et dñs fecit adeſſe ſeruũ: ⁊ dixit ei. ¶ Serue nequã: cuꝫ mihi tãta deberes / miſertus tui oĩa dimiſi tibi: nũ ergo oportuit et te miſereri cõſerui tui: ſicut et ego tui miſert⁹ ſum? Et iuſſit oĩa q̃ illi dimiſerat / exigi cuꝫ tortura. Ergo hãc ſimilitudinẽ ad noſtrã iſtructionẽ ꝓpoſuit: ⁊ admo-
Tex. nẽdo nos perire noluit. ¶ Sic inq̃t ⁊ vobis faciet pr̃ veſter celeſtis: ſi nõ remiſeritis vnuſq̃ſq; veſtrũ fratrib⁹ vr̃is ex corde veſtro. Ecce frẽs res in aꝑto eſt: admonitio vtilis / ac valde ſalubris obediẽtia debet: vt qd iuſſuꝫ eſt impleat / ⁊ debitorẽ habet fratrẽ ſuũ. Quis eſt em̃ q̃ non ſit debitor dei? Quia oĩs hõ ⁊ debitor eſt dei / niſi in quo nullũ potes inuenire pctm̃. Quis eſt aũt q̃ nõ habeat debitorẽ fratrẽ / niſi in quẽ nemo peccauit. Putaſne q̃ſq̃ in genere humano reperiri poteſt: q̃ nõ ⁊ ipſe aliquo pctõ obſtrictus ſit: ⁊ fratri ſuo debitor? Eſt ergo oĩs hõ debitor / habẽs ⁊ ipſe debitorẽ. Ideo dñs iuſt⁹ cõſtituit tibi regu-
Luc. vi. lã in debitore tuo / quod faciet ⁊ ipẽ cũ ſuo. Duo em̃ ſunt opera mĩe q̃ nos liberãt: q̃ breuiter ipẽ dñs poſuit in euãgelio. Dimittite ⁊ dimittet vobis: date ⁊ dabit vobis. Dimittite ⁊ dimittet vobis / ad ignoſcẽdũ ptinet. Date ⁊ dabit vobis: ad p̃ſtandũ beneficiũ ptinet. Q̃d ait de ignoſcendo: ⁊ tu vis tibi ignoſci cũ peccas: ⁊ habes alium cui poſſis ignoſcere. Rurſus quod pertinet ad tribuendum beneficium / petit ⁊ mendicus: ⁊ tu es dei mẽdicus. Omnes enim quãdo oram⁹ / mẽdici dei ſum⁹: ante ianuam regni patriſfamilias ſtamus: immo etiã ꝓſternimur ſupplices / ingemiſcim⁹ aliq̃d volẽtes accipere: ⁊ ipm aliq̃d ipẽ eſt de⁹. Quid a te mẽdic⁹ petit? Panẽ. Et tu q̃d petis
Joã. vi. a deo? Niſi chriſtũ q̃ dicit. Ego ſum panis viuus q̃ de celo deſcẽdi. Ignoſci vobis vultis: ignoſcite. Remittite et remittet vobis. Accipere vultis: date ⁊ dabit vobis. Sꝫ q̃d in hac aperta p̃ceptiõe mouere poſſit audite. Ubi venia petit ⁊ ab ignoſcẽte debet. In remiſſione hoc põt moue-

re: qd ⁊ Petrũ mouit. Quoties inq̃t debeo ignoſcere / ſuf- Matt.
ficit vſq; ſepties? Nõ ſufficit ait dñs. Non dic ſepties / ſed xviij.
ſeptuagieſſepties. Iã tu enumera q̃ties in te peccauerit frater tu⁹: ſi potueris ꝑuenire vſq; ad ſeptuageſimam et octauã culpã vt trãſeas ſeptuagies / tũc molire vindictã. Ita ne verũ eſt qd dicit? Et vere ita ſe habet res: vt ſi peccauerit ſeptuagieſſepties / ignoſcas. Si autẽ peccauerit ſeptuagieſocties: iã liceat tibi nõ ignoſcere. Audeo dicere / vt ſi peccauerit ſepties / octies ignoſcas: ſi aũt peccauerit vt dixi ſeptuagieſocties / ignoſce ⁊ ſi cẽties peccauerit / ignoſce. Et q̃d dicã? Quoties / toties. Oĩno q̃ties peccauerit / ignoſce. Ergo ego auſus ſum ſupgredi modum dñi mei. Ille in ſeptuageſimo ⁊ ſeptimo numero ignoſcẽdi limitẽ fecit: hũc ergo limitẽ trãſilire p̃ſumã? Non eſt verũ: nõ auſus ſum plus aliq̃d. Ipſum dñm meũ audiui loquẽtẽ in aplo ſuo: vbi mod⁹ ⁊ numer⁹ p̃fix⁹ nõ eſt. Ait
em̃. Donãtes vobiſmetipſis ſi q̃s aduerſus aliquẽ habet Col. iij.
q̃relã: ſicut de⁹ in chriſto donauit vobis. Audiſtis formã. Si ſeptuagieſſepties pctã tibi donauit chriſt⁹: ſi huc uſq;
ignouit / ⁊ vltra negabit. Pone ⁊ tu limitẽ: ⁊ noli vlteri⁹ Subti-
ignoſcere. Si aũt chriſt⁹ milia pctõꝝ inuenit / ⁊ tñ oĩa do- lis diſcuſ-
nauit: noli ſubducere miſericordiã / ſꝫ poſce illius numeri ſio ꝟbo-
ſolutionẽ. Nõ em̃ ſine cã dñs ſeptuagieſſepties dixit: cuꝫ rum.
oĩno nulla ſit culpa / quã nõ debeas ignoſcere. Ecce ille ipſe ſeru⁹ de q̃ nobis ſermo eſt / decẽ miliũ talentoꝝ dño ſuo inuẽt⁹ eſt debitor. Decẽ ꝟo milia talẽtoꝝ vt parũ ſit / decẽ milia peccatoꝝ ſunt. Nolo em̃ dicere vnũ talẽtũ / qd oĩa pctã cõcludat. Seru⁹ aũt ille quãtũ ei debebat? Cẽtũ denarios debebat. Iã plus eſt q̃ ſeptuagieſſepties: ⁊ tñ irat⁹ eſt dñs / q: nõ ei dimiſit. Nõ ſolũ em̃ cẽtũ plus ſũt q̃ ſeptuagintaſeptẽ: ſꝫ cẽtũ denarij forte mille aſſes ſunt. Sꝫ q̃d ad decẽ milia talentoꝝ? Ac ꝑ hoc oẽs culpas q̃ in nos cõmittũtur / parati ſim⁹ ignoſcere / ſi nobis deſideramus ignoſci. Si em̃ cõſiderem⁹ pctã nr̃a: ⁊ nũerem⁹ q̃d facto q̃d oculo / q̃d aure q̃d cogitatiõe / q̃d inumerabilib⁹ motib⁹ neſcio vtrũ dormiam⁹ ſine talẽto. Ergo q̃tidie petim⁹ quotidie diuinas aures orãdo pulſam⁹: q̃tidie nos ꝓſter-
nimus ⁊ dicim⁹. Dimitte nobis debita nr̃a / ſicut ⁊ nos di- Mat. vi.
mittim⁹ debitorib⁹ noſtris. Que debita nr̃a? Omnia / an aliquã partẽ? Rñdebis oĩa. Sic ergo ⁊ tu debitori tuo. Hanc ergo regulã ponis: hãc cõditionẽ loq̃ris: hoc pacto ⁊ placito qñ oras cõmemoras vt dicas. Dimittite nobis debita nr̃a: ſicut ⁊ nos dimittim⁹ debitorib⁹ noſtris. Quid ſibi vult ſeptuagieſſepties? Audite frẽs magnum myſteriũ: ⁊ mirabile ſacramẽtũ. Qñ dñs baptizatus eſt / Lucas euãgeliſta ſcrũs ibi cõmemorauit gñatiões eius quo ordine / q̃ ſerie / q̃ ſchemate ad illã gñationẽ vẽtũ fuerit qua nat⁹ eſt chriſt⁹. Matthe⁹ cepit ab Abrahã ⁊ venit ad Joſeph diſcẽdẽdo: Lucas aũt aſcendendo cepit nu-
merare. Quare iſte diſcẽdẽdo ille aſcẽdendo? Qr Mat- magnũ
theus gñationẽ chriſti cõmẽdabat qua deſcẽdit ad nos: myſteriũ
ideo quãdo nat⁹ eſt chriſt⁹ / cepit numerare deſcendẽdo. pandit.
Lucas autẽ q: tũc cepit numerare qñ baptizat⁹ eſt chriſtus: vbi eſt initiũ aſcẽſionis. Iſte aſcẽdẽdo numerare cepit: numerãdo aũt cõplenit generationes ſeptuaginta ⁊ ſeptẽ. A quo numerabat intẽdite: a quo exorſus eſt numerare vſq; ad ipm Adã qui primus peccauit: ⁊ nos cũ peccati obligatione gñauit enumerant generatiões ſeptuagintaſeptẽ: hoc eſt a chriſto vſq; ad Adã / quas dixim⁹ ſeptuagintaſeptẽ: ⁊ ab Adã vſq; ad chriſtũ ſeptuagintaſeptem. Si ergo nulla generatio pretermiſſa eſt: nulla culpa preteritur vbi non debeat ignoſci. Nam ideo ipſi⁹ ſeptuagintaſeptem generatiões enumerate ſunt: quẽ numerũ dñs in peccatorum remiſſionem cõmẽdabat: qm̃ a baptiſmo cepit numerare / vbi oĩa peccata ſoluũtur. Et in hoc fratres adhuc accipite ſacramentum maius. In ſeptuageſimo ⁊ ſeptimo numero / myſterium eſt remiſſionis peccatorum. Tot generationes inueniũtur a chriſto vſq; ad Adam. Deinde paulo diligentius interroga ipſius numeri ſecretum / latebraſq; eius inquire pulſa di-

Digitized by Google

ligentius vt aperiat̃ tibi. Juſtitia legis dei conſtat verũ
eſſe:nã lex in decẽ pceptis commẽdat̃. Jdeo ille debebat
decẽ milia talẽtoꝝ. Jpſe eſt ille memorabilis decalogus/
digito dei traditꝰ pplo p Moyſen famulũ dei. Debebat ergo
ille decẽ milia talentoꝝ:oĩa peccata ſignificat/ ꝓpter nu
merũ legis. Debebat ⁊ ille centũ denarios nõ minus ab
eodẽ numero. Nã ⁊ cẽties centũ/ ſiũt decẽ milia:et decies
deni/ ſiunt centũ. Et ille decẽ milia: ⁊ ille decies denos. A
legitimo numero nõ receſſũ eſt. Jn quo vtroꝗ inuenies
vtraꝗ peccata:vterꝗ debitor:et vterꝗ venie deplorator
⁊ imperrator. Sed ille ſeruꝰ malꝰ/ ſeruꝰ iniquus/ ingratus
noluit rependere qđ accepit/noluit pſtare qđ illi indigno
pſtitũ fuit. Videte ergo fratres. Quiſqꝫ incipit a baptiſmo
liber erit/dimiſſa ſunt ei decẽ milia talentoꝝ. Et cũ exie
rit/inuenire habet conſeruũ ſuũ debitorẽ. Obſeruet ergo
ipſum peccatũ:q: numerꝰ vndenarius tranſgreſſio legis
eſt. Lex enĩ denarius/peccatũ vndenarius. Lex enĩ p de
Taber- cẽ/peccatũ p vndecim. Quare peccatũ p vndecim? Quia
naculi tráſgreſſio denarij eſt:vt eas ad vndenariũ. Jn lege aũt
ſtructu- modus fixus eſt:tráſgeſſio aũt pctĩ. Jam vbi tráſgrede
ra plena ris denariũ/ad vndenariũ venis. Jdeo magnũ myſteriũ
ſecretis. figuratũ eſt/qñ iuſſum eſt tabernaculũ fabricari. Multa
ibi numeroſa dicta ſunt in magno ſacramẽto. Jnter cete
ra vela cilicina iuſſa ſunt fieri:nõ decem/ſed vndecim: q:
per ciliciũ oſtẽdit̃ cõfeſſio peccatoꝝ. Quid aũt amplius
queris? Vis noſſe oĩa peccata contineri numero iſto ſe
ptuageſimoſeptimo? Septuplũ ſolet ꝓ toto computari:
qm̃ ſeptẽ diebꝰ voluitur tẽpus:⁊ finito ſeptenario rurſus
ad caput redit̃/vt eadem forma voluat̃. Per hmõi forme
reuolutiõis ſecula tranſeũt:a ſeptenario tñ numero non
recedit̃. Oia enĩ pctã dixit qñ ſeptuagieſſepties dixit: q:
illos vndecim ſi ducas ſepties ſiũt ſeptuagieſſepties. Oia
ergo pctã dimitti voluit:q: ea ſeptuageſimoſeptimo nu
mero prefignauit. Nemo cõtra ſe teneat non ignoſcendo
Luce. vj nec cõtra illũ teneat̃ qñ orat. Dicit enĩ deus. Dimitte ⁊ di
mittet̃ tibi. Sꝫ ego prior dimiſi/ dimitte poſtea. Nã ſi nõ
dimiſeris reuocabo te:⁊ qcqd tibi dimiſeram/replicabo
tibi. Nõ enĩ mentit̃ veritas:nec fallit/aut fallit̃ chriſtus/
q ſubiecit dicẽs. Sic ⁊ vobis faciet pr̃ veſter q in celis eſt.
Jnuenis patrẽ:imitare patrẽ. Si enĩ imitari nõ vis/exhe
reditari diſponis. Faciet ergo iſta inqt vobis pr̃ veſter cele
ſtis/ſi nõ remiſeritis vnuſqſqꝫ fratribꝰ veſtris ex cordibus
vr̃is. Ne dicas in lingua ignoſco:⁊ corde differas. Suppli
ciũ enĩ tibi oñdit deꝰ minãdo vindictã. Nouit deus/niſi
dicas:vocẽ tuã hõ audiuit:cõſcientiã tuã deꝰ inſpicit. Si
dicis dimitto/dimitte. Melior es cũ clamas ore/⁊ dimit
tis in corde/ꝗ blãdꝰ ore/crudelis in corde. Jã ergo obſecrãt
pueri indiſciplinati/⁊ nolũt vapulari:q ſic preſcribunt no
bis qñ volumus dare diſciplinã. Peccaui/ ignoſce mihi.
Ecce ignoui. Et iterum peccat. Jgnoſce/ignoui. Peccat
tertio/ignoſco. Tertio ignoui:iam quarto vapulet. Et il
le. Nũquid ſeptuagieſſepties te fatigaui? Si hac preſcri
ptiõe ſeueritas diſcipline dormiat:repſſa diſciplina ſeuit
Corre- impunita neqtia. Quid ergo faciẽdũ eſt? Corripiamꝰ vbis ⁊
ptio ſit ſi opus eſt ⁊ verberibus:ſed delictũ dimittamꝰ/culpã de
remiſſi- corde abijciamꝰ. Jdeo enĩ dñs ſubdidit: de cordibꝰ vr̃is:
ua. vt ſi p charitatẽ imponit̃ diſciplina de corde lenitas nõ re
cedat. Quid enĩ tã piũ/ꝗ medicus ferẽs ferramentum?
Plorat ſecãdus ⁊ ſecat̃:plorat vrendus ⁊ urit̃. Non eſt illa
crudelitas? Abſit vt ſeuitia medici dicat̃. Seuit in vulnꝰ
vt ſanet̃ hõ:q: niſi vulnus palpet̃/hõ pdit̃. Sic ergo iſta mo
nuerim fr̃es mei:vt fr̃es nr̃os q peccauerũt oĩmodo dili
gamus:de corde nr̃o charitatẽ in eos nõ dimittamus: et
diſciplinã cũ opꝰ eſt/demꝰ:ne p ſolutionẽ diſcipline cre
ſcat neqtia ⁊ incipiamꝰ ꝓpter deũ accuſari:q: recitatũ eſt
j. Tim. v. nob. Peccãtes corã oĩbꝰ corripe:vt ceteri timorẽ habeãt.
Certe ſcit qs qđ ſolũ verum eſt:diſtinguit tẽpora ⁊ ſoluit
queſtionẽ. Verũ ſi pctĩ in ſecreto eſt/in ſecreto corripe.
Si peccat publice ⁊ aperte/publice corripe:vt ille emen
detur/vt ceteri timeant ⁊c.

Redire dimiſſa pctã

Rvbi fraterna charitas non eſt dñs docet de illo Locꝰ fa-
ſeruo:quẽ cũ inueniſſet debitorẽ decem milium moſus p
talẽtoꝝ/deprecãti aũt oĩa dimiſit. Jlle autẽ ſui conſerui q pdicato-
ei debebat centũ denarios:cũ miſertus non fuiſſet/iuſſit ribus.
eũ dñs reddere q ei dimiſerat. Tẽpus ergo quo accipit̃ indul
gentia p baptiſmũ:tãꝗ tempꝰ eſt reddẽde ratiõis/vt oĩa
debita que inuẽta fuerint dimittãt̃. Nõ tñ ille ſeruꝰ poſt
ea dedit cõſeruo ſuo mutuatã pecuniã quã ille nõ poſſet
reddere:nõ ei miſertꝰ eſt/ſed etiã ei debebat:⁊ ſic ceſſerat
vt ei dimitteret dñs. Hoc indicãt verba conſerui dicentis.
Patientiã habe in me:⁊ oĩa reddã tibi. Alioquin diceret:
iã in hoc dimiſeras/cur iterum repetis? Hoc ⁊ ipſius dñi
verba manifeſtiꝰ aperiũt. Ait enĩ. Egreſſus aũt ſeruꝰ ille
inuenit vnũ de cõſeruis ſuis/q debebat ei cẽtũ denarios.
Nõ dixit:cui debitũ iã cẽtũ denarioꝝ dimiſerat. Si enĩ di
miſerat/nõ ei debebat. Quia ergo dixit/debebat ei:manife
ſtũ eſt/q: nõ dimiſerat. Et meliꝰ qdã fuerat:atqꝫ h potius
cõgruebat tãto debitori reddenti rõnẽ/⁊ expectãti miſeri
cordiã dñi ſui:vt prius ipſe cõſeruo dimitteret/qđ ei debe
bat:⁊ ſic ad rõnẽ reddẽdã/vbi miam dñi implẽda erat ac
cederet. Nec tñ illud qđ nõdũ cõſeruo dimiſerat impedi
uit dñm eiꝰ/quo minꝰ in tẽpore illo accipiẽde rõnis dimit
teret ei oĩa q debebat. Sꝫ qđ ꝓfuit qñquidẽ in caput eiꝰ
ꝓpter odioꝝ pſeuerãtiã/rurſus omnia cõtinuo replicata
ſunt? Sic nõ impedimur a baptiſmi grã/q minꝰ oĩa pctã
dimittãt:etiã ſi odiũ fraternũ in eiꝰ cui dimittunt̃ aĩo pſe
uerat. Soluit̃ enĩ heſternꝰ dies:⁊ qcqd ſupeſt ſoluit̃/etiã
ipſa hora momẽtũqꝫ ante ⁊ in baptiſmo. Deinceps autẽ
reus incipit cõtinuo:nec ſolũ cõſequentiũ/ſed etiã preteri
toꝝ dierũ/horarũ/momentorum/redeũtibus oĩbus que
dimiſſa ſunt. Et ſepe iſta contingunt in eccleſia.

¶ De eadem dñica. Matthei. XVIII.

¶ Jn illo tẽpore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis pa
rabolam hanc. Simile eſt regnum celorum homi
ni regi: qui voluit rationem ponere cum ſeruis
ſuis. Et reliqua. Homilia.

Saluator noſter dile

Sctiſſimi cũ hoĩbꝰ cõuerſationẽ habẽs nõ ſolum
pctã vitare nos docuit:ſꝫ ⁊ qliter a reatu pctõꝝ
abſolui poſſemus/pio ⁊ qdã ſalubri cõſilio nos inſtruere
curauit. Eſt aũt cõſiliũ eius hmõi:vt ſi volumꝰ a debitis
pctõꝝ nr̃oꝝ corã deo abſolui:nos qꝫ offenſores nr̃os a cul
pis qbꝰ erga nos rei tenent̃ abſoluamꝰ. Ad h aũt nõ ſolũ
freqnti nr̃oꝝ exhortatiõe/ſꝫ ⁊ opis executiõe nos iuitare
dignatꝰ ẽ. Verboꝝ exhortatiõe cũ ait. Dimittite:⁊ dimitte Luce. vj.
mini. Et rurſũ. Cũ ſtabitis ad orãdũ/dimittite ſi qđ habetis Mar. xj
aduerſũ aliquẽ. Et iterũ. Si dimiſeritis hoĩbꝰ pctã eoꝝ/di Mat. vj
mittet ⁊ vob pr̃ veſter celeſtis pctã vr̃a. Et cũ interroga
ret̃ a Petro:num vſqꝫ ſepties dimittẽdũ eẽt fr̃i ait. Nõ di
co tibi ſepties/ſꝫ vſqꝫ ſeptuagieſſepties. Operis qꝫ execu Mat. xviij.
tione grãde ac memorabile huiꝰ rei nobis reliqt exẽplũ.
Quid ei ait:cũ a crucifixoribꝰ ſuis myrrha potaret̃ ⁊ felle
⁊ ſubleuaret̃ in crucẽ? Pr̃ dimitte illis:q: neſciũt quid fa Domus Jeſu aqui
ciũt. Jta fr̃es dñs Jeſꝰ chriſtꝰ factꝰ eſt nobis/ſicut aqla pro la.
uocãs ad volãdũ pullos ſuos:et ſup eos volitãs. Parum
illi viſum eſt ſolis vbis nos ꝓuocaſſe ad volãdum/vſqꝫ ad
eã pfectionẽ q diligunt̃ inimici:⁊ ignoſcit̃ debitoribꝰ/niſi
⁊ i ſeipo eiuſdẽ rei nob exẽplũ oñdiſſet:et qñ qdã ſublimi
volatu ſuo ad imitãdũ ſe nos iuitaſſet. Certe hoĩ ſenſato
⁊ lapideũ cor nõ habẽti/ſolũ h ſufficere debebat exemplũ
⁊ ſi oĩs illa vboꝝ exhortatio pmiſſa nõ fuiſſet. Et vbis qui
dẽ aliqñ planis et manifeſtis ad hãc pfectionẽ nos iuitat:
ſicut i pmiſſis patet exẽplis. Aliqñ vbo ⁊ parabolicis:ſicut
in euãgelio qđ p manibꝰ nũc habemꝰ. Dicit ei. ¶ Sĩle eſt Tex.
regnũ celoꝝ ⁊c. Qui ſũt celi:⁊ qđ eſt regnũ celoꝝ qđ aſſi
mulatũ eſt hoĩ regi? Si vt ait ſcptura. Aia iuſti ſedes eſt

Digitized by Google

dei:cōſequēs eſt vt aīe ſctōꝝ celi ſunt. Sꝫ ꝛ angelici ſpirit⁹ celi dicunť:quos ad laudem dei inuitat pš. dicēs. Lauda te eū celi celoꝝ. Regnū celoꝝ.i.btōꝝ oīm q̄d eſt niſi vita

Jo. xiiij. eterna? Uita aūt eterna chriſt⁹ eſt q̄ ait. Ego ſum via/veritas/ꝛ vita. Ipſe vtiq̄ terra viuentiū/hereditas ſanctorū. Ipſe paradiſus voluptatis/loc⁹ ſpacioſus in quo ſtatuiť pes fideliū. Ipſe ꝛ rex ꝛ regnū ſctōꝝ:in quo/cū q̄ ꝛ p quē regnāt oēs electi. Regnū itaq̄ celoꝝ chriſt⁹ eſt. Bn aūt hoc regnū celoꝝ cōparať homini regi: q̄ miſericors eſſe ꝓhibetur debitorē abſoluēdo:ꝛ iuſt⁹ ingratū puniendo:quoniā ꝛ chriſt⁹ hō ꝛ rex regū/ꝛ multū miſericors miſericordiā querentibus/et iudex durus ingratis. ℂ Qui

tēpore preter vſitatū ordinē curſumqꝫ nature: non vt ma-
iora: ſed inſolita vidēdo ſtuperent/ qbus quotidiana vi-
Uileſcūt hoi miracula q̄tidiana. luerāt. Maius eñ miraculū eſt gubernatio totius mun
di: ꝙ ſaturatio quinqꝫ milia hominū de quinqꝫ panibus
et tamē hec nemo miratur. Illud mirant̃ hoies: non q:
maius eſt/ſed quia rarū eſt. Quis eñ ⁊ nunc paſcit vni-
uerſum mūdū: niſi ille q̄ de paucis granis ſegetes creat?
Fecit ergo quō de⁹. Unde eñ multiplicat de paucis gra
nis ſegetes: inde in manibus ſuis multiplicauit quinqꝫ
panes. Poteſtas eñ erat in manib⁹ chriſti: panes autē
illi quinqꝫ quaſi ſemina erāt: nō quidē terre mādata/ſed
ab eo q̄ terrā fecit multiplicata. Hoc ergo admotum eſt
ſenſibus quo erigeret̃ mens: ⁊ exhibitum oculis vbi ex-
erceretur intellectus: vt inuiſibilē deū per viſibilia ope-
ra miraremur: ⁊ erecti ad fidē ⁊ purgati ꝑ fidē: etiā ipm
inuiſibiliter videre cuperem⁹: quem de rebus viſibilib⁹
inuiſibiliter noſceremus. Nec tamen ſufficit hec intueri
in miraculis chriſti. Interrogemus ipa miracula q̄d no-
bis loquātur de chriſto: Habēt eñ ſi intelligant̃ linguā
ſuam. Nam q: ipſe chriſtus verbū dei eſt: etiā factum ver-
bi verbū nobis eſt. Hoc ergo miraculū ſicut audiuimus
ꝙ magnum ſit/queramus etiam ꝙ ꝓfundū ſit. Non tan
tū eius ſuperficie delectemur: ſed etiā altitudinē perſcru
temur. Habet eñ aliquid intus hoc qđ miramur foris
Uidim⁹/expectauim⁹/magnū quiddā/p̄clarū q̄ddā et
omnino diuinū qđ fieri niſi a dño nō poſſit: laudauimus
de facto factorē. Sed quēadmodū ſi literas pulchras ali
cubi inſpiceremus: nō nobis ſufficeret laudare ſcriptoris
articulū: quō eas pariles/equales/ decoraſqꝫ fecerit: niſi
etiā legerem⁹ q̄d nobis ꝑ illas indicauerit: ita factū hoc
q̄ tātū aſpicit delectat̃ pulchritudine facti/vt admiretur
artificē. Qui aūt intelligit/quaſi legit. Aliter eñ videtur
pictura/aliter videnť litere. Picturā cū videris/hoc eſt
totū vidiſſe/laudaſſe: lrās cū videris: nō eſt hoc totū/qm̄
cōmoueris ⁊ legere. Etenī dicis cū videris lrās / ſi forte
nō eas noſti legere. Quid putam⁹ eſſe qđ hic ſcriptū eſt?
Interrogas q̄d ſit/cū iā videas aliq̄d. Aliud tibi demon
ſtraturus eſt/a quo q̄ris agnoſcere qđ vidiſti. Alios ille
oculos habet/alios tu. Nonne ſimiliter apices videris?
Sꝫ nō ſimiliter ſigna cognoſceris. Tu ergo vides ⁊ lau-
das ille videt ⁊ laudat/legit ⁊ intelligit. Quia ergo vidi Uiſa ex verbis eruitur.
mus: quia laudauim⁹: legamus ⁊ intelligamus. Dñs in
mōte. Multomagis intelligam⁹/q: dñs in mōte/ verbū
in alto. Proinde nō quaſi humiliter iacet qđ in mōte fa-
ctū eſt: nec trāſeūter pretereūdū/ſed ſuſpiciēdū. Turbas vi
dit/eſurientes agnouit / miſericorditer pauit: nō ſolū pro
bonitate: verūetiā ꝓ poteſtate. Quid eñ ſola ꝓdeſſet bo
nitas: vbi nō erat panis vnde turba eſuriēs paſceret̃? Ni
ſi bonitati adeſſet poteſtas: ieiuna illa turba remaneret
et eſuriens. Deniqꝫ ⁊ diſcipuli q̄ erāt cū dño in fame: ⁊ ipi
turbas volebāt paſcere vt nō remanerēt inanes: ſꝫ vñ pa
ſcerēt nō habebāt. Interrogauit dñs vnde emerent̃ pa- Tex.
nes ad turbas paſcēdas? Et ait ſcriptura. ❡ Hoc aūt di
cebat tētans eū: diſcipulū ſcꝫ Philippū quē interrogaue Tex.
rat. ❡ Ipſe eñ ſciebat q̄d eſſet factur⁹. Cur ergo de bo-
no tētabat/niſi quo ignorātiā diſcipuli demōſtrabat: et
forte in demōſtratione ignorātie diſcipuli aliq̄d ſignifica
uit? Apparebit ergo cū ipſum ſacramētū de quinqꝫ pani-
bus nobis ceperit loq̄: ⁊ q̄d ſignificet indicare. Ibi eñ vi-
debim⁹ q̄re dñs in hoc facto ignorātiā diſcipuli voluit in
terrogādo qđ ſciebat oſtēdere. Nā interrogam⁹ aliq̄n qđ
neſcim⁹/audire volētes vt diſcam⁹. Aliq̄n interrogam⁹
qđ ſcim⁹/ſcire volētes vtrū ⁊ ille ſciat quē interrogam⁹.
Utrūqꝫ hoc nouerat dñs. Et qđ interrogabat ſciebat: et
quid eſſet factur⁹ ipſe nouerat: ⁊ hoc neſcire Philippū
ſciebat ſimiliter. Quare itaqꝫ interrogabat: niſi q: illius
ignorātiā demōſtrabat? Et hoc q̄re fecerit/vt dixi poſtea
intelligem⁹. ❡ Andreas ait. Eſt hic puer q̄dā: q̄ habet Tex.
quinqꝫ panes ⁊ duos piſces. Sed hec q̄d ſunt inter tan-
tos? Cū dixiſſet Philipp⁹ īterrogat⁹: ducētorū denariorū
panes nō ſufficere/qb⁹ tāta illa turba reficeret̃: erat ibi q̄
dam puer portās q̄nqꝫ panes hordeaceos ⁊ duos piſces.
❡ Et ait Ieſ⁹. Facite hoies diſcūbere. Erat aūt ibi mul- Tex.
tū fenum: ⁊ diſcubuerūt fere quinqꝫ millia hoim. Accepit
autē dñs Ieſus panes: gratias egit/iuſſit frangi: fracti
ſunt panes/poſiti ante diſcūbētes/nō iam quinqꝫ panes
ſed qđ adiecerat q̄ creauerat qđ auctū erat. Et de piſcib⁹
quantū ſufficiebat. Parū eſt turbā illam fuiſſe ſatiatam:
etiā fragmēta reſederūt: ⁊ etiam ipſa colligi iuſſa ſunt ne
perirēt. ❡ Et impleuerūt duodecim cophinos fragmen Tex.
torū. Breuiter vt curram⁹: per quinqꝫ panes intelligunt̃
quinqꝫ libri Moyſi. Merito nō triticei ſed hordeacei: q:
ad vet⁹ teſtamētū ptinēt. Noſtis aūt hordeū ita creatum
vt ad medullā eius vix ꝑueniat̃: veſtit̃ eñ eadē medulla
tegmine palee: ⁊ ipſa palea tenax et inherēs vt cū labore Cōparatio pulchra.
exuat̃. Talis eſt lrā veteris teſtamēti: veſtita tegminib⁹
carnaliū ſacramentorū. Sed ſi ad eius medullā ꝑueniat̃/
paſcit ⁊ ſatiat. Ferebat ergo quidā puer quinqꝫ panes ⁊
duos piſces. Si queram⁹ quis fuerit puer iſte: forte ppl's
Iſrael erat: q̄ ſenſu puerili portabat/nec mādųcabat. Il-
la eñ q̄ portabat/clauſa onerabāt: ⁊ apta paſcebāt. Duo
aūt piſces videnť nobis ſignificare illas duas in veteri
teſtamēto ſublimes ꝑſonas/q̄ vngebant̃ ad populū ſan-
ctificandum ⁊ regendum/ſacerdotes ⁊ reges. Et ipſe in

Digitized by Google

myſterio venit aliqñ:ꝗ ꝑ illos ſignificabat. Venit aliqñ/
ꝗ ꝑ medullā hoꝛdei oſtendebat:ꝑ paleā ꝟo hoꝛdei occul/
tabat:venit ipſe vn⁹ vtrāq; ꝑſonā in ſe poꝛtās/ſacerdotis
Chriſt⁹ et regis:Sacerdotis ꝑ victimā quā ſeipſum obtulit ꝓ no
rex ⁊ ſa/ bis deo:Regis:q: regimur ab eo:⁊ aperiūt ꝗ clauſa poꝛ/
cerdos. tabant.Gr̄as illi.Impleuit ꝑ ſe qđ ꝑ vet⁹ teſtamētū pro/
mittebatur.Et fracti ſunt panes:frāgendo multiplicati
ſunt.Nihil veri⁹.Quinq; eñ libꝛi Moyſi ꝙ multos li/
bꝛos cū exponunt/tāꝙ frāgendo.i.diſſerēdo fecerūt. Sꝫ
q: in illo hoꝛdeo/ignoꝛātia pꝛimi ppl̄i tegebat:de ꝗ pmo
i.Co.iij. populo dictū eſt.Qñdiu legit Moyſes/velamē ſupꝛa coꝛ
da eoꝝ poſitū eſt:nōdū eñ velamen ablatū erat:q: non/
dū venerat chꝛiſt⁹:nōdū velū tēpli fuerat illo in cruce pē
dente cōſciſſum.Quia ergo ignoꝛātia populi erat in le/
ge:propterea tentatio illa dñi/ignoꝛantiā diſcipuli demō
ſtrabat.Nihil erga vacat.Oīa eminēt:ſed intellectoꝛem
requirūt.Nā ⁊ ipſe numer⁹ paſti populi:ppl̄m ſignifica/
bat ſub lege ꝯſtitutū.Cur eñ quinq; milia erāt:niſi quia
ſub lege erant:que lex quinq; libꝛis Moyſi explicatur?
Unde de quinq; illis poꝛticibus languidi ꝓdebant non
ſanabant.Ille enim ibi curauit languidū qui et hic tur/
bas de quinq; panibus pauit.Nā ⁊ ſuper fenum diſcūbe
bāt.Carnaliter ergo ſapiebāt/⁊ in carnalib⁹ quieſcebāt.
Eſa.xl. Omnis eñ caro fenū.Que ſunt aūt illa fragmēta/niſi
que populus nō potuit māducare?Intelliguntur ergo q̄/
dam ſecretioꝛa intelligētie:que multitudo nō pōt capere
Quid ergo reſtat/niſi vt ſecretioꝛa intelligētie que non
poteſt capere multitudo/illis credant qui idonei ſunt et
alios docere/ſicut erāt apl̄i.Vñ duodecim cophini im/
pleti ſunt.Factū eſt hoc et mirabiliter/q: magnū:factū
eſt et vtiliter/q: ſpūaliter factū eſt.Qui tūc viderūt admi
rati ſunt:nos eñ nūc miramur cū audim⁹:factū eſt autē
vt illi viderent/ſcriptū eſt aūt vt nos audiremus.Quod
Joh.xx. in illis oculi valuerūt/hoc in nobis fides.Cernim⁹ ꝗppe
animo qđ oculis nō potuim⁹:et plati illis ſumus:qm̄ de
nobis dictū eſt.Beati ꝗ nō vidēt ⁊ credūt.Addo aūt/q:
foꝛte ⁊ intelleximus qđ illa turba nō intellexerit:⁊ vere
nos paſti ſum⁹/ꝗ ad medullā hoꝛdei ꝑuenire potuimus.
Tex. Deniq; hoīes illi qui viderūt hoc/quid putauerūt?¶ Il/
li inquit hoīes cū vidiſſent quod fecerat ſignū:dicebant
q: hic eſt vere propheta.Foꝛte adhuc ideo ꝓphetā chꝛi/
ſtum putabāt:q: ſuper fenū diſcūbebāt.Erat aūt ille dñs
pꝛophetarū:impletoꝛ ꝓphetarū:ſanctificatoꝛ ꝓphetarū/
Deute. ſed et ꝓpheta.Nā et Moyſi dictū eſt.Suſcitabo eis ꝓ/
xviij. phetam ſimilē tui.Similem ſm carnem/non ſm maie/
ſtatem.Et de ipſo chꝛiſto illam domini ꝓmiſſionē habe/
re intellectum:aperte in actibus apl̄oꝝ exponitur ⁊ legi
tur.Et ipe dñs de ſe ait.Nō eſt propheta ſine honoꝛe niſi
Chriſt⁹ in patria ſua.Pꝛopheta dñs:et verbū dei dñs:et nullus
ꝓpheta pꝛopheta ſine verbo dei pꝛophetat.Cum prophetis ver/
dicitur. bum dei/⁊ pꝛopheta verbū dei.Meruerūt pꝛioꝛa tēpoꝛa
pꝛophetas afflatos et impletos verbo dei.Meruimus
nos pꝛophetā ipſum verbū dei.Sic aūt ꝓpheta chꝛiſtus
dñs pꝛophetarū:ſicut angelus chꝛiſtus dñs angeloꝛum.
Nam et ipſe dictus eſt magni cōſilij angelus.Verūtamē
Eſa.ix. alibi quid dicit ꝓpheta?Quia non legatus neq; angel⁹:
ſꝫ ipſe veniēs ſaluos faciet eos.i.ad ſaluos faciēdos eos
nō mittet legatū:nō mittet angelū/ſed veniet ipſe.Quis
veniet?Ipſe angelus.Certe non per angelū:niſi quia ſic
iſte angelus/vt etiā dñs ſit angeloꝝ.Etenim angeli nun
tij ſunt latine.Si chꝛiſtus nihil annūtiaret/angelus non
diceretur.Chꝛiſtus ſi nihil pꝛophetaret/ꝓpheta nō dice/
retur.Exhoꝛtatus eſt nos ad fidem:⁊ ad capeſcendā vitā
eternā.Aliquid p̄ſens annūtiauit/aliqđ futurū pꝛedixit.
Ex eo ꝙ pꝛeſens annūtiauit/angel⁹ erat.Ex eo qđ futu/
rum pꝛedixit/ꝓpheta erat.Ex eo ꝙ verbum dei caro fa/
ctum eſt:et angeloꝛum et prophetarū dñs eſt.Tu autem.

¶ In dedicatione eccl̄ie vel altaris:Ser. bt̄i Auguſtini.

Quotieſcunq; fratres

charissimi altaris vel tēpli feſtiuitatē colimus:
ſi fideliter ⁊ diligēter attēdim⁹/ac ſcīe ⁊ iuſte
viuim⁹:ꝗcꝗd in tēplis manufactis agit:totū in nobis ſpi/
rituali edificatione cōplet.Nō eñ mētitus eſt ille ꝗ dixit i.Coꝛ.iij.
Tēplū dei ſanctū eſt/qđ eſtis vos.Et iterū.Neſcitis:quia i.Coꝛ.vi.
mēbꝛa veſtra tēplū ſunt ſpūſſancti?Quibus meritis niſi
per gratiā dei meruimus fieri tēplū dei?Quātum poſſu
mus cū ipſius adiutoꝛio laboꝛemus:ne deus noſter in tē
plo ſuo/hoc eſt in nobiſipſis inueniat/qđ oculos ſue ma Homo
ieſtatis offendat:ſꝫ habitaculū coꝛdis noſtri euacuetur dei tēplū
vitijs/⁊ virtutib⁹ repleat.Claudat diabolo/⁊ aperiatur eſſe pro/
chꝛiſto.Et ita laboꝛemus/vt nobis bonoꝝ opeꝝ clauib⁹ batur.
ianuā celeſtis regni apire poſſim⁹.Sicut eñ malis ope/
ribus:quaſi ꝗbuſdam ſeris ac vectib⁹/vite nobis ianua
clauditur:ita abſq; dubio bonis operib⁹ aperit.Et ideo
fratres charissimi/vnuſꝗſq; cōſideret cōſciētiam ſuam:⁊
qñ ſe aliquo crimine vulneratū eſſe cognouerit/pꝛi⁹ oꝛa/
tionibus et ieiunijs vel eleemoſynis ſtudeat mūdare cō
ſcientiā ſuā:⁊ ſic euchariſtiā preſumat accipere.Si enim
agnoſcens reatū ſuū ipſe ſe a diuino altari ſubduxerit:ci
to ad indulgentiā diuine miſericoꝛdie ꝑueniet:q: ſicut ꝗ Lu.xviij
ſe exaltat humiliabit:ita ecōtrario/ꝗ ſe humiliat exalta/
bit.Qui eñ ſicut dixi:agnoſcēs reatū ſuū ipſe ſe humili/
ter ab altari eccleſie ꝓ emēdatione vite remouere volue
rit:ab eterno illo ⁊ celeſti cōuiuio excōicari penitus non
timebit.Rogo vos fratres diligēter attēdite.Si ad mē/
ſam cuiuſcūq; potētis hominis nemo p̄ſumit cū veſtib⁹
conſciſſis ⁊ inquinatis accedere:quāto magis a cōuiuio
eterni regis/ideſt ab altari dñi/debet ſe vnuſꝗſq; inuidie
vel odij veneno ꝑcuſſus/iracūdie furoꝛe replet⁹/cū reue
rentia ⁊ humilitate ſubtrahere:ꝓpter illud qđ ſcriptum
eſt.Vade pꝛius recōciliari fratri tuo/⁊ tūc veniens offe/ Mat.v.
res mun⁹ tuū.Et iterū.Amice/quō huc intraſti non ha/ Matt.
bens veſtē nuptialē?Hoc eñ habet textus euāgelice le/ xxij.
ctionis/ꝙ quidā fecerit nuptias filio ſuo:⁊ intrauit vt vi
deret ſimul recūbētes:⁊ videns ibi hominē nō veſtitum
veſte nuptiali/dixit ad eū.Amice/quomodo huc intraſti
non habēs veſtem nuptialē?Et illo obmuteſcente/dixit
miniſtris.Ligate illi manus ⁊ pedes/⁊ ꝓijcite eū in tene
bꝛas exterioꝛes:ibi erit fletus ⁊ ſtridoꝛ dentiū.Ecce qua/
lem ſententiā merebit audire qui ad cōuiuiū nuptiale/
ideſt ad altare dñi/aut ebꝛioſus/aut adulter/aut odium
in coꝛde retinēs/p̄ſumit accedere.Auertat hoc dñs a no/ Doctrīa
bis fratres charissimi:⁊ cōcedat vt mala iſta/aut nūꝙ vel moꝛalis
ſim⁹ admittere/aut ſi admiſſa fuerint ſine vlla moꝛa/pe/
nitētia vel pace ſtudeam⁹ ſanare:⁊ largioꝛib⁹ eleemoſy
nis feſtinem⁹ abluere:ne foꝛte ſi cū peccatoꝝ vulneribus
añ tribunal eterni iudicis venerim⁹:ab illa eterna eccl̄ia
et ab illa celeſti Hieruſalē/ꝑpetua excōicatiōe ſeparemur.
Hec ergo cogitātes frēs charissimi:tā caſti ⁊ tā ſobꝛij et
tā pacifici ad iſtud altare deo auxiliāte ſtudeam⁹ accede
re:vt ab illo eterno altari non mereamur excludi.Qui
enim ad iſtud altare caſto coꝛpoꝛe et mundo coꝛde/cum
ſecura ⁊ munda conſciētia venerit:ad illud altare quod
in celis eſt/felici tranſmigratione perueniet.Tu autem.

¶ Item alius ſermo.

Ecce feſta eccleſie co/

lūt:ꝗ ſe eccl̄ie filios eſſe cognoſcūt.Hec eñ om
niū credētiū mater eſt ꝗ natos ad moꝛtē rege/
nerat ad ſalutē.Hec eſt poſt ſynagogā ꝗdē vocata:ſꝫ an/
te ſynagogā ꝓmiſſa.Hec eñ iā in pꝛimo hoīe p̄figurata
eſt.Nā ſicut ex Ade latere fabꝛicata eſt Eua:ita ex chꝛiſti Geñ.ij.
coꝛpoꝛe ⁊ vulnere/redēpta creuit eccl̄ia.Hec intra arcā
diluuio exundāte ſeruata:crucis beneficiū ⁊ baptiſmatis Geñ.vij
myſteriū p̄ſignauit.Hāc Sara ſterilis ⁊ deſperata in ſe/ Geñ.xxi
nectute:vnico pignoꝛe fecūdata p̄einuit.Eccl̄ia eñ vni/

chi/ideſt dilectiſſimū deo populū:ſeculo ſeneſcēte p̄oge-
nuit. Hec eſt regina illa de qua ad dn̄m dicit. Aſtitit regi
na a dextris tuis in veſtitu deaurato/circūamicta varie-
tate.i.diuerſarū circūdata p̄cioſo decore virtutū. Hec eſt
illa regina q̄ venit a fin̄bꝰ Ethiopie audire ſapiētiā Sa-
lomonis. Sed hec non tā ex vna regione q̄ ex vniuerſis
mūdi partibꝰ reges paritura cōuenit. Sic etiā euāgeli-
ſta cōmemorat. Regina auſtri venit a finibꝰ terre/audi-
re ſapiētiā Salomonis. Venit eccl'ia ad redēptorē ⁊ eru
ditorē ſuū:vt de ſtultitia erroris/doctrinā p̄ciperet vita-
tis. De qua pleniꝰ ſicut audiuimus/regū ſcribit hiſtoria/
iij. Re.x. ita dicēs. Et ingreſſa regina Hierl'm cū multo comitatu
⁊ diuitijs/cū camelis portātibꝰ aromata:⁊ aurū infinitū
nimis/⁊ gēmas precioſas:venit ad Salomonē:⁊ locuta
eſt ei vniuerſa q̄ habebat in corde ſuo. Ergo in figura re-
gine huiꝰ/eccl'ia venit ex gētibꝰ ⁊ a finibꝰ terre:imponēs
cupiditatibꝰ finē/vitijſq̄ terrenis/vt audiret ſapiētiam
Eph.ij. Salomonis.i.veri pacifici dn̄i noſtri Jeſu chriſti:q̄ fecit
vtraq̄ vnū/ſoluēs inimicitias inter deū ⁊ hoīez in carne
ſua. Venit poſt veteres ⁊ p̄phanas ſupſtitiones/audire
et diſcere de fidei illuminatione/⁊ iudicio futuro:de ani
iij. Re.x. me immortalitate/de ſpe reſurrectionis ⁊ gl'ia. Venit er
go in hierl'm cū multo comitatu.i.nō iā cū vna tātū gēte
Eccl'ia iudeorū:ſicut priꝰ ſynagoga ſolos habuit hebreos:ſed to
cōparat tius mūdi gētibꝰ diuerſiſq̄ nationibꝰ. Venit ergo exhi-
regine bens munera digna chriſto:aurū ⁊ gēmas p̄cioſas:⁊ hoc
Saba. camelis portātibꝰ:ideſt ex gētili pp'lo venientibꝰ:q̄ priꝰ
fuerant vitiorū feditate diſtorti:⁊ malorū onere curui/ac
prauitate peccatorū deformes. Cū his taꝯ muneribꝰ/re-
gina hec ingredit ad pacificū regē chriſtū:exhibēs ſecū fi
dei aurū:puritatis incēſa p̄cioſa/ſplēdoreſq̄ gēmarū:mo
rū ſcꝫ inſignia ⁊ ornamēta virtutum. Et locuta eſt ei vni
uerſa q̄ habebat in corde ſuo.i.aperuit ei cor ſuū:manife-
ſtauit ei occulta cōſciētie ſue/in cōfeſſione ⁊ penitudine
p̄cedētiū delictorū. Videamꝰ q̄d agat hec regina. Vidēs
inquā regina Saba oēm ſapiētiā Salomonis:⁊ domuꝫ
quā edificauerat:⁊ cibos mēſe ſue:⁊ holocauſta q̄ offere
bat in domo dn̄i:nō habebat vltra ſpm̄. Quid erat rōnis
vt p̄potēs regina/domꝰ expēſas/⁊ cibos regios tātope-
re miraret: Ergo hoc loco aliq̄ maiora nos oportet inq̄-
rere. Vidit ergo eccl'ia ex gētibꝰ cōgregata ſapiam chri-
ſti.i.poſt carnalia inſtituta gētiliū:poſt humanā ⁊ anima
lem doctrinā philoſophorū:accepit intellectū ſalutis:⁊ vi
te inſpexit ſpūaliū mēbra bonorū:agnouit verū fabricato
rem celi ⁊ terre:⁊ potētiſſimū humani gn̄is cōditorē:de
Sap. xi. cuius ſapiētia dr̄. Oia in mēſura ⁊ pōdere ⁊ numero cō-
ſtituiſti. Vidit ⁊ domū quā edificauerat.i.incarnationē
Col. ij. hoīs aſſumpti:in quo habitat oīs plenitudo diuinitatis
corporaliter. Vidit ⁊ cibos mēſe Salomonis.i.illos de q̄
Joā. iiij. bus dn̄s dicebat. Meus eſt cibꝰ/vt faciā voluntatē eius
qui miſit me patris. Cibꝰ em̄ chriſti/ſalus noſtra eſt. Re-
ficit celeſtibꝰ cibis/pfectibꝰ nr̄is. Cibꝰ eius ſumꝰ:dū acq̄
ſiti eccl'ie in mēbra eius corpuſq̄ trāſimꝰ:vel cibꝰ eius al-
taris ſacramēta celeſtia ſunt/de q̄bus dr̄. Panē celi dedit
eis:panē angelorū māducauit homo. Vidit ⁊ holocauſta
eius:orationum ſine dubio ſupplicationūq̄ myſteria:et
obſtupuit vbi vidit ineſtimabiles dn̄i ſui diuitias/dixitq̄
iij. Re.x. ad regē. Verus eſt ſermo quē audierā in terra mea ſuper
ſermonibꝰ tuis ⁊ ſuper ſapiētia tua:⁊ nō credebā narran
Ascēlū tibus/donec ipſa veni ⁊ vidi oculis meis:⁊ p̄baui q̄ me-
intrātis dia pars nūciata mihi nō fuiſſet. Maiora ſunt ſapientia
cōfeſſio. tua ⁊ opera/q̄ rumor q̄ audiui. Cū ergo p̄uenerit regi-
na hec:ſiue eccleſia ſiue queq̄ anima ſancta in eternam
Hieruſalē/ideſt viſionē pacis:⁊ ingreſſa beatā requiē ⁊
gloriā promiſſorū celeſtiū fuerit:multo plura ⁊ magnifi-
centiora perſpiciet:q̄ ei ſunt p̄ ſacra eloquia p̄phetarum
atq̄ apoſtolorū nūciata:dum adhuc in terra ſua/ideſt in
corpore ſuo cōmoraret. Nūc em̄ taꝯ in ſpeculo ⁊ in eni-
gmate:tūc aūt oculis ſuis videbit.i.facie ad facieꝫ illud/
de q̄ ſcriptū eſt. Q: oculꝰ nō vidit/nec auris audiuit/nec
in cor hominis aſcēdit. Et reuera id quod parat deꝰ dili-
gentibus ſe:fide hic nō cōprehendit/ſpe nō attingit/cha
ritate nō capit/deſideria et vota tranſgreditur. Acquiri
pōt/eſtimari nō poteſt. Habebit de perceptione fructuꝫ:
non habebit de ſatietate faſtidiū. Vn̄ ſcā eccl'ia ſiue q̄q̄
fidelis anima/inter ſtupendas remuneratoris ſui conſti
tuta diuitias:ineffabilibꝰ regine huius verbis vti ad deū
poterit/dicēs. Verus eſt ſermo quē audiui ſuper ſermo- iij. Re.x
nibus tuis:et maiora ſunt opera tua q̄ rumor quē audi-
ui in terra mea.i.in corpore meo/dn̄e Jeſu chriſte:qui vi-
uis et regnas deus in ſecula ſeculorum. Amen.

¶ In dedicatione altarium. Luc. VI.

¶ In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis:
Nō eſt arbor bona que facit fructus malos:neq̄
arbor mala faciens fructum bonum. Et reliqua.
Homilia venerabilis Bede preſbyteri.

Via propitia diuini-
tate fratres chariſſimi ſolēnia dedicationis ec-
cleſie celebramꝰ:debemꝰ ipſi cōgruere ſolēni-
tati quā colimꝰ:vt ſicut ornatis ſtudioſius eiuſdē eccle-
ſie parietibꝰ pluribus accenſis luminaribꝰ/amplifica-
to numero lectionū/addita pſalmorū melodia:letis no-
ctem vigilijs ex more tranſegimꝰ:ita etiā penetralia cor-
diū noſtrorū ſemp̄ neceſſarijs bonorū operū decorēmꝰ or-
natibus. Semp̄ in nobis flāma diuine pariter ⁊ fraterne
charitatis augeſcat:ſemp̄ in ſanctuario pectoris noſtri/
celeſtiū memoria p̄ceptorū:⁊ angelice modulationis dul
cedo ſancta reſonet. Hi ſunt enim fructꝰ bone arboris:
hic boni theſaurꝰ cordis:hec fundamēta ſapiētis archite
cti:q̄ nobis hodierna ſancti euāgelij lectio cōmēdat:nos
nō formā ſolūmodo/ſed virtutem potiꝰ habere pietatis. Taber-
Quod etiā myſtica veteris inſtrumēti nobis hiſtoria di- naculi ⁊
ligenter inſinuat:q̄ vel Moyſes tabernaculū/vel tēplū tēpli ſi-
dn̄o Salomon in ſcē eccl'ie typū condidit. Vtraq̄ enim gnifica-
domꝰ firmiter fundata eſſe referē:tabernaculū quidē:q̄ tio.
cōpactos de tabulis habebat parietes ſup̄ baſes argen-
teas:tēplū aūt ſup̄ lapides quadros ſuppoſitos. Ligna
quoq̄ erant imputribilia/e quibꝰ ⁊ tabernaculū oē ſa
crū:⁊ tēplū intus ornatū/ac deſuper tectū fulgebat. Au-
rū etiā de theſauro bono/optimū p̄ferebat:de quo ⁊ ta-
bernaculi parietes intus ⁊ foris veſtiri:⁊ tēpli non tantū
parietes/verūetiā laq̄aria/trabes/oſtia/poſtes/⁊ paui-
menta erant cooperta. Sed ⁊ vaſa vel vtenſilia domus
vtriuſq̄ cuncta pene aurea:neq̄ hec niſi de auro puriſſi-
mo fieri licebat. Fructus etiā arborū q̄ in domū dn̄i offe-
rebant:puriſſimi ⁊ exq̄ſiti eſſe iubebant:hoc eſt vitis/oli
ue/thuris/vel ſtactis ⁊ ceterarū hmōi. Que vtiq̄ cūcta ſpi
ritualiter intellecta/verā noſtre fidei ⁊ operationis ſyn-
ceritatē denūciant. Domus naq̄ vtraq̄ vt diximus/vni-
uerſalis eccl'ie figuram premōſtrat. Neq̄ incōgruū quis
arbitret/q̄ due ſunt domus dn̄i in myſterio facte:cū vnā
chriſti domū eſſe eccleſiā nullus fidelis ambigat. Due er-
enim ſunt cōdite domus/ob ſignificationē vtriuſq̄ pp'li
in eandē fidē venturi:iudei ſcꝫ ⁊ gentilis. Unde bene ta-
bernaculū ſola plebs hebrea condidit in eremo:templi
autem ſtructurā/proſeleti/ideſt aduene de gētibꝰ/quot-
quot in pp'lo iſrael tūc inueniri poterāt/deuota fide com
pleuerūt. Sed ⁊ rex potētiſſimꝰ Tyri cōductus a Salo-
mone cōmodatis artificibꝰ ⁊ lignis gratantiſſime iuuit:
q: nimirū ante incarnationeꝫ dn̄icā/notus tantū in Ju- Ps. lxx
dea erat deꝰ. At poſtq̄ ille in ea qua natꝰ ⁊ paſſus eſt car
ne/reſuſcitatꝰ a mortuis:⁊ exaltatꝰ eſt ſup̄ celos deꝰ:cōti
nuo ſup̄ oēm terrā nois eius gl'ia refulſit:orbiſq̄ vniuer-
ſus ad edificationē domꝰ illiꝰ/accepta ab eo p̄miſſiōe bo
norū celeſtiū/gaudēs accurrit. Quid ḡ ipſe cōditor et re
dēptor noſter/de conſtructione ſue domꝰ que nos ſumꝰ/
in ea q̄ nobis modo recitata eſt lectiōe ſcti euāgelij dicat

Digitized by Google

Tex. audiamus. ¶ Nō est arbor bona q̄ facit fructus malos: neq̄ arbor mala faciēs fructū bonū. Bonas ergo arbores et bonos harū fruct' in constructionē sui tēpli rex sapiēs querit. At ꝯ male arboris q̄s sit finis: idē alibi do-
Mat.iij cet/dicēs. Omnis arbor q̄ nō facit fructū bonū/excidet et in ignem mittet. Arbores nāq̄ hoies: fructus aūt dicit opera ipsorū. Vultis etem nosse q̄ sint arbores male/qui
Gal.v. mali fructus? Apl's docet/dicēs. Manifesta aūt sunt opera carnis: que sunt fornicatio/immūditia/luxuria/idolorum seruitus/veneficia/inimicitie/cōtētiones/emulationes/ire/rixe/dissentiones/hereses/inuidie/homicidia/ebrietates/comessatiōes/et his similia. Vulti audire an arbores q̄ tales fructus faciūt/ad eterni regis tēplū celeste pertineāt? Subiūgit apl's dicēs. Que predico vobis sicut pdixi: q̄m qui talia agūt/regnū dei nō cōsequentur. Bone quoq̄ arboris fructus/subsequēter enumerat dicens. Fruct' aūt spūs est charitas/gaudiū/pax/patiētia/bonitas/benignitas/fides/māsuetudo/cōtinētia: de qui-
Eph.v. bus et alias admonēs ait. Ut filij lucis ambulate. Fruct' em̄ lucis est/in omi bonitate et iustitia et ꝟitate. Qui nimirū fructus cū arboribus e quib' p̄codeūt: et hic ad domū fidei/et illic ad habitationē superne beatitudinis veraciter pertinēt. Audiam' deniq̄ arborē bonā/de bonorū fructuū ꝓuentu letantē. Ego aūt sicut oliua fructifera in domo dei/speraui in misericordia dei mei in eternū et in seculū seculi. Fructus q̄ppe oliue/lucidū est op' misericordie: et ideo iure in misericordia dei sperat in tēplo eternitatis/q̄ in domo dei p̄senti misericordie gr̄a resplēdet. Iure se talis ad tēplū magni regis ptinere cōfidens alibi dicit. Et misericordia tua subsequet me/oībus diebus vite mee: vt inhabitē in domo dn̄i in lōgitudine dierū. At cōtra: mala arbor videam' quales fruct' ferat: et tales ferre ipsi vitem'. Dicit ꝓpheta Hieremias. Male-
Hie.xvij dictus hō q̄ cōfidit in hoīe: et ponit carnē brachiū suū: et a dn̄o recedit cor ei': erit em̄ q̄si mirice in deserto. Mirica nāq̄ est infructuosa arbor: et humilis/gustu nimis amara/omniq̄ humana cultura prorsus indigna: ac ꝓpterea
Petrōs cōparatur mirice. fructificās in desertis. Cui merito cōparat is q̄ in diuino timore et amore recedēs/ab hoibus regnum vel diuitias sperat. Qui quātū a decore dom' dei sit extorris iudicandus/ꝓpheta subdendo manifestat. Et nō videbit cū venerit bonū: ſ3 habitabit in deserto in siccitate/in terra salsuginis et inhabitabili. Nemo ergo sibi fratres mei in occulto male viuēs/de fauore vulgi quasi bon' sit blādiat: q: etsi folia verboꝝ perpulchra/et florē fame gignit odoriferū/nō est arbor bona que facit fruct' malos. Nemo q̄ cū recto corde bona q̄ valet operat de sua salute despe-
Tex. ret: q: nō est arbor mala q̄ facit fructū bonū. ¶ Unaq̄q̄ em̄ arbor de fructu suo cognoscit. Hec cognitio de apertis solūmodo vitijs siue virtutib' accipiēda est: qualia superi' ex apostoli sentētia cōmemorauim'. Nāq̄ sunt nōnulla q̄ quo animo gerant/ignorat a ꝓximis: vnde et in vtraq̄ partē possunt interpretari. Sed ambigua q̄q̄ iusti'
i.Co.iiij ab his q̄ diligunt interpretantur in bonū: vt impleatur
Tex. illud apostoli. Nolite ante tēpus iudicare. ¶ Neq̄ enim de spinis colligūt ficus: neq̄ de rubo vindemiant vuam. Spine et rubus plene aculeis arbores/illorū corda designant: qui vel luxurie/inuidie/cōcupiscētie stimulis ipsi fedant: vel certe iracūdie/detractionis/odij/superbie et amaritudinis/asperitatibus/insuaues ꝓximis: et q̄si intractabiles existūt. Ficus aūt dulcē regni celestis memoriā: vua flagrantiā dn̄ice dilectionis significat. Nō ergo de spinis colligunt ficus: neq̄ de rubo vindemiāt vuam: quia quicūq̄ adhuc vitiorū aculeis sordent/exempla vel
Tex. doctrinam virtutū ministrare proximis nequaq̄ digne p̄ualēt. ¶ Bonus hō de bono thesauro cordis sui profert bonū: et malus homo de malo thesauro cordis sui p̄fert malū. Thesaurus cordis/intentio est cogitatiōis: ex qua prouentū operis internus arbiter iudicat. Unde fit plerūq̄: vt minora bona nōnulli maiori celestis gr̄e mercede operent: vez ꝓpter intētionē cordis: qua maiora voluerant patrare bona si possent: et alij maiora virtutum opera ostētantes/ob incuriā cordis tepidi: minora a dn̄o
Luc.xxi p̄mia sortiant. Deniq̄ op' vidue q̄ duos numos detulit ad tēplū: innumeris diuitū denarijs ab interno cordium
Tex. scrutatore p̄fert. ¶ Ex abūdātia em̄ cordis os loquitur. Humanū q̄ppe iudiciū sepe fallit: q: cor ꝓximi nescit/nisi ex ore et opere pēsaret: dn̄s aūt ipm opus et sermones ex cordis radice perpēdit. Illius ergo ex abūdantia cordis os loquit: q̄ ex qua intētione ꝓnant verba nō ignorat. Qō etiā subsequēter astruit/manifeste ostēdens: q: locutio bona absq̄ operū attestatione nil oīno ꝓsit. ¶ Quid
Tex. aūt vocatis me dn̄e dn̄e: et nō facitis q̄ dico? Dn̄m namq̄ vocare boni donū thesauri: bone videt esse fructus arbo-
Vana petōis oro q̄ sit ris. Omnis em̄ quicūq̄ inuocauerit nomē dn̄i salu' erit. Sed si is q̄ inuocat nomē dn̄i/p̄ceptis dn̄i puerse viuēdo repugnat: pfecto patet: q: de bono cordis thesauro plasū non fuit bonū q̄d lingua sonuit: nec talē fructū cofessionis fici radix/sed spine: hoc est: horrida vitijs: et nō multitudine dn̄ice dulcedinis onusta ꝯsciētia ꝓcreauit. Que aūt sit vera fructuum bonoꝝ maloꝝq̄ discretio: dn̄s sub
Tex. alia figura subdendo designat. ¶ Omnis q̄ venit ad me et audit sermones meos et facit eos: ostendā vobis cui similis sit. Silis est hoi edificāti domū. Homo aūt hic domū edificās: ipse est mediator dei et hoim/hō christus Iesus: q̄ dilectā sibi domū/sanctā vez ecclām: in qua perpe-
Tex. tuo maneret/edificare et cōsecrare dignat' est. ¶ Qui fodit in altū et posuit fundamētum supra petrā: q: in corde suorū fideliū/q̄cq̄d terrene intētionis inuenit/funditus extirpare studuit: quaten' eiect' prisce ꝯsuetudinis rudetibus ac cogitationib' superfluis: stabilē in eis ipse et incōcussam possit hr̄e mānsionē. Ipse est em̄ petra/supra quas huiuscemodi dom' fundamēta collocauit. Nam sicut in domo edificāda nil petre cui fundamentū imponat anteferk: ita sancta ecclesia petrā suā videlicet christum/imo habet in corde recōditā: neq̄ aliq̄d fidei illius ac dilectionis p̄ponit: adeovt ꝓ hac etiā mortē pati nō dubitet. Cui nimirū petre princeps eccl'e: q: firmissime inhesit/ab ea
Matt. xvi. nomē accepit q̄n audiuit. Tu es Petrus: et sup hanc pe-
Tex. trā edificabo ecclesiā meā. ¶ Inūdatione aūt facta: illisum est flumē domui illi: et nō potuit eā mouere: fundata em̄ erat supra petrā. Patet expositio: q: pulsata est sepe pressuris eccl'ia/nec deiecta. Quod si qui credentiū maleuicti cesserūt/ad hāc vtiq̄ domū nō ptinebāt: q: si supra petrā fidei/et nō poti' sup arenā pfidie vel leuitatis fundati cōsisterēt: labefactari nūq̄ prorsus valerēt. Notādū
Ecclesia trib' modis ipugnatur. aūt/q̄ hec inūdatio tētationū/trib' modis ecclesiā impugnat. Nā vel a sua cōcupiscētia tētat quisq̄ abstract' et illect': vel falsoꝝ fratrū improbitate fatigat: vel apertioribus externorū appetitur insidijs. Que vez tētamēta dn̄s alibi portas inferi nūcupat: et merito: q: nimirū si vicerint/in eternū trahūt interitū. Et sup hāc petrā (inq̄t)
Matt. xvi. edificabo ecclesiā meam: et porte inferi nō p̄ualebūt aduersus eam. Et si ergo pulsant/nō t̄n deijciūt ecclesiā christi porte diaboli: etsi irruit tētatio pfidie: nō subruit domū fidei. Que enim adiutori suo veraciter dicere pōt. Dum anxiaret cor meum: in petra exaltasti me. Nō debellatur ab extraneis: quia rabiē persequētiū infideliū/cū corona martyrij patiēdo superat. Nō corrūpit a falsis fratribus: quia et hereticoꝝ dogmata recte credēdo refutat: et vitiosa quorūdam catholicorū exēpla/sobrie et iuste et pie viuēdo deuitat. Non obcecat fumo ꝓprie cupiditatis: q: feruet interius solo ardore dn̄ice charitatis. Huic aūt homini.i. redēptori nr̄o/q̄ ecclīam sibi vniuersalem inuincibili mētis fortitudine copulauit ꝓ modo suo quiq̄ similantur electi: q̄n q̄d ipse in tota eccl'ia generaliter facit/hoc illi in suis singuli cordib' agere specialiter curāt. Nā q̄si in altū fodiēdo suā vigilāter cōsciētiā discutiūt: ne q̄d in ea sordidū lateat solerter inquirūt: cūctas a fundo cordis superuacuorum cogitatuū latebras manu sedule discre-

tionis exhauriūt:quten⁹ in se firmā quietēq; fidem/petre illi fortiſſime/hoc eſt chriſto ꝑparent:ſicq; vt ꝑ eius pñen tiā inſuperabiles/inter ſeculi terrētia aduerſa: ⁊ ꝓſpera blādientis ꝑdurent. Hec adiuuante dño fratres chariſſi mi de euāgelice lectionis expoſitiōe trāſcurrim⁹/ſꝫ vide tur cōgruū ſolēnitati quā colim⁹/de edificatiōe tēpli ali qua cōmemorare: ⁊ ꝙ decēter ornat⁹ illi⁹ eccl'ie ſignifica
iij. Re. v
tioni cōueniat indagare. Narrat ergo ſacra ſcriptura: q: ꝓcepit Salomon vt tollerēt lapides grādes/lapides ꝓ cioſos in fundamentum tēpli/⁊ quadrarēt eos. Lapides aūt grādes et ꝓcioſi ꝗ in fundamēto locati/totū on⁹ tē
Doctores ſūt tē pli lapi des.
pli ſibi ſupimpoſitū portant/eximios ſctē eccl'ie doctores inſinuāt: grādes nimirū excellētia meritoꝝ/ꝓcioſos clari tate ſignoꝝ:ꝗ ab ipſo dño verbū audientes/totā eccleſie creſcētis fabricā ſua ꝑdicatione genuerūt. Nā em̄ in ſcri pturis fundamēta plurali numero dicunt: vel ꝑdicato res ſctōs:vel firmas iuſtoꝝ cogitatiōes ſignificant. Un de eſt illud pſalmiſte. Fundamēta ei⁹ in mōtib⁹ ſanctis.
Ps. lxxxvi.
At cū ſingulari numero fundamētū ponit:ipm ſepi⁹ au
j. Co. iij.
ctorē bonoꝝ oim indicat:de quo ap'ls ait. Fundamentū em̄ aliud nemo pōt ponere pter id qđ poſitū eſt quod eſt
Eph. ij.
chriſt⁹ Jeſus. Et de quo rurſus ad Epheſios. Sed eſtis (inquit) ciues ſanctoꝝ ⁊ domeſtici dei/ſupedificati ſup fundamētū apl'oꝝ ⁊ ꝓpheraꝝ. In hoc ergo fundamento lapides grādes ⁊ ꝓcioſi ꝗ tēplū oīne geſtarēt ſunt poſiti q: per ipm ad ꝓpagandā toto orbe ecclīam: ⁊ pri⁹ patri arche ⁊ ꝓphete:⁊ poſtmodū ſunt ap'li inſtructi:ꝗ quo ar ctius amori eius inherebāt/eo fortius ſecratores ſuos in edificio celeſti ſuſtētabant. Quos vꝫ lapides quadrare ꝓcepit:vt magiſtros eccl'ie cōpoſitos morib⁹ ⁊ immobi les aīo eſſe debere ſignaret. Sicut ei quadratū quacūq; vertit parte ſtat:ita nimirū vita ꝑfectoꝝ/ꝗ ad veritatis lineā ſollicite directa eſt:nullis tētationū impulſib⁹ a ſuo nouit ſtabilitate deiici. Erat aūt tēplum de marmore pa rio(ꝗ eſt lapis albus)extructū:vt cādorē eccleſiaſtice ca
Can. ij.
iij. re. vj.
ſtitatis exprimeret/de quo in amoris cantico dñs ait. Si cut liliū inter ſpinas:ſic amica mea inter filias. Habebat ſexaginta cubitos in lōgitudine:⁊ viginti cubitos in lati tudine:⁊ triginta cubitos in altitudine. Lōgitudo ergo tēpli/fidē ſancte eccl'ie deſignat:per quā lōganimiter in ter opera ſua bona/prauoꝝ aduerſa tolerat. Latitudo charitatē/qua ipſa intus ꝑ viſcera pietatꝭ ſpatiat. Altitu do ſpem:qua ꝓpter bona que ꝑ charitatē operatur/cele ſtis vite premia expectat. Et bene lōgitudo ſexaginta eſt cubitorū. Senario em̄ numero/bonorū operū ſolet ꝑfe ctio deſignari. Quia et dñs mūdi ornatū ſex dieb⁹ ꝑfecit et ſex ſunt hui⁹ ſeculi etates:in quib⁹ ſctā eccleſia ꝑ eter na requie piis actib⁹ inſtat. Bene viginti ſunt cubiti lati tudinis: q: geminū eſt ꝓceptū charitatꝭ qua eccl'ia in tri bulatione dilatat:qm̄ ꝑfect⁹ q̄ſq; ⁊ cōditorē ex toto corde tota anima:tota virtute:⁊ ꝓximū tāq̄ ſeipm diligere ꝓ bat. Bene triginta in altitudine ſūt cubiti:q: ois electo rū ſpes ad viſionē ſancte trinitatis/quārū valet ſe exercē do/⁊ purificādo ꝓparat. Sex igit ad fidei lōganimitatē tria ad celſitudinē ſpei/duo ꝑtinēt ad latitudinē amoris: quibus trib⁹ virtutū inſignib⁹/totū ſctē ecc'lie ſtatū con ſtat ꝑfrui. Qđ aūt ꝑ denariū ꝗ ꝑfect⁹ eſt numer⁹/ſingula
Allegoria pul cherrima.
hec multiplicant:multiplex eiuſdē ꝑfectiōis augmētū fi gurare denūtiat. Notandū ſane ꝙ triginta cubiti altitu dinis/nō vſq; ad ſupremū tēpli faſtigiū/ſꝫ vſq; ad laq̄aria pertingebāt:deinde ad laq̄aria mediū cenaculi/aliȷ trigin ta cubiti altitudinis aſſurgebāt. Porro tertiū cenaculū qđ ſuperat/ſexaginta habebat cubitos in altitudine:ac ſic ois altitudo dom⁹ in cētū viginti erat cubitos extēta. Prima igit dom⁹/triginta cubitꝭ in altitudine ſurgit:q: preſens eccl'ia ad vidēdā ſpeciē ſctē trinitatis/tota inten tione ſuſpēdit. Superior dom⁹ triginta eque cubitis ſe in altū attollit:q: ſolute corporib⁹ aie ꝑfectoꝝ/vſq; ad diem vniuerſalis iudicij:eiuſdē beate ⁊ indiuidue trinitatis ꝓ ſenti viſiōe fruūtur. Suprema domus bis trecenis alta

eſt cubitis:q: reſuſcitati a mortuis oēs electi/in contem platione eiuſdē ſui cōditoris:ꝗ in trib⁹ ꝑſonis vn⁹ eſt de⁹ eterna ſpūs ſimul ⁊ carnis immortalitate gaudebūt. Fa ctus eſt aūt medi⁹ paries in tēplo de tabulatis cedrinis/ viginti cubitoꝝ altitudnis:ꝗ diuideret oraculū. i. ſanctū ſā ctorū a priore parte tēpli:habebatq; oraculū viginti cubi tos longitudinis/⁊ viginti cubitos altitudinis. Porro ipſum tēplū ꝓ foribus oraculi q̄draginta cubitoꝝ erat:in quo erant mēſe ⁊ candelabra de auro/ſꝫ ⁊ altare aureū prope oſtiū tabernaculi:quaten⁹ incēſo in eo thymiama te/vapor fumi aſcēdēs operiret oraculū vbi erat arca te ſtamēti/ſup que erāt cherubin glorie obūbrātia ꝓpitiato riū. Prior ergo dom⁹ preſentis eccleſie ſtatū:interior vite celeſtis ingreſſum deſignat. Unde recte in priori mēſa ⁊ cā delabra ſunt facta:q: nimirū in hac vita lumine ſancta ꝝ ſcripturarū:⁊ ſacramētoꝝ celeſtiū refectione opus habe mus:in futuro aūt talib⁹ nō egemus ſubſidijs:vbi iuxta pſalmiſte vocē. Quicūq; apparuerint cū iuſtitia:ſatiabū
Ps. xvi.
tur manifeſtata gloria chriſti. In hac quoq; vita corda iuſtoꝝ:quaſi altare incenſi aureū ſplendida fulgēt ꝑ im mundiciā ſanctitatis:aromatibus referta deſideriorum ſpiritualiū:incendio flagrant amoris cōtinui: ⁊ quaſi in proximo celeſtis introitus poſita/ſuauiſſimū ſue oratio nis vaporē iuxta ſctā ſanctoꝝ ſuperna emittunt:vbi chri ſtus eſt in dextera dei ſedēs. Quē aptiſſime arca teſtamē ti que erat intra velū deſignat:in qua vrna erat aurea ha bens māna/⁊ virga Aaron que frōduerat ⁊ tabule teſta
Arce ſi gnifica tio my ſtica.
mēti. Ipſa nāq; arca naturā humanitatis eius:vrna mā ne plenitudine diuinitatis:virga Aaron potētiā ſacerdo tij eius inuiolabilē:tabule teſtamēti deſignāt:q: ipſe legē dedit:quiq; etiā benedictionē hiſ ꝗ legē faciūt dabit. Be ne aūt tēplū p̄e forib⁹ oraculi quadraginta cubitorum erat lōgitudinis:qm̄ in hac adhuc vita/ieiunijs ⁊ cōtinē tia nos caſtigari oportet:vt ad ſempiterne dulcedinis ſa tietatē ꝑuenire mereamur. Nāq; hoc numero caſtigatio nem vite preſentis ſignificare intelligit/ois qui quadra genariū Moyſi vel Helie/vel ipſi⁹ dñi ieiuniū recte in telligere nouit. Bene ipſum oraculū in quo arca per che rubin glorie tegebat viginti cubitos longitudinis/lati tudinis ⁊ altitudinis habebat:qui numer⁹ ꝑfectionem (vt diximus)gemine dilectiōis inſinuat:q: qcqđ in hac peregrinatione ꝓ deo gerit/totū hoc in illa manſione pa trie perēnis:vbi magnificētia eius cōtinua beatoꝝ ſpiri tuū laudatione ſuſtollitur/in ſola dilectionis amplitudi ne perficit. Erat et portic⁹ ante tēplū viginti cubitorum lōgitudinis iuxta menſurā latitudinis tēpli:⁊ decē cubi torū latitudinis/habēs oſtiū cōtra oſtiū tēpli ab oriēte. Que vꝫ porticus/illam ſancte eccleſie plebē deſignat:ꝗ dñice incarnationis tempora preceſſit.nec tñ ab eiuſdem incarnationis fide vacua remanſit. Hoc eſt enim oſtiuꝫ porticus contra oſtiū tēpli eſſe ad ortū ſolis/fidē ꝑpl'i po ris de chriſto/eandē eſſe que ſequētis:eodēq; gratie orie tis lumine/cūctoꝝ fideliū corda illuſtrari. Unde bene in ea dē porticu due colūne erecte/maximi ⁊ mirādi operis cir ca oſtium tēpli narrant eſſe ſtatute:⁊ his capitella quaſi opere liliȷ ſupimpoſita. Colūne em̄ ſtant ante oſtiū tem pli:ꝗ aduentu redēptoris nři(ꝗ ait:ego ſum oſtiū:ꝑ me ſi
Joan. x.
ꝗs introierit ſaluabit)ꝓceſſerūt doctores egregij de qui bus dicit ap'ls. Jacob⁹ ⁊ Cephas ⁊ Joānes:ꝗ videbant
Gal. ij.
colūne eſſe/ꝗ eidē aduētui ei⁹ teſtimoniū ꝑhiberēt. Una em̄ a dextris oſtij:alia ſtabat a ſiniſtris:q: ⁊ ꝑplo iſrael ꝗ tūc diuina fide ⁊ charitate calebat/incarnationē ſui redē ptoris futurā ꝓcinebāt:⁊ nō minus gētibus ꝗ adhuc q̄ſi ad aq̄lonē poſite:ꝑſidie frigore torpebāt:eiuſdē redēpto ris ingreſſum predicabāt eſſe pandendū. Qđ vo capitel la colūnarū quaſi opera liliȷ fabricata erāt: ſignificat q: tota ꝑdicationis eorū ſumma:de claritate ꝑpetue beati tudinis inſonuit:eiuſq; vidēdā gl'iam ſuis auditorib⁹ ꝓ miſit:ꝗ etern⁹ ante ſecula de⁹ exiſtēs/hō fact⁹ eſt in fine ſeculorū:vt quaſi flos liliȷ interius colorē aureum extē

Digitized by Google

rius haberet cādidū. Quid nāqꝫ auri rubor in cādore ni-
ſi fulgor eſt diuinitatis in hoīe: Quē vcꝫ hoīem ⁊ pꝰ vir-
tutibꝰ clarū oſtēdit: ⁊ poſt mortem niueo incorruptionis
ſplendore veſtiuit. Hec nos fratres chariſſimi in ꝑſentis
feſti noſtri gaudiuꝫ de ſtructura tēpli pauca ex pluribus
fraternitati vr̄e exposuiſſe libuit: qtenꝰ et miranda terre-
ſtris domꝰ dn̄i fabrica delectaret auditū: et hec ſpirituali-
ter intellecta mētes nr̄as ardētiꝰ ad amorē ſupne habita-
tionis erigeret. Diligamꝰ igit̄ fr̄es mei toto corde decorē
domꝰ eterne: quā ex deo habemꝰ in celis: ⁊ de loco taber-
naculi glr̄ie eiꝰ ſedulo cogitare / ac nos alterutrū admone-
re curemꝰ. Unū aū oia petamꝰ ab eo: ⁊ h̄ infatigabili intē-
tione qram̄ꝰ: vt inhabitare mereamur in domo eiꝰ oībus
diebꝰ vite nr̄e / hoc eſt ꝑenni vita / ac luce felices. Nō autē
ſpernit / neqꝫ deſpicit ꝓces pauperum / qn̄ h̄ qđ diligit ipſi
ꝓcamur: ſꝫ clemēter exaudiēs / donabit nos videre bona
ſua i terra viuētiū / chriſtꝰ Jeſꝰ dn̄s nr̄: q viuit ⁊ regnat ⁊c.

¶ In dedicatione eccleſie Sermo venerabilis Bede.

Ibet fratres chariſſi-
mi / de encenioꝝ ſolēnitate quā ⁊ olim Hieroſo-
limite: ⁊ nos hodie celebramus fraternitati vr̄e
latiꝰ diſſerere. Hoc aūt in primis notādū eſt ꝙ encenia q
in lectione euāgelica facta cognouimꝰ: non ad primā tē-
pli dedicationē / ſed ad vltimā ptinēt: qđ ex eo facile colli-
gitur / q: hyeme facta referunt̄. Prima ſiquidē eiꝰ dedica-
tio a Salomone tp̄e Autūni media a Zorobabel et Jeſu
ſacerdote tēpore Ueris vltima Juda Machabeo tēpore
hyemis facta eſt: qn̄ ſpecialiter cōſtitutū eſſe legit̄: vt ea-
dē dedicatio ꝑ oēs annos in memoriaꝫ ſolēnis reuocaret̄
officij: iuxta qđ ad tempꝰ vſqꝫ dn̄ice incarnationis obſer-
uatū fuiſſe cognouimꝰ. Hec autē fuit cauſa ſecunde ⁊ ter-
tie dedicationis: q: Salomon quidē templi opus qđ dn̄o
deo cōdidit / ſeptē annis ꝑfecit: octauo autē anno / hoc eſt
decima die menſis ſeptimi: q nobis October appellat̄ in
magna regni gloria dedicauit. Que vcꝫ dies: ⁊ antea per
legem erat ſtatuta ſolēnis: ita vt in ea tabernaculū omne
per ſingulos annos / maioribus hoſtijs expiari deberet.
Deniqꝫ Zacharias pater beati Joānis baptiſte eiſdē ex-
piationibꝰ ad altare deſeruiens / aduenīēte angelo / de do-
minice myſterio natiuitatis gaudioqꝫ hūane ſaluatiōis
inſtruit̄. Sꝫ hoc tēplū poſt annos qdringētos triginta in-
cēderūt Chaldei: ⁊ Hieroſolymorū vrbe deſtructa / popu-
lum Jſrl̄ in Babyloniā adduxerūt captiuū. Qui poſt an-
nos ſeptuaginta regnātibꝰ Perſis patriā remiſſꝰ / rurſuſqꝫ
edificatū eſt tēplū ꝑ annos qdragintaſex: ⁊ tertia die mē-
ſis duodecimi quē nos vocamꝰ Martiū / opꝰ ad finē vſqꝫ
ꝑductū. Cui vcꝫ tūc operi ꝑfuerūt duces plebis ſtrenuiſ-
ſimi (vt diximus) Zorobabel de regio gn̄e: ⁊ Jeſus ſacer-
dos magnꝰ: ſꝫ ⁊ ꝓphete Aggeꝰ ⁊ Zacharias adiuuātes
eos / atqꝫ aduerſus inſidias hoſtiū impediētiū opus / cor
populi corroborātes. Inde poſt annos fere trecentos et
quinqginta ſex / rex nefādiſſimus grecoꝝ Antiochꝰ / frau-
de capta Hieruſalm tēplū idē ſordibꝰ idoloꝝ prophanauit au-
ferens inde ⁊ cōfringens altare dn̄i aureū / menſam ꝓpo-
ſitiōis / cādelabrū luminis / ⁊ cetera vaſa tēpli aurea / q in-
uenire potuit: ſꝫ ⁊ in tēplo Iouis ſimulacrū ſtatuēs popu-
lūqꝫ tormētis ad ſacrificādū idolis cogēs. Qua ꝑſecutio-
ne multi de ꝑpl̄o / ꝓ diuine legis cuſtodia trucidati ſunt:
Inter qs ⁊ mr̄ illa ſeptē filioꝝ merito famoſa / nobiliſſimā
ꝓ dn̄o cū ſobole martyrij coronā meruit. Sꝫ Judas Ma-
chabeꝰ: cū eſſet de genere ſacerdotali collecto exercitu iu-
ſtorū / aduerſus Antiochi duces arma arripiēs / eoſqꝫ de
Judea expellēs / ꝑſecutioni ſeuiſſime finē impoſuit: ac tēplū
ad idoloꝝ imaginibꝰ emūdās / noua rurſꝰ altaria / ⁊ cete-
ra vaſa vel ornamēta faciēs / atqꝫ in tēplo reponēs / dedica-
uit ea ſimul cū templo qđ purificauit: ⁊ renouauit viceſi-
maquinta die mēſis noni: q apud nos appellat̄ December: ⁊
ad hyemē pertinere nulli dubiū cōſtat: ſtatuitqꝫ decretuꝫ
vt diximꝰ ānis oībꝰ diē encenioꝝ. i. innouatiōis / ac dedica-
tiōis tēpli / feſta deuotiōe celebrari. Que ꝑfecto oia ſicut
apl̄s docet in figura facta ſunt nr̄i: ⁊ ꝓpter nos vtiqꝫ ſcri-
pta / ideoqꝫ nob ſolertiꝰ ſpūali rōne diſcutiēda. Salomon
qppe rex: q interp̄tat̄ pacificꝰ: ipm redēptorē nr̄m typice
deſignat: de q Eſaias ait. Multiplicabit̄ eiꝰ imperiū ⁊ pa-
cis nō erit finis. Tēplū qđ edificauit / catholica eiꝰ eccl̄ia
eſt: quā de vniuerſis ꝑ orbē credētibꝰ / qſi de viuis lapidi-
bus iūnā ſue fidei ⁊ charitatꝭ cōpagē aggregat. Qđ autē
ſeptē annis edificatū eſt tēplū: ſignificat: q: ꝑ totū huiꝰ ſe-
culi tp̄s qđ ſeptē diebꝰ euoluit̄ / ſctē ſtructura eccl̄ie creſce-
re nūqꝫ deſinit. Qđ autē anno octauo dedicatū eſt: ⁊ cele-
berrima illa / ac maxima ſolēnitas / a Salomone rege cū-
ctis filijs Jſrl̄ tp̄e cōplete dedicationis exhibita: inſinuat
opꝰ iuſtitie: q: ꝑfecto in fine mūdi numero electoꝝ diu de-
ſiderate immortalitatꝭ eſt futura feſtiuitas: ⁊ pacto vniuer-
ſalis reſurrectiōis miraclo / morꝫ oēs q ad pacifici regꝭ veri
ſ. Salomonis regnū ꝑtinēt / eterna cū eo gaudia ꝑn̄e cele-
ſtia intrabūt. Nā q: dn̄s nr̄ octaua die. i. poſt ſeptimā ſabbati
reſuſcitari a morte voluit: recte numerꝰ octonariꝰ nr̄e qꝫ
reſurrectiōis feſta vētura deſignat. Qđ tēplū ab hoſtibꝰ
incēſum rurſum dn̄o miserāte cōſtruit̄: qđ ab idolatris co-
inqnatū / denuo ſupne pietatꝭ auxilio mūdat̄ varios ſan-
cte eccl̄ie inſinuat euētꝰ: q nūc infideliū ꝑſecutiōe ꝑmitur
nūc a ꝑſecutiōe reddita liberior / trāqlla dn̄o ſeruiture fa-
mulat̄. Nūc in qbuſdā ſui mēbris hoſtis antiq periclitat̄
inſidijs: nūc inſtāte ſolertia doctorū fideles qs ad hoſtē ꝑ-
dere videbat̄ / ꝑ pniam iā caſtigatos recipit. Qđ hoc tēplū
ſecūdo qdraginta ⁊ ſex annis edificatū eſt: ad ſignificatio- Joan. ij.
nem dn̄ici corporis / qđ de virgine aſſumpſit ſpāliter reſpicit
de q ipſe iudeis. Soluite inqt tēplū hoc: ⁊ in tribꝰ diebꝰ ex-
citabo illud: q: vcꝫ ſolutū paſſiōe corpus ſuū / ipſa die ter-
tia reſuſcitauit ad vitā. Ferūt ſiquidē / q: ipſum corpꝰ ho-
minis qdrageſimoſexto die poſt cōceptiōis initiū / in mē-
broꝝ diſtinctiōe formet̄: atqꝫ ideo nō caſu geſtū qđ diuini-
tus ꝓcuratū eſt: vt eo annorū numero tēplū edificaret̄ / q
dierꝫ numero / corpꝰ dn̄icū ꝑ qđ tēplū figurabat̄ / in vtero
virginali ꝑfici oportebat. Qđ aūt encenia ꝑ oēs annos ce-
lebrari ſācitū eſt: h̄ ꝑfecto nos admonet / vt memoriā dn̄i
reſurrectiōis quā iā factā credimꝰ: ⁊ nr̄e quā futurā ſpera-
mus / ſp aio retineamꝰ: taliterqꝫ nos agamꝰ vt nō ad iudi-
ciū / ſꝫ ſicut dn̄s his q bona egerint ꝓmiſit / reſurgere me-
reamur ad vitā. Nec ſine diſcuſſiōe ptereundū eſt: ꝙ dedi-
cās tēplū Salomō vbi cōpleuit ꝓces / ignis deſcēdit de ce-
lo ⁊ deuorauit holocauſta ⁊ victimas. Holocauſta nāqꝫ ⁊ ij. par. vij
victime veri Salomonis nos ſumꝰ: holocauſta ⁊ victime j. Pe. iij.
ſummi regis oēs electi eiꝰ ſūt. De qbꝰ ait apl̄s Petrꝰ. Qr
⁊ chriſtꝰ ſemel ꝓ pctīs nr̄is mortuꝰ eſt / iuſtꝰ ꝓ iniuſtis: vt nos
offerret deo: mortificatos qdē carne / viuificatos autē ſpi-
ritu. Ignis aūt celeſtꝭ / feruorē eximie dilectiōis q ſupni ci-
ues ꝑrie / ⁊ in ſua alterutrū btitudine / ⁊ in ſui cōditoris cō-
ſpecta claritate / ſemꝑ ardere letant̄: ſignat. Hic eſt em̄ ꝙ
qdā celeſtiū virtutū agmina: q ex ſingulari ꝓpinqtate cō-
ditoris ſui / incōparabili ardent amore / ſpeciali noie ſera-
phin. i. ardētes vl̄ incēdētes vocant̄. Cōpleta ḡ dedicatio-
ne tēpli / ignis e celo deſcēdēs / oblatas dn̄o hoſtias deuo-
rat: q: expleto tp̄e nr̄e reſurrectiōis: cū introierint i gaudiū
dn̄i ſui fideles ſerui flagrātia veri amoris q nūc angelice
virtutes inflāmant̄ / eoꝝ qꝫ mētes viſa ſpecie ſui redēpto-
ris abſorbet: q qdē face dilectiōis etiā nunc plurimos ele-
ctorum / in ſuperna illa ciuitate plene abſorptos eſſe non
dubiū eſt. Sed tūc nimirū / hoc multo ꝑfectiꝰ adimplebit̄
cū recepta ſua carne immortali: receptis in eādē btitudineꝫ
cōſeruis ſuis et fratribꝰ cūctis: qs adhuc in terris certare
conſpiciunt / nō habebunt vltra quo intuitū cogitationis
ſue foras vel ad modicum mittant: habētes ſecum intus
deum / de cuius viſione ſempiterna gaudeant: habētes ⁊
proximos: quoꝝ felicitate ſempiterna congaudeant: vbi

Marginal notes: Ratio dedicationis templi. — j. Cor. x — Eſaie. ix — Octonarij numeri rō. — Anagogica expoſitio.

illud primū mādatū et ad primū dñi ad integrū pficiet: ad cui⁹ pfectionē in hac vita iusti pro suis quiqꝫ virib⁹ ac
Mat. xxij. cingunt. Diliges dñm deū tuū ex toto corde tuo: ꝛ ex tota aīa tua: ꝛ ex tota mente tua: ꝛ diliges primū tuū sicut teipm: q: quo vicinius pſentē dei vultū cernūt: eo ſe ardē tius ei⁹ dilectioni totos impendunt / quos primos suos oēs eſſe electos / ac deo dilectos agnoſcūt: quo corda illorū nō min⁹ ꝙ ſuo ſyncero amore referta pſpiciūt: eo illos ipſi nō min⁹ ꝙ ſeipſos amare delectant. Sꝫ ꝛ hoc notādū q: expoſita dedicatiōe / ac feſtiuitate ſubſecuta ita ſcriptu
i. Re. viij ra cōcluſit. Et dimiſit Salomō pplos: q̄ bñdicētes regi / pfecti ſunt in tabernacula ſua / letātes ꝛ alacri corde ſup oib⁹ bonis q̄ fecerat dñs Dauid ſeruo ſuo / ꝛ iſrl' pplo ſuo dimittet eū peracto reſurrectionis munere dñs electos ſuos in eterna tabernacula letātes: nō eos vtiqꝫ vlterius a ſua pſentia remouēs / ſed a diſcrimine iudicij qd in aere
i. Theſſ. iiij. futurū / apło docente nouim⁹ ad habitationē patrie celeſtis immittens: vt pro ſuis quiſqꝫ meritis pmiſſam regni ſedem percipiat. Qd eñ h ppli in ſua tabernacula profecti eſſe dicuntur / hoc eſt pfecto qd in euangelio dñs ait.
Jo. xiiij. Multe manſiones in domo patris mei ſunt. Bene autē d: q: benedicentes regi pfecti ſunt in tabernacula ſua: q:
Actio optima beatorū hec eſt nimirū ſola actio quietiſſima / ac feliciſſima ciuiū ſupernorꝫ hymnos gratiarum ſuo dicere conditori. Hinc eñ ſcriptū eſt. Beati qui habitant in domo tua dñe: in ſeculum ſeculi laudabūt te. Hinc idē propheta vltimos ſeptem pſalmos in laudis diuine ſuauitate cōpleuit. Porro octauū ante finē pſalterij / de victoria pugne qua gigātem ſtrauerat (dñm benedicendo) cōfecit / vbi aperte dicit: q: oēs qui hic maligni hoſtis certamina ſuſceperant: illic in requie vera laudē ſui redēptoris ꝛ adiutoris decantant. Benedicētes inquit regi: profecti ſunt in tabernacula ſua / letātes ꝛ alacri corde ſup oibus bonis que fecerat dñs Dauid ſeruo ſuo: ꝛ Iſrael populo ſuo. Letātes ꝙppe iuſti ſuper bonis que a dño accipiunt / tabernacula introeunt celeſtiū manſionū: q: ꝙuis graues hui⁹ ſeculi / ꝙuis longi fuerint labores: breue nimirū videt ꝛ leue totū / qcquid eterna beatitudine finitur. Unde oportet chariſſimi: vt in edificatione dom⁹ dei / vnuſquiſqꝫ noſtrū exhortando / obſecrando / increpando / ipe pñs actibus deſudādo / quantū valet inſiſtat: ne ſi quēpiā rex celeſtis nūc deſidem in ope ſui tēpli cōſpexerit: hūc in tēpore future dedicationis / magne ſue ſolēnitatis reddat exortē. Satagamus mutuo charitatis auxilio: vt oēs nos alacri corde et indefeſſos in operibus q̄ ipſe pcepit inueniēs: oēs ad premia que promiſit ppetue ſue viſionis introducat / Jeſus chriſtus dñs noſter: qui viuit ꝛ regnat de⁹ cū patre in vnitate ſpiritusſancti / per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

¶ De eodem feſto. Joannis. X.

¶ In illo tempore: Facta ſunt encenia in Hieroſolymis: ꝛ hyems erat: ꝛ ambulabat Jeſus in templo: ꝛ i portico Salomonis. Et reliqua. Homilia venerabilis Bede preſbyteri.

Audiuimus ex lectione euangelica fratres chariſſimi: q: facta ſunt encenia in Hieroſolymis. Encenia autem vocabant ſolēnia dedicationis tēpli: que populus dei ex antiqua patrū traditione p annos ſingulos celebrare con-
encenia tranſierūt in dedicationem. ſueuerat. Quorū veſtigia nos hodie iuxta morē chriſtiani orbis ſequentes / annuam dedicationis eccleſie noſtre diem / diuinis laudibus ꝛ vigilijs ſtuduimus agere ſolēnem. Et hāc nos feſtiuitatē eo maiore deuotione celebrare oportet: quo eā redēptori nřo gratiſſimā eſſe cognouimus: adeo vt in illa ipſe templū ingredi: ꝛ ſermonē facere ad populum / ac diuinitatis ſue ſacramenta pādere di-
Tex. gnat⁹ ſit. ¶ Facta ſunt inquit encenia in Hieroſolymis: ꝛ hyems erat: et ābulabat Jeſus in tēplo in portico Sa-

lomonis. Si ergo voluit in tēplo ambulare: in quo carꝫ ſanguis brutorꝫ animaliū offerebat: multomagis noſtrā orationis domū vbi carnis ipſius / ac ſanguinis ſacramēta celebrātur / viſitare gaudebit. Si pambulare nō deſpexit porticū: in qua rex quondā mortalis / ac terrenus (ꝙuis potentiſſim⁹ ꝛ ſapientiſſim⁹) ad orandū ſtare ſolebat: quātomagis penetralia cordiū noſtrorꝫ inuiſere atqꝫ illuſtrare deſiderat: ſi tñ ea porticū eſſe Salomonis / hoc eſt ſi ea timorē ſuū / qd eſt initiū ſapiētie / habere perſpexerit. Neqꝫ eñ putandū eſt: q: dom⁹ ſolūmō ad quā ad orādum vel ad myſteria celebrāda cōuenim⁹ / templū ſit dñi ꝛ non ipſi qui in noīe dñi cōuenim⁹ / multo ampli⁹ tēplū eiuſqꝫ appellemur ꝛ ſimus: cū maniſeſte dicat apłs. Uos
go ea predeſtinando/facturus eſt operando. Sicut diſci
pulos quādo elegerit ſatis indicat euāgeliū: tūc vtiq̄ q̄n
eos vocauit: ⁊ tn̄ ait ap̄ls. Elegit nos ante cōſtitutionē Eph. j.
mundi predeſtinādo vtiq̄/non vocādo. Quos aūt pre/ Ro. viij.
deſtinauit illos ⁊ vocauit. Elegit predeſtinando ante cō
ſtitutionem mundi elegit vocando ante cōſummationē
Sic et māſiones p͛parauit ⁊ preparat: nec alias/ſ; quas
preparauit has preparat: q̄ fecit q̄ futura ſunt: quas p͛pa/
rauit predeſtinando/preparat operādo. Jam ergo ſunt
in predeſtinatione. Si quo minus dixiſſet/ibo ⁊ parabo:
ideſt predeſtinabo. Sed q̄ non ſunt in operatiōe. ¶ Et
ſi abiero inq̄t et p͛parauero vobis locū: iterū venio ⁊ ac/ Māſio
cipiā vos ad meipm. Parat aūt quodāmō māſiōes/mā/ dei q̄ ſit.
ſionibus parādo māſores: q̄ppe cū dixerit. In domo pa/
tris mei māſiones multe ſunt: q̄d putabim⁹ eſſe domum
dei/niſi templū dei? Quid aūt ſit/interroget̄ ap̄ls: et re/
ſpondeat. Templū dei ſanctum eſt quod eſtis vos. Hoc
eſt etiam regnū qō filius traditurus eſt patri: vnde etiā j. Co. xv
apoſtolus. Initiū chriſtus/deinde qui ſunt chriſti in pre/
ſentia eius: deinde finis cum tradiderit regnū deo ⁊ pa/
tri/ideſt quos redemit ſanguine ſuo/tradiderit etiā con
templando patri ſuo. Hec ergo domus dei/hoc templū
dei: hoc regnum dei adhuc edificatur/adhuc fabricatur
adhuc paratur: in illo erunt manſiones ſicut eas adhuc
parat dn̄s: in illo iam ſunt ſicut predeſtinauit iam domi/
nus. Sed q̄d eſt qō vt p͛pararet abijt/cū p͛fecto nos ip̄os
prepararet: quod non faciet ſi reliquerit. Agnoſco domine

Digitized by Google

vt poſſum. Nimirū illud ſignificās: q2 vt parentur iſte manſiones viuere debet iuſt⁹ ex fide. Qui em̄ a dn̄o pegrinat opus habet ex fide viuere: q2 per hāc ad ſpeciē cōtemplandam paratur. *Mat. v.* Beati em̄ mundo corde: quoniā ipſi deum *Act. xv.* videbunt. Et fide mundat corda eo2. Illud in euāgelio: hoc in actib⁹ apoſtolo2ū legitur. Fides autem (qua eo2ū qui deum viſuri ſunt: q̄diu peregrinant corda mundantur) qd non videt credit. Nam ſi vides/ non eſt fides. Credenti colligitur meritū/ videnti reddit premiū. Eat ergo domin⁹ et parat locum: eat ne videatur: lateat vt credatur. Tunc em̄ locus paratur/ ſi ex fide viuatur. Creditus deſideretur/ vt deſiderat⁹ habeatur. Deſideriū dilectiōis preparatio eſt manſionis. Nunc eſt dilectiſſimi: vt quātū valemus intelligamus de verbis dn̄i poſterioribus prio2a: ⁊ de cōſequentibus precedentia: in eo q2 audiſtis apoſtolo *Celeſtis manſio quomō paratur.* Thome interroganti eſſe reſponſum. Dixerat em̄ dn̄s cū de manſionibus loqueretur: quas ⁊ dixit eſſe in domo pr̄is ſui: ⁊ ire ſe vt prepararet eas: vbi intelleximus ⁊ eſſe iā manſiones ipſas in pdeſtinatione: ⁊ preparari eas/ cū eorum qui ibi māſuri ſunt/ per fidem corda mundantur: quoniā ipſa dei domus ipſi ſunt. Et quid eſt aliud manere in domo dei q̄ eſſe in populo dei: cum ipſe populus eſt in deo ⁊ deus in eo. Hoc vt prepararet dn̄s abijt: vt credēdo in eum qui nō videtur: ea q̄ in ſpem ſemp futura eſt/ nūc per fidē manſio prepareretur. Propterea ergo dixerat. Et ſi abiero ⁊ preparauero vobis locū/ iterum venio et accipiam vos ad meipſum: vt vbi ego ſum/ ⁊ vos ſitis: et quo ego vado *Tex.* ſcitis/ ⁊ viam ſcitis. Ad hec dicit ei Thomas. ¶ Domine/ neſcimus quo vadis: et quomodo poſſumus viam ſcire? Utrūq3 illos dn̄s dixerat ſcire: vtrūq3 dicit iſte neſcire: ⁊ locū quo itur/ ⁊ viam qua itur. Sed neſcit ille mentiri: g̃ iſti ſciebant: ⁊ ſe ſcire neſciebāt. Conuincat eos iā ſcire/ quod *Tex.* ſe putant adhuc vſq3 neſcire. ¶ Dicit eis Jeſus. Ego ſum via veritas ⁊ vita. Quid eſt fratres? Ecce audiuim⁹ diſcipulum interrogantē/ audiuim⁹ ⁊ magiſtrū docentē: ⁊ nōdum capimus etiā poſt vocē ſonantem/ ſententiā latitantem. Sed quid nō poſſumus capere? Nūquid poterāt ei dicere apl̄i eius cū quibus loquebat: neſcimus te? Proinde ſi eū ſciebāt: ⁊ via ipſe eſt/ viā ſciebant. Si eū ſciebāt: et veritas ipſe eſt/ veritatē ſciebant. Si eum ſciebant: ⁊ vita ipſe eſt/ vitam ſciebant. Ecce ſcire conuicti ſunt qd ſe ſcire neſciebant. Quid g̃ ⁊ nos in iſto ſermone non cepimus? Quid putatis fratres mei/ niſi q2 dixit: et quo ego vado ſcitis: ⁊ viā ſcitis. Ecce cognouimus q2 ſciebant viam: q2 ſciebant ipſum q̄ eſt via. Sed via eſt qua itur: nūquid via eſt ⁊ quo itur? Utrūq3 aūt illos dixerat ſcire ⁊ quo vadit ⁊ viā. Opus g̃ erat vt diceret ego ſum via: vt oſtēderet eis: quia cū ſciret viam ſcire: quā putauerāt ſe neſcire. Quid *Chriſt⁹ via veritas vita.* aūt opus erat vt diceret. Ego ſum via veritas et vita: cū3 via cognita q̄ iret: reſtaret noſſe quo iret: niſi q2 ibat ad veritatem: ibat ad vitā? Ibat aūt ad ſeipſum/ p ſeipm̄. Et nos quo imus/ niſi ad ipſum? Ipſe g̃ ad ſeipſum/ p ſeipm̄: nos ad ipſum/ p ipſum: immo ābo ad patrem: ⁊ ipe ⁊ nos. *Joh. xvi.* Nam ⁊ de ſeipſo alibi dicit. Ad patrē vado. Et hoc loco propter nos: nemo inquit venit ad patrē/ niſi per me. Ac per hoc ⁊ ipſe per ſeipſum/ ⁊ ad ſeipſum ad patrem: ⁊ nos per ipſum: ⁊ ad ipſum ⁊ ad patrē. *Tex.* ¶ Si cognouiſſetis me inquit: ⁊ patrē meū vtiq3 cognouiſſetis. Hoc eſt qd ait. Nemo venit ad patrē/ niſi p me: deinde ſubiūgit. *Tex.* ¶ Et amodo cognoſcetis eū: et vidiſtis eum. Sed Philippus vnus ex apl̄is quid audierit nō intelligēs. *Tex.* ¶ Dn̄e inquit oſtende nobis prēm: ⁊ ſufficit nobis. Cui dn̄s. Tanto inquit tēpore vobiſcū ſum: ⁊ nō me cognouiſtis? Philippe q̄ videt me/ videt ⁊ patrem. Ecce increpat q2 tanto tēpore cū ipſis erat ⁊ nō cognoſcebatur. Nōne ipe dixerat: ⁊ quo ego vado ſcitis ⁊ viam ſcitis: ⁊ ſe neſcire dicēres/ hoc eos ſcire cōuicerat/ addendo atq3 dicendo. Ego ſum via veritas ⁊ vita? Quomodo nūc dicit: tāto tēpore vobiſcum ſum: ⁊ nō cognouiſtis me: cū profecto ⁊ quo iret ⁊ viam ſcirent/ nō ob aliud niſi q2 ipſum vtiq3 ſcirent? Sed facile iſta ſoluit

queſtio: ſi dicamus q2 eū aliqui eo2ū ſciebāt/ aliqui neſciebant: atq3 in his qui neſciebāt Philippus erat: et qd ait. Et quo ego vado ſcitis ⁊ viam ſcitis: illis dixiſſe intelligatur q̄ ſciebant: nō Philippo cui dictū eſt. Tāto tēpore vobiſcum ſum: ⁊ nō cognouiſtis me Philippe. His g̃ q̄ filiū iam nouerāt etiā illud de patre dictū eſt: ⁊ amodo cognoſcetis eū: ⁊ vidiſtis eū. Dictū eſt em̄ ppter oīmodam ſimilitudinem que illi cum patre eſt: ⁊ ideo amodo diceretur noſſe patrē: q2 nouerant ſimilem filiū. Ergo iam ſciebant filium: ⁊ ſi nō oēs/ certe q̄dam eo2 q̄bus dī. Et quo vado ſcitis/ ⁊ viam ſcitis. Ipſe em̄ eſt via/ ſed patrē neſciebant. Ideo audiūt. Si cognouiſſetis me/ ⁊ patrē meū cognouiſſetis: p me vtiq3 illū: ali⁹ em̄ ego ſum/ alius ille. S3 ne putarent diſſimilem: ⁊ amodo cognouiſſetis eū inq̄t: ⁊ vidiſtis eū. Uiderunt em̄ ſimillimū eius filiū: ſed admonendi fuerant talē etiā eſſe patrē equalis eſt filius quē videbāt. Et ad hoc valet qd poſtea dicit Philippo. Qui me videt/ videt ⁊ patrē: nō q2 ipſe ſit pater ⁊ fili⁹ (qd in Sabellianis qui vocant etiā patripaſſiani catholica fides damnat) ſed q2 tam ſimiles ſint pater ⁊ filius: vt qui vnū3 nouerit/ ambos nouerit. *Sabelliani ſunt patripaſſiani.* Solemus em̄ de ſimilibus duob⁹ ita loqui/ eis qui vnū illo2ū vident et qualis ſit alius volunt noſſe: vt dicamus. Uidiſtis illu3/ iſtum vidiſtis. Sic ergo dictum eſt. Qui videt me/ videt ⁊ patrē: nō q2 ipſe ſit pr̄ q̄ filius: ſed q2 ad patris ſimilitudinē in nullo prorſus diſcreperet filius. Ideo magiſter diſcipulū arguebat: qm̄ cor poſtulantis videbat: tāq̄ enim melior eſſet pater q̄ fili⁹/ ſic Philippus patrē noſſe cupiebat: ⁊ ideo nec filiū ſciebat/ quo melius aliquid eſſe credebat. Ad ſenſum hūc corrigendum dictū eſt. ¶ Qui videt me videt et patrē. Quomodo tu dicis: oſtende nobis patrē? Uideo quomodo tu dicas. *Tex.* Non alteru3 queris videre ſimilē ſed illū putas eſſe meliorē. ¶ Non credis q2 ego in patre: et pater in me eſt? *Tex.* Cur in ſimilibus diſtātiā cupis cernere? Cur inſeparabiles/ ſeparari deſideras noſſe? Deinde nō ad ſolu3 Philippum/ ſed et alios pluraliter loquitur. ¶ Uerba q̄ ego loquor vobis/ a meipſo non loquor: pater autem in me manens ipſe facit opa. *Tex.* Ergo et verba opera ſunt? Plane eſt ita. Nam profecto qui proximū loquēdo edificat/ bonum opus opat. Sed qd eſt/ a meipſo nō loquor/ niſi a memet ipſo nō ſum q̄ loquor: ei q̄ppe tribuit qui facit/ de quo eſt ipſe qui facit. Pater em̄ deus nō eſt de aliquo: filius autē deus eſt q̄dem patri equalis/ ſed de patre deo. Ideo ille deus/ ſ3 nō de deo: ⁊ lumē/ ſed nō de lumine: iſte vero de⁹ de deo/ lumen de lumine. Uerū ſit equalis alter alteri: vt tū alter ab altero: ideo nō loquit a ſemetipſo/ q2 non eſt a ſeipſo: iō pater in illo manens facit opa ipſa: q2 per quē et cum quo facit nō eſt niſi ab ipſo. Deinde adiungit ⁊ dicit. ¶ Non creditis/ q2 ego in patre ⁊ pater in me eſt? Alioqn *Tex.* propter opera ipſa credite. Antea ſolus Philippus arguebatur: nunc aūt non eū ibi ſolū fuiſſe qui eſſet arguēdus oſtēditur. Propter opera inquit ipſa credite: quia ego in patre ⁊ pater in me eſt. *Opera chriſti ſūt deitatis ſigna.* Neq3 em̄ ſi ſeparati eſſemus: inſeparabiliter operari vlla rōne poſſemus. Sed quid eſt qd ſequitur. ¶ Amen amē dico vobis: q̄ credit in me/ opera que ego facio ⁊ ipſe faciet: ⁊ maiora ho2ū faciet: quia ego ad patrē vado: ⁊ quodcūq3 petieritis in noīe meo hoc faciam. Ergo ⁊ illa maiora opera ſeipſum facturū eſſe pmiſit. Non ſe extollat ſeruus ſup dn̄m/ nec diſcipulus ſupra *Mat. x.* magiſtrū. Maiora q̄ ipſe fecit dixit eſſe facturos: ſ3 in eis vel per eos ſe faciēte: non ipſis tāq̄ ſemetipſis. Et quippe cantatur: Diligam te dn̄e fortitudo mea. *Ps. xvij.* Sed q̄ ſunt tandē iſta maiora? An forte q2 egros ipſis tranſeuntib⁹/ etiā3 eo2 vmbra ſanabat? Maius eſt em̄: vt ſanet vmbra q̄ ſimbria. Illud per ſe: hoc p ipſos: ſed vtrūq3 p ſe. Uerūtamen qn̄ iſta dicebat: verbo2ū ſuorum opera cōmendabat. Sic em̄ dixerat. ¶ Uerba que ego loquor vobis a meipſo nō *Tex.* loquor: pater autē in me manēs/ facit opa ipa. Que opera tunc dicebat/ niſi verba que loquebatur? Audiebant ⁊ credebant illi: et eorundem verbo2um fructus erat fides

Digitized by Google

illoꝝ. Verũtamen euãgelizantibus diſcipulis: nõ tã pau-
ci q̃ illi erant / ſed gẽtes etiã crediderũt. Hec ſunt ſine du-
bitatione maioꝛa. Nec tñ ait. Maioꝛa hoꝝ facietis: vt ſo-
los apoſtolos eos putaremus eẽ facturos: ſed qui credit
in me (inquit) opera que ego facio / ⁊ ipẽ faciet: ⁊ maioꝛa
hoꝝ faciet. Ita ne quicũq; credit in chꝛiſtũ / facit q̃ chꝛiſt⁹
vel maioꝛa q̃ chꝛiſt⁹? Si ḡ q̃ credit / faciet: nõ credit vtiq; q̃
nõ faciet: ſicuti eſt illud. Qui diligit me / mãdata mea cu-
ſtodit: vnde ꝑfecto q̃ nõ cuſtodit / nõ diligit. Quid eſt hoc
fratres? Nũquid inter credẽtes in chꝛiſtũ nõ eſt cõputan-
dus / q̃ nõ fecerit maioꝛa q̃ chꝛiſt⁹? Nudũ eſt: abſurduz eſt
ferri nõ poteſt: nõ toleratur niſi intelligat̃. Apoſtolum er-
Ro.iiij. go audiamus. Credẽti (inquit) in eum qui iuſtificat im-
pium / deputat̃ fides ei⁹ ad iuſtitiã. In hoc opere facim⁹
opa chꝛiſti: q: ⁊ ipm̃ credere in chꝛiſto / op⁹ eſt chꝛiſti. Hoc
operat̃ in nobis: nõ vtiq; ſine nobis. Audi ḡ iam ⁊ intelli-
ge. Qui credit in me / opera que ego facio et ipſe faciet.
Juſtifi- Pri⁹ ego facio / deinde ipſe faciet: q: facio vt faciat. Que
catio im- opera / niſi vt ex impio iuſtus fiat? Et maioꝛa hoꝝ faciet.
pij ẽ ma- Quoꝝ obſecro? Nunq̃d nõ operũ chꝛiſti maioꝛa faciet q̃
ximũ dei cum timoꝛe ⁊ tremoꝛe ſuã ipſius ſalutẽ operatur: qḋ vtiq;
opus. in illo ⁊ ſine illo chꝛiſt⁹ operatur? Pꝛoꝛſus maius hoc eſſe
dixerim q̃ eſt celũ ⁊ terra: ⁊ quecũq; cernũtur in celo ⁊ in
terra. Et celum eñ ⁊ terra tranſibit: pꝛedeſtinatoꝛũ autez
id eſt eoꝝ quos pꝛeſcit / ſalus et iuſtificatio ꝑmanebit. In
illis tantũ opera dei: in his autẽ eſt etiaz imago dei. Sed
in celo ſedens: dominationes / pꝛincipatus / poteſtates / ar-
changeli / angeli / opa ſunt chꝛiſti. Nũquid his operibus
maioꝛa faciet: q̃ operante in ſe chꝛiſto / cooperatur eternã
ſalutẽ ac iuſtificationẽ ſuam? Non hic audeo pꝛecipitare
ſententiã intelligat qui põt. Judicet q̃ poteſt: vtrũ maius
ſit iuſtos creare / q̃ impios iuſtificare. Certe eñ ſi equa-
lis vtrũq; potentie / hoc maioꝛis eſt miſericoꝛdie. Hoc eñ
magnũ pietatis ſacramentũ qḋ manifeſtatũ eſt in carne
iuſtificatum in ſpiritu: apparuit angelis: pꝛedicatũ eſt in
gentibus: creditũ eſt in mũdo: aſſumptũ eſt in gloꝛia. Re-
Tex. ſtat inquirere quõ accipiendũ ſit. ¶ Quodcũq; petieri-
tis patrẽ meuz in noĩe meo hoc faciã. Magnã ſpem dñs
ꝓmiſit ſuis oꝛantib⁹ dicẽs. Quia ego ad patrem vado et
quodcũq; petieritis patrẽ in nomine meo / hoc faciã. Sic
ergo perrexit ad patrẽ: vt non relinq̃ret indigentes / ſz ex-
audiret petentes. Sed quid eſt / quodcũq; petieritis: cuz
videamus plerũq; fideles eius petere / ⁊ nõ accipere? An
foꝛte ꝓpterea / q: male petũt? Qñ eñ nos delectãt mala ⁊
nõ delectãt bona rogare debem⁹ poti⁹ deũ vt delectẽt bo-
na q̃ vt cõcedãt̃ mala. Quõ ḡ itelligẽdũ eſt: quodcũq; pe-
tieritis hoc faciã: ſi deus aliqua petentibus fidelib⁹ etiaz
cõſulẽdo nõ facit? An foꝛte ſolis aplis dictũ debemus ac-
cipere? Abſit. Nũquid eñ in eũ ſoli apli crediderunt? Ad
Nomis eos itaq; loquebatur dicendo. Qui credit in me: in q̃bus
chꝛiſti vir- eo donante etiam nos ſumus: qui vtiq; nõ quodcũq; pe-
tus. tierimus / accipimus. Ipſos quoq; beatiſſimos ſi cogite-
mus aplos: inuenim⁹ eum qui plus oĩbus laboꝛauit (nõ
aũt ipſe / ſed gratia dei cum illo) ter dñm rogaſſe: vt ab eo
diſcederet angelus ſathane / nec tñ qḋ rogauerat accepiſ-
ſe. Euigila hõ fidelis: ⁊ vigilanter audi qḋ illic poſitũ eſt /
in noĩe meo. Ipẽ eñ: quodcũq; / nõ ait vtcũq; / ſed in noĩe
meo. Quis ꝓmiſit ḡ tam magnuz beneficiũ? Qui vocat̃
chꝛiſt⁹ Jeſus. Chꝛiſt⁹ ſignificat regẽ: Jeſus ſignificat ſal-
uatoꝛẽ. Nõ itaq; ſaluos nos faciet q̃cũq; rex / ſed rex ſalua-
toꝛ. Ac ꝑ hoc quodcũq; petim⁹ aduerſus vtilitatẽ ſalutis:
nõ petim⁹ in noĩe ſaluatoꝛis. Et tñ ipẽ ſaluatoꝛ eſt: non ſo-
lũ qñ facit qḋ petimus / verũetiam qñ nõ facit: qm̃ qḋ vi-
det peti cõtra ſalutẽ nõ faciendo potius ſe exhibet ſalua-
toꝛẽ. Quapꝛopter qñ volum⁹ vt faciat quodcũq; petim⁹
nõ vtcũq; / ſed in noĩe eius petamus: hoc eſt in noĩe ſalua-
toꝛis petamus. Nõ ḡ cõtra ſalutẽ noſtrã petamus. Qḋ ſi
fecerit: nõ vt ſaluatoꝛ facit: qḋ eſt nomẽ eius fidelib⁹ eius.
Eſt quippe impijs ⁊ dãnatoꝛ: q̃ dignat̃ fidelibus eſſe ſal-
uatoꝛ. Qui ḡ credit in eum: quodcũq; petierit in eo noĩe
qḋ eſt illis qui credunt in eũ / hoc facit: qm̃ hoc ſicut ſalua-
toꝛ facit. Si aũt q̃ in eũ credit / aliq̃d ꝑ ignoꝛantiã cõtra ſa-
lutem ſuã petit: nõ in noĩe ſaluatoꝛis petit / q: ſaluatoꝛ ei⁹
nõ erit: ſi (qḋ eius ſalutẽ impedit) fecerit. Unde tũc expe-
dit potius vt nõ faciat / ꝓpter qḋ inuocat̃. Pꝛopterea nõ
ſolum ſaluatoꝛ ſed etiã magiſter bon⁹ vt faciat quodcũq;
petierimus: in ipa oꝛatione quã nobis dedit / docuit quid
peram⁹: vt etiã ſic intelligam⁹ / nõ petere nos in noĩe ma-
giſtri / qḋ petim⁹ p̃ter regulã ipſius magiſterij. Sane q̃dã
q̃uis in noĩe eius petim⁹. i. ſm̃ ſaluatoꝛẽ et ſm̃ magiſtruz
petamus: non tunc qḋ petim⁹ facit / ſed tñ facit. Neq; eñ
quia ⁊ illud petimus vt veniat regnũ tuum / ꝓpterea nõ
facit qḋ petimus: q: nõ ſtatim cũ illo in eternitate regna-
mus. Differtur eñ qḋ petim⁹ / nõ negatur. Uerumtamẽ
oꝛantes tanq̃ ſeminantes / nõ deficiamus: tpe enim ꝓpꝛio
metemus. Et ſimul petam⁹ qñ bene petim⁹: vt nõ faciat
quod non bene petimus: quia ⁊ ad hoc pertinet quod in
eadem oꝛatione dominica dicimus. Ne nos inferas in tẽ-
tationem. Neq; enim parua eſt tentatio: ſi contra tuã ſit Mat. vj.
cauſam tua poſtulatio.

¶ Inuentionis ſctẽ crucis. Joã. III.

¶ In illo tempoꝛe: Erat homo ex phariſeis Ni-
codemus nomine: pꝛinceps iudeoꝛuz. Hic venit
ad Jeſum nocte ⁊ dicit ei. Rabbi: ſcimus quia a
deo veniſti magiſter. Et reliq̃. Homilia bti Aug.

Nicodem⁹ ex his erat
qui crediderant in nomine Jeſu: videntes ſi-
gna et pꝛodigia que faciebat. Superius enim Joã. ij.
euangeliſta hoc dixerat. Cum eſſet Jeſus Hieroſolymis
in paſca in die feſto: multi crediderunt in noĩe eius. Qua-
re crediderunt? Sequitur ⁊ dicit. Uidentes ſigna que fa-
ciebat. Et de Nicodemo quid dicit? ¶ Erat hõ ex phari- Tex.
ſeis Nicodemus nomine / pꝛinceps iudeoꝛum: hic venit
ad eum nocte ⁊ ait. Rabbi: ſcimus q: a deo veniſti magi-
ſter. Et iſte ergo crediderat in noĩe ei⁹. Et ipſe vñ credide-
rat? Sequitur ⁊ dicit. ¶ Nemo eñ poteſt hec ſigna face- Tex.
re q̃ tu facis / niſi fuerit de⁹ cum eo. Si ḡ iſte Nicodemus
de illis multis erat q̃ crediderant in nomine eius: iam in
iſto Nicodemo attendam⁹ quare ſe Jeſus non credebat
eis. ¶ Reſpondit Jeſus ⁊ dixit ei. Amen amen dico tibi: Tex.
niſi quis renat⁹ fuerit denuo: nõ poteſt videre regnũ dei.
Ipſis ḡ ſe credit Jeſus / q̃ nati fuerint denuo. Ecce illi cre- Catecu-
diderant in eum ⁊ Jeſus non ſe credebat eis. Tales ſunt mini de-
oẽs catecumini. Ipſi iã credunt in noĩe chꝛiſti: ſed Jeſus ſcribunt̃
non ſe credit eis. Intendat ⁊ intelligat charitas vr̃a. Si
dixerimus catecumino. Credis in chꝛiſtũ: rñdet credo / ⁊
ſignat ſe. Jam crucẽ chꝛiſti poꝛtat in fronte ⁊ nõ erubeſcit
de cruce dñi ſui. Ecce credidit i noĩe ei⁹. Interrogem⁹ eũ.
Manducas carnẽ filij hoĩs: ⁊ bibis ſanguinẽ filij hominis?
Neſcit q̃d dicim⁹: q: Jeſus non ſe credit ei. Cũ ḡ ex illo nu-
mero eſſet Nicodemus: venit ad Jeſum / ſed nocte venit.
Et foꝛte hoc ad rẽ pertinet. Ad dñm venit / ⁊ nocte venit:
ad lucẽ venit / ⁊ in tenebꝛis venit. Renati autez ex aqua ⁊
ſpiritu ſancto quid audiũt ab aplo? Fuiſtis eñ aliquãdo Eph. v.
tenebꝛe / nũc aũt lux in dño: ⁊ filij lucis ambulate. Et itez. j. Theſ. v.
Nos q̃ dei ſumus / ſobꝛij ſimus. Qui ergo renati ſunt / no-
ctis fuerunt / et diei ſunt: tenebꝛe fuerunt et lumen ſunt.
Jam credit ſe Jeſus illis: et non nocte veniunt ad Je-
ſum ſicut Nicodemus: nõ in tenebꝛis querunt diem. Ta-
les eñ iam pꝛofitentur eũ. Accedit ad illos Jeſus: facit in
illis ſalutem: q: ipſe dixit. Niſi quis mãducauerit carnem Joã. vj.
meã: ⁊ biberit ſanguinẽ meũ: nõ habebit vitam in ſe. Et
q̃ ſignũ crucis habẽt in frõte catecumini: iã de domo ma-
gna ſunt / ſed fiant ex ſeruis filij. Nõ eñ nihil ſunt: q: iã ad
domũ magnã ptinent. Quãdo aũt mãna mãducabat po-
pul⁹ Iſrael? Cum trãſiſſet mare rubꝛũ. Mare aũt rubꝛũ
q̃d ſignificet audi apoſtolum. Nolo eñ vos ignoꝛare fra- j. Coꝛ. x.

Digitized by Google

tres:qm̄ patres noſtri oēs ſub nube fuerunt:et oēs mare
tranſierūt:vt q̄d trāſierūt mare:quaſi cām q̄reres ab illo
ſecutus ait.Et oēs ꝑ Moyſen baptizati ſunt in nube ⁊ in
mari.Si ḡ figura maris tantū valuit:ſpēs baptiſmi quā-
tum valebit?Si qd̄ geſtū eſt in figura/traiectuꝫ ppl'm ad
māna ꝑduxit:q̄d exhibebit chriſt⁹ in ỽitate baptiſmi ſui/
traiecto ꝑ eum pplo ſuo?Per baptiſmū traijcit oēs credē
tes/occiſis omnibus peccatis/tāq̄ hoſtibus conſequēti-
bus ſicut in illo mari oēs Egyptij perierūt.Quo traijcit
fratres mei:quo traijcit ꝑ baptiſmū Jeſus:cuius figuraꝫ
tūc gerebat Moyſes:q̄ ꝑ mare traijciebat?Quo traijcie-
Joan. vi bat?Ad manna.Quid eſt māna?Ego ſum inq̄t panis vi-
uus/qui de celo deſcēdi.Manna accipiūt fideles/iā tra-
iecti ꝑ mare rubrū.Quare ꝑ rubrū mare?Jam mare:q̄re
rubrū?Significabat mare illud rubrū/baptiſmuꝫ chriſti.
Vn̄ rub⁹ baptiſm⁹ chriſti:niſi ſanguine chriſti cōſecratus.
Māna Quo ḡ ꝑducit credētes et baptizatos?Ad manna.Ecce
celeſte dico māna.Notū eſt quid acceperint iudei/populus ille
exponit. Jſrael:notū eſt quid eis pluiſſet de⁹ de celo:⁊ neſciunt ca
tecumini:q̄d accipiūt de menſa chriſti.Erubeſcāt ergo q:
neſciūt:tranſeāt per mare rubrū:māducēt manna:vt quō
crediderūt in noīe Jeſu:ſic ſe illis credat Jeſus.Jdeo in-
tendite fratres:q̄d reſpondeat iſte qui nocte venit ad Je
ſum.Quāuis ad Jeſum venerit:tn̄ q: nocte venit:adhuc
de tenebris carnis ſue loquit̄.Nō intelligit qd̄ audit a do
mino:nō intelligit qd̄ audit a luce:q̄ illuminat oēm hoīeꝫ
Joan.i. venientē in hunc mundū.Jam ei dn̄s dixit/niſi q̄s renat⁹
Tex. fuerit denuo/nō videbit regnū dei.¶ Dicit ad eum Nico
demus.Quomodo pōt homo naſci cū ſit ſenex?Spirit⁹
ei loquit̄:⁊ ille carnē ſapit.Carnē ſuam ſapit:q: carnē chri
ſti nondū ſapit.Cū em̄ dixiſſet dn̄s Jeſus:niſi quis mādu
cauerit carnē meā ⁊ biberit ſanguinē meū:nō habebit in
Joā. vi. ſe vitam.Scandalizati ſunt quidā qui eū ſequebant̄:⁊ di
xerunt ad ſemetipſos.Durus eſt hic ſermo:quis pōt eum
audire?Putabant em̄ hoc dicere Jeſum/q eū poſſent cō
ciſum ſicut agnū coq̄re/⁊ māducare.Abhorrentes a ver-
bis eius receſſerūt ⁊ ampli⁹ eum ſecuti nō ſunt.Sic euā-
geliſta loquitur.Et dn̄s ipſe remanſit cū.xij.Et illi ad eū
Joā.vi. Dn̄e/ecce illi dimiſerunt te.Et ille.Nunquid ⁊ vos vultis
abire?Oſtendere volens/q: ipſe illis erat neceſſarius:nō
illi chriſto erant neceſſarij:ne quis terreat chriſtū quādo
dicitur vt ſit chriſtianus:quaſi beatior erit chriſt⁹ ſi tu fue
ris chriſtianus.Bonum eſt tibi vt ſis chriſtian⁹.Naꝫ ſi nō
fueris/malū chriſto nō erit.Audi vocē Pſal.Dixi dn̄o de⁹
meus es tu:qm̄ bonorū meoꝝ non eges.Jdeo de⁹ meus
es tu:qm̄ non meoꝝ eges bonoꝝ.Si fueris ſine deo mi-
nor eris:ſi fueris cū deo/maior de⁹ non erit.Nō ex te ma-
ior ille/ſed tu ſine illo minor.Creſce ḡ in illo.Noli te ſub-
trahere:vt quaſi ille deficiat ſi receſſeris.Reficieris ſi ac-
ceſſeris:deficies ſi receſſeris.Jnteger manet te acceden-
te:integer manet te cadente.Cū ḡ dixiſſet diſcipulus.Nū
quid et vos vultis abire:reſpōdit Petrus petra illa voce
oīm.Dn̄e/ad quē ibimus?Verba vite eterne habes.Be-
ne ſapuit in ore ipſius caro dn̄i.Dn̄s aūt expoſuit eis/⁊ di
xit.Spūs eſt qui viuificat:caro nō ꝓdeſt quicq̄.Cum di-
xiſſet/niſi quis māducauerit carnē meā ⁊ biberit ſangui-
nem meū:nō habebit in ſe vitā:ne carnaliter intelligerēt:
ſpūs eſt inq̄t qui viuificat:caro aūt nihil ꝓdeſt.Verba q̄
locutus ſum vobis:ſpūs eſt ⁊ vita.Hunc ſpiritū ⁊ hāc vi-
tam nō ſapiebat iſte Nicodem⁹:qui nocte venerat ad Je
ſum.Ait ei Jeſus.Niſi quis renat⁹ fuerit denuo/nō vide-
bit regnū dei.Et ille carnē ſuā ſapiēs:in cuius ore nōdum
ſapiebat caro chriſti:quō inquit pōt hō naſci cū ſit ſenex?
Tex. ¶ Nunq̄d pōt in ventrē matris ſue iterū introire ⁊ naſci?
Nō nouerat iſte/niſi vnā natiuitatē ex Adā ⁊ Eua:ex deo
⁊ eccl'ia nondū nouerat.Non nouerat niſi eos parētes q̄
generant ad mortē:nōdum nouerat eos parētes q̄ gene-
rant ad vitā.Nō nouerat niſi eos parentes q̄ generāt ſuc
ceſſuros:nondū nouerat eos qui ſemꝑ viuētes generant
ꝑmanſuros.Cum ḡ ſint due natiuitates/ille vnam intelli
gebat.Vna eſt de terra/alia de celo.Vna ē de carne/alia
de ſpiritu.Vna eſt de mortalitate/alia de eternitate.Vna
eſt de maſculo ⁊ femina/alia de deo ⁊ eccleſia.Sꝫ ipē due
ſingule ſunt:nec illa pōt repeti nec iſta.Recte itellexit Ni
codem⁹ natiuitatē carnis.Sed ⁊ tu intelligito natiuita-
tem ſpūs:quō intellexit Nicodemus natiuitatem carnis?
Quid Nicodem⁹ intellexit?Nūquid poteſt hō denuo in
ventrē matris ſue intrare ⁊ naſci?Sic quicūq; dixerit tibi
vt ſpūaliter iterū naſcaris:rn̄de quod dixit Nicodemus.
Nūquid poteſt homo iterū in ventrē matris ſue intrare
⁊ naſci?Jā natus ſum de Adam:nō me poteſt iterum ge-
nerare Adam.Jā natus ſum de chriſto:non me pōt iterū
generare chriſtus?Quomodo vterus non pōt repeti:ſic Hereſis
nec baptiſm⁹.Qui naſcit̄ de eccl'ia catholica:tāq̄ de Sa- ilque ta-
ra naſcit̄/de libera naſcit̄.Qui naſcit̄ de hereſi tāq̄ de an- ratio.
cilla naſcit̄ ſꝫ ex ſemīe Abrae.Aduertat charitas veſtra
magnū ſacrm̄.Teſtatur deus ⁊ dicit.Ego ſum de⁹ Abraā
⁊ deus Jſaac/⁊ deus Jacob.Jn iſtis tribus inuenim⁹ pa Exo:iij.
rere liberas/parere ⁊ ancillas.Jnuenimus ibi ⁊ partus
ancillarum:inuenimus ibi et partus liberarum.Jntelli-
gimus aūt rem mirā in iſtis partub⁹.i.in iſtis fetibus:in
his generationib⁹ liberarum ⁊ ancillaꝝ:quatuor ſcꝫ gn̄a
hominū:in quib⁹ quatuor generib⁹ complet̄ figura toti⁹
populi futuri chriſtiani:vt non ſit mirū quod in iſtis trib⁹
dictū eſt:ego ſum de⁹ Abraā/⁊ deus Jſaac/⁊ deus Jacob
Jn oībus em̄ chriſtianis fratres intendite:aut per malos
naſcunt̄ boni:aut ꝑ bonos naſcunt̄ mali:aut per bonos
boni:aut ꝑ malos mali.Ampli⁹ iſtis quatuor generibus
nō poteſtis inuenire.Que iterū reperā/aduertite:retine
te:excutite corda vr̄a:nolite pigri eſſe.Capite/ne capiami
ni:quomodo quatuor ſunt genera oīm chriſtianoꝝ:aut ꝑ
bonos naſcunt̄ boni:aut ꝑ malos naſcunt̄ mali:aut ꝑ bo
nos mali:aut ꝑ malos boni.Puto q: planum eſt.Per bo
nos boni:ſi ⁊ q̄ baptizāt/boni ſunt:⁊ q̄ baptizantur/recte
credūt:⁊ in mēbris chriſti recte numerāt̄.Per malos ma- Quatu-
li:ſi ⁊ q̄ baptizāt/mali ſunt:⁊ q̄ baptizant̄/duplici corde ac or gene-
cedunt ad deū/⁊ nō tenētes mores quos audiūt in eccle- ra chriſti
ſia:vt non ibi ſint palee/ſed frumentū.Qui em̄ multi ſunt/ anoꝝ.
nouit charitas veſtra.Per malos boni/ſi aliq̄n baptizat
adulter:⁊ qui baptizat̄/iuſtificat̄.Per bonos mali:aliq̄n
qui baptizant/ſancti ſunt:⁊ q̄ baptizātur/tenere vias dn̄i
nolunt.Puto fratres notū eſſe in eccleſia:⁊ quotidianis
exemplis manifeſtari ea que dicimus.Sed in prioribus no
ſtris patrib⁹ ea cōſiderem⁹:q: habuerūt et illi iſta quatu-
or gn̄a.Per bonos boni Ananias Paulum baptizauit.
Quid ꝑ malos mali?Dicit apl's:quoſdā p̄dicatores euan Act.ix.
gelij quos dicit nō caſte annūtiare ſolere euāgeliū:quos
tolerat i ſocietate chriſtiana/⁊ dicit?Quid em̄?dū oī mo- Phil.i.
do ſiue ꝑ occaſionē ſiue ꝑ veritatē chriſt⁹ annūciet̄:et in
hoc gaudeo.Nūq̄d maliuol⁹ erat:⁊ de alieno malo gau-
debat?Sed q: ⁊ per malos veruꝫ p̄dicabatur:et ꝑ maloꝝ
ora chriſtus annuntiabat̄:ſi quos iſti ſui ſimiles baptiza
bāt:mali malos baptizabant.Si quos iſti baptizabāt de
qualibus dn̄s dicit.Que dicunt facite:que autēꝫ faciunt
facere nolite:mali bonos baptizant.Boni malos bapti- Mat.
zant:quō a Philippo ſctō Simon Mag⁹ baptizatus eſt xxiij.
Nota ergo iſta ſūt quatuor genera fratres mei.Ecce ite- Act.viij.
rum ea repeto.Tenete illa:numerate illa:aduertite illa.
Cauete que mala ſunt:tenete que bona ſunt.Per bonos
boni naſcunt̄/cuꝫ ꝑ ſanctos ſancti baptizant̄.Per malos
mali:cū ⁊ q̄ baptizant ⁊ q̄ baptizantur/inique ⁊ impie vi
uunt.Per malos boni/cū mali ſunt q̄ baptizant:⁊ boni q̄
baptizāt̄.Per bonos mali/cū boni ſunt q̄ baptizāt:⁊ ma-
li q̄ baptizant̄.Regeneratio ſpūalis vna eſt/ſicut gn̄atio
carnalis vna eſt.Et qd̄ Nicodem⁹ dn̄o ait/verū dixit:q: nō
pōt hō cū ſit ſenex redire rurſus in vterū matris ſue ⁊ na-
ſci.Jlle q̄dē dixit:q: hō cū ſit ſenex hoc non pōt:q̄ſi etſi in-
fans eſſet/poſſet.Omino em̄ non poteſt:ſiue recens abvte
ro/ſiue ānoſa iā etate/redire rurſus in materna viſcera/⁊
naſci.Sed ſicut ad natiuitatē carnalem valēt muliebria

Digitized by Google

viſcera ad ſemel pariendū:ſic ad natiuitatē ſpūalē valent
viſcera eccl'ie/vt ſemel quiſq₃ baptizet̄. Propterea ne q̄s for
te dicat:ſ₃ iſte in hereſi nat⁹ eſt:⁊ iſte in ſchiſmate nat⁹ eſt
amputata ſunt oīa ſi meminiſtis q̄ vobis diſputata ſunt
de trib⁹ prīibus nr̄is: quoꝝ deus dici voluit:nō q: ſoli erāt
Tex. ſed q: in ſolis expleta eſt integritas ſignificādi ppl̄i futu/
ri. Dicit dn̄s Nicodemo ⁊ exponit ei. ¶ Amē amē dico ti
bi/niſi q̄s renat⁹ fuerit ex aq ⁊ ſpūſctō: nō pōt introire in
regnū dei. Tu inq̄t carnalē generationē intelligis cu₃ di/
cis:nūquid pōt hō redire in viſcera matris ſue? Ex aqua ⁊
ſpūſctō opꝫ vt naſcat̄/ ppter regnū dei. Si ppter heredita
tem pr̄is hoīs tpalem naſcit̄/naſcat̄ ex viſceribus matris
Duplex carnalis: ppter hereditatē pr̄is dei ſempiternā/naſcat̄ ex
natiui/ viſcerib⁹ eccl'ie. Generat p vxorē pater filiū moritur⁹ ſuc/
tas de/ ceſſurū:generat de⁹ de eccl'ia filios nō ſucceſſuros/ſ₃ ſecū
claraſ. māſuros. Et ſequit̄. ¶ Qđ natū eſt de carne/caro eſt: et
quod natū eſt de ſpiritu ſpūs eſt. Spiritaliter ḡ naſcimur
⁊ in ſpiritu naſcimur verbo ⁊ ſacramento:adeſt ſpirit⁹ vt
Tex. naſcamur. Spirit⁹ inuiſibiliter adeſt vn̄ naſceris: q: et tu
inuiſibiliter naſceris. Sequit̄ em̄ et dicit. ¶ Nō mireris:
quia dixi tibi oportet vos naſci denuo. Spiritus vbi vult
ſpirat/⁊ vocē ei⁹ audis:ſed neſcis vn̄ veniat/aut q̄ vadat.
Nemo videt ſpiritū:⁊ quō audim⁹ vocē ſpūs? Sonat pſal
mus/vox eſt ſpūs:ſonat ppheta/vox eſt ſpūs:ſonat ſermo
diuin⁹/vox eſt ſpūs. Vocem ei⁹ audis:⁊ neſcis vn̄ veniat
⁊ quo vadat. S₃ ſi naſcaris ⁊ de ſpū:hoc eris vt ille:q̄ non
Tex. eſt natus adhuc de ſpiritu:neſciat de te vn̄ venias/⁊ quo
eas. Hoc em̄ ſecut⁹ ait. ¶ Sic eſt oīs qui natus eſt ex ſpū.
Rn̄dit Nicodemus/⁊ dixit ei. Quō poſſunt hec fieri? Et
reuera carnaliter itelligebat. In illo fiebat quod dixerat
Tex. dominus. Vocē ſpiritus audiebat:⁊ neſciebat vnde vene
rat:⁊ quo ibat. ¶ Rn̄dit Jeſus ⁊ dixit ei. Tu es magr̄ in
Iſrael ⁊ hec ignoras? O fratres/q̄d putamus dn̄m huic
magiſtro iudeoꝝ q̄ſi inſultare voluiſſe? Nouerat dn̄s q̄d
agebat volebat illū naſci ex ſpū. Nemo ex ſpū naſcit̄/niſi
humilis fuerit:q: ipſa hūilitas facit nos naſci de ſpū: q̄m
ppe eſt dn̄s obtritiſ corde. Ille magiſterio inflat⁹ erat:⁊ ali
cuius momēti ſibi eſſe videbat̄:q: doctor erat iudeorum.
Deponit ei ſupbiā/vt poſſet naſci de ſpiritu. Inſultat q̄ſi
indocto:non q: ſuperior videri vult dn̄s. Quid magnū/
deus ad hominē/veritas ad mendaciū? Maior chriſtus
quā Nicodem⁹ dici debet/dici pōt cogitandus eſt. Si di/
ceretur maior chriſt⁹ q̄ angeli/ridendū erat. Incompara
biliter em̄ maior creator oī creatura:p quem facta eſt oīs
creatura. Sed exagitat ſupbiam hoīs. Tu es magiſter in
Iſrael/⁊ hec ignoras? Tāq̄ dicēs/ecce nihil noſti princeps
Phi.ij. ſuperbe:naſcere ex ſpiritu. Si em̄ natus fueris ex ſpiritu/
vias dei tenebis/vt humilitatē chriſti ſequaris. Sic em̄
altus eſt ſup oēs angelos:qui cū in forma dei eſſet:nō ra/
pinā arbitrat⁹ eſt eſſe equalis deo:ſed ſemetipſum exina/
niuit formā ſerui accipiēs:in ſimilitudinē hoīs fact⁹:⁊ ha
Chriſti bitu inuentus vt hō:humiliauit ſemetipm̄/factus obedi/
pia con/ ens vſq₃ ad mortē. Et ne tibi mortis genus aliqđ placeat
deſcēſio. mortē aūt crucis. Pendebat ⁊ inſultabat̄ ei. De cruce de/
ſcendere poterat:ſed differebat/vt de ſepulcro reſurgeret
Pertulit ſupbos ſeruos dn̄s:medicus egrotos. Si hoc il
le:q̄d illi quos oportet naſci ex ſpiritu? Si hoc ille ver⁹ ma
giſter in celo:nō hoīm tantū/ſed ⁊ angeloꝝ? Si em̄ docti
Joan.j. ſunt angeli/v̄bo dei docti ſunt. Si v̄bo dei docti ſunt: q̄ri/
te vn̄ docti ſunt/⁊ inuenietis. In principio erat verbu₃:et
verbū erat apud deū/⁊ de⁹ erat verbū. Tollat̄ hoī ceruix
Mat.xj. ſed aſpera ⁊ dura:vt ſit leuis ceruix ad portandū iugū do
Tex. mini/de q̄ d̄. Iugu₃ meū leue eſt:⁊ ſarcina mea leuis. Et
ſequit̄. ¶ Si terrena dixi vobis ⁊ nō credidis:quō ſi dixe
ro vobis celeſtia credetiſ? Que terrena dixit fr̄es? Niſi q̄s
renat⁹ fuerit denuo:terrenū eſt. Spūs vbi vult ſpirat: et
vocē ei⁹ audis:⁊ neſcis vnde veniat/aut quo eat:terrenū
eſt. Si em̄ de iſto vento diceret/ſicut nōnulli intellexerūt
cū q̄reret̄ ab eis/q̄d terrenu₃ dixerit dn̄s cū ait:ſi terrena
dixi vobis ⁊ nō creditis:quō ſi celeſtia dixero credetiſ? Cū

ergo quereret̄ a q̄buſdā/q̄d terrenū dixerit dn̄s:anguſti/
as paſſi dixerūt. Quod ait:ſpūs vbi vult ſpirat ⁊ vocē ei⁹
audis ⁊ nō ſcis vnde veniat et quo eat: de vēto iſto dixit.
Quid em̄ nominauit terrenū? Loquebat̄ de generatiōe
ſpiritali/ſecutus ait. Sic ⁊ oīs qui nat⁹ eſt ex ſpiritu. Dein
de fratres:q̄s noſtrū non videat (verbi gratia) auſtrum
euntē a meridie ad aquilonē:aut aliū ventū venientē ab
oriente ad occidentē. Quomodo ḡ neſcim⁹/vnde veniat
⁊ quo eat? Quid ḡ dixit terrenū/quod nō credebant ho/
mines? An illud qđ de templo reſuſcitādo dixerat? Corp⁹
em̄ ſuum de terra acceperat:⁊ ipſa₃ terrā parabat ſuſcita
re:nō ei creditū eſt terrā ſuſcitaturo. Si terrena inq̄t dixi
vobis ⁊ nō creditis/quomodo ſi dixero vobis celeſtia cre
detis:hoc eſt/ſi nō creditis q: tēplū poſſum ſuſcitare deie
ctum a vobis:quomodo credetis/q: per ſpm̄ poſſint ho/
mines regenerari? Et ſequit̄. ¶ Nemo aſcēdit in celū/ni/ Tex.
ſi q̄ de celo deſcēdit/fili⁹ hoīs q̄ eſt in celo. Ecce hic erat:et
in celo erat. Hic erat carne/in celo erat diuinitate:immo
vbiq₃ diuinitate:nat⁹ de mr̄e/nō recedēs de pr̄e. Due nati Duplex
uitates chriſti intelligūt̄. Vna diuina altera hūana. Vna chriſti
p quā efficeremur/altera p quā reficeremur:ambe mira/ natiui/
biles. Illa ſine matre:iſta ſine pr̄e. Sed q: de Adā corpus tas.
acceperat/q: Maria de Adā:ipſumq₃ corp⁹ ſuſcitaturus
erat. Terrenū quiddā dixerat. Soluite tēplū h̄:⁊ in trib⁹ Joan. ij.
dieb⁹ ſuſcitabo illud. Celeſte aūt q̄ddā dixit:niſi q̄s rena/
tus fuerit ex aq̄ ⁊ ſpū:nō videbit regnū dei. Eya fr̄es. De⁹
voluit eſſe filius hoīs:homīes voluit eſſe filios dei. Ipſe
deſcēdit ppter nos:nos aſcēdamus ppter ipſum. Solus
em̄ deſcēdit ⁊ aſcēdit:q̄ hoc ait. Nemo aſcēdit in celū/niſi
q̄ de celo deſcendit. Non ḡ aſcenſuri ſunt in celū/quos fa/
cit filios dei? Aſcēſuri plane. Hec em̄ nobis promiſſio eſt.
Erūt equales angelis dei. Quō ḡ nemo aſcēdit/niſi qui Mat.
deſcēdit? Quia vnus deſcēdit/vnus aſcēdit. Quid de ce/ xxij.
teris intelligendū/niſi q: mēbra eius erūt/vt vnus aſcen/
dat? Propterea ſequit̄. ¶ Nemo aſcendit in celū/niſi qui Tex.
de celo deſcendit:filius hoīs q̄ eſt in celo. Mira res: q: et
hic erat ⁊ in celo:tales fecit diſcipulos ſuos. Paulū apl'm
audi dicentē. Noſtra aūt cōuerſatio in celis eſt. Si homo Phi. iij.
Paul⁹ apl's ambulabat carne in terra/⁊ cōuerſabat̄ in ce
lo:deus celi ⁊ terre nō poterat eſſe in celo ⁊ in terra? Si ḡ
nemo niſi ille deſcendit ⁊ aſcendit:q̄ ſpes erat ceteris? Ea
ſpes eſt ceteris:q: ille ppterea deſcendit ⁊ aſcendit: vt in
illo ⁊ cū illo vnū eſſent/q̄ p illū aſcenſuri eſſent. Non dicit: Gal. iij.
⁊ ſeminibus (ait apl's) quaſi in multis/ſed tāq̄ in vno:et
ſemini tuo q̄ eſt chriſt⁹. Et fidelib⁹ ait. Vos aūt chriſti. Si
aūt chriſti:ergo Abrae ſemen eſtis. Quod dixit vnū: hoc
dixit oēs nos eſſe. Ideo in pſalmis aliquādo plures can/
tant:vt oſtendatur quia de pluribus fit vnus:aliq̄n vnus
cantat: vt oſtendatur quid fiat de pluribus. Propterea
vnus ſanabatur in illa piſcina:⁊ quiſquis alius deſcende
bat/nō ſanabatur. Ergo iſte vnus cōmēdat vnitatē eccle
ſie. Ve illis qui oderūt vnitatē eccl'ie:⁊ partes ſibi faciūt
in hoībus. Audiāt illū:qui volebat eos facere vnū in vno Vnita/
Ad vnū audiant illū dicentē. Nolite vos facere multos. tis com/
Ego plantaui: Apollo rigauit: ſed de⁹ incremētū dedit. mēdatio
Sed neq₃ qui plantat eſt aliq̄d/neq₃ qui rigat:ſed q̄ incre
mentū dat de⁹. Illi dicebāt. Ego ſum Pauli/ego Apollo
ego vero Cephe. Et ille. Diuiſus eſt chriſt⁹? In vno eſto/
te/vnum eſtote:vnus eſtote. Nemo aſcendit in celū: niſi
qui de celo deſcendit. Ecce volum⁹ eſſe tui/dicebāt Pau
lo. Et ille. Nolo ſitis Pauli:ſ₃ eius eſtote cuius eſt vobiſ/
cum et Paulus. Deſcēdit em̄ ⁊ mortu⁹ eſt:⁊ ipſa morte li/
berauit nos a morte. Morte occiſus/mortem occidit. Et Sap. j.
noſtis fratres:quia mors illa per diaboli inuidiam intra/
uit in hunc mundum. Deus autem mortem non fecit ſcri
ptura loquitur:nec letatur in perditione viuoꝝ. Creauit
em̄ vt eſſent omnia. Sed q̄d ibi ait? Inuidia em̄ diaboli
mors intrauit in orbem terrarum. Ad mortem a diabolo Sap. ij.
ppinatā/nō veniret homo vi adductus. Non enim cogē
di potentiā diabolus habebat:ſed perſuadendi verſutiā.

Digitized by Google

Nisi cōsentires:nihil inuenerat diabolus. Cōsensio tua o homo te ꝑduxit ad mortē. A mortali mortales nati: et ex immortalib⁹ mortales facti. Ab Adā oēs hoies mortales Jesus aūt filius dei verbū dei:ꝑ qđ facta sunt oia:vnicus

Joan.i. equalis pri/mortalis fact⁹ est. Quia verbū caro factū est ꝛ habitauit in nobis. Si ꝭ mortē suscepit/ꝛ mortē suspendit in cruce:ꝛ de ipsa morte liberantur mortales. Qđ in figura factuꝫ est apud antiquos/cōmemorauit illud dn̄s.

Tex. ¶ Et sicut inquit Moyses exaltauit serpentē in eremo: ita exaltari oportet filiū hoīs:vt oīs q̄ credit in eū nō pereat:sed habeat vitā eternā. Magnū sacramentū:ꝛ qui legerūt nouerūt. Deinde audiūt vel qui nō legerūt:vel qui

Nūe.xxi. forte lectū vel auditū obliti sunt. Prosternebaꝫ in eremo populus Israel morsib⁹ serpentū:fiebat strages magna multarū mortiū. Plaga eīn dei erat corripientis ꝛ flagellantis/vt erudiret. Demonstratū est ibi magnū sacramētuꝫ rei future. Ipse dn̄s testatur in hac lectione: vt nemo posset aliud interptari:ꝙ ꝙ ipsa veritas de se indicat. Dictum est eīn ad Moysen a dn̄o:vt faceret eneū serpētem: ꝛ exaltaret in eremo in ligno:ꝛ admoneret ppl̄m Israel vt quisquis morsus esset a serpēte:illum serpentē exaltatum

Serpēt eneī significatio. in ligno attēderet. Factū est:mordebanꝫ homines:intuebantur:ꝛ sanabanꝫ. Quid sunt serpentes mordētes? Peccata de mortalitate carnis. Quis est serpens exaltatus? Mors dn̄i in cruce. Quia eīn a serpente mors:ꝑ serpētis effigiem figurata est mors. Mors serpentū legalis:mors dn̄i vitalis. Attenditur serpens / vt nihil valeat serpens. Quid est hoc? Attendiꝫ mors/vt nihil valeat mors. Sed cuius mors? Mors vite/si dici pōt mors vite:immo q: dici potest/mirabiliter diciꝫ. Sed nūquid non erit dicendū qđ fuit faciēdū? Ego dubitē dicere/qđ dn̄s ꝓ me dignat⁹ est facere? Nonne vita christus? Et tamen in cruce christus Nonne vita christus? Et tamen mortuus est christ⁹. Sed ꝛ morte christi/mors mortua est:quia vita mortua occidit morteꝫ. Plenitudo vite deglutiuit mortem. Absorpta est mors in christi corpe. Sic ꝛ nos dicem⁹ in resurrectiōe:q̄n

i.Co.xv. iā triūphātes cātabimus. Ubi mors est cōtentio tua:vbi est mors aculeus tuus? Interim modo fratres vt a peccato sanemur:christū crucifixū intueamur. Qr sicut Moyses inq̄t exaltauit serpentē in eremo:sic exaltari opꝫ filiuꝫ hoīs:vt oīs qui credit in eū nō pereat / sed habeat vitam eternā. Quō qui intuebanꝫ illū serpentem nō peribent morsib⁹ serpentū:sic q̄ intuenꝫ fide mortē christi/sanātur a morsib⁹ pctōꝝ. Sed illi sanabanꝫ a morte ad vitā tpalē h̄ aūt ait:vt habeāt vitā eternā. Hoc eīn interest:iter figuratā imaginē/ꝛ rē ipsam. Figura pstabat vitā temporalē: res ipsa cui⁹ illa figura erat/prestat eternam. Tu aūt dn̄e.

¶ De eodem festo. Matthei.XIX.

¶ In illo tempore: Accesserunt ad Jesum pharisei tentātes eū ꝛ dicētes. Si licet homini dimittere vxorem suam quacūqꝫ ex causa. Et reliqua.

Homilia beati Joannis Chrysostomi.

Iustus dn̄s omnium: qui sic diligit alios/vt alios nō cōtemnat. Nam sicut oēs illi debent gloriam quasi dn̄o: sic ille debet omnibus misericordiā quasi seruis. Nam si semper eum vnus teneat locus:iā non est possessor oīm hominū sed possessor aliquoꝝ. Reliq̄t Judeā:et venit in fines Judee/scꝫ Galileā patriā suam:de qua fuerat natus. Quasi sol altius ascendens:reliquit orientē/et venit in Judeā quasi ad occasum:vbi fuerat obiturus:in pace passionis occūbens:iterum nobis aliū diem nouiorem sue resurre/

ii.Co.v. ctionis ostendere volēs/vt dicamus cū apostolo. Uetera transierunt:ecce facta sunt oia noua. Et secute sunt eum turbe multe:q̄si testimonia salutaris doctrine eius:quasi oues pastorem in manu ipsius genite ꝛ nutrite. Producebant eū quasi paruuli filij patrē peregre/longeqꝫ pficiscētem. Et qđ pater pficiscēs? Bona pignora charitatis eis reliquit pro exilibus remedia sanitatū. Et sanauit eos ibi. Apparet q: parati erant populi sequi eū etiā in fines Judee. Sꝫ ne quis existimet iudeoꝝ: sicut erāt detractores ꝙ ad cōmendationē opinionis:ꝛ ad testimonia virtutuꝫ suarū/iactantie causa trahat secū multitudinē infirmorū ideo sanauit eos ꝛ dimisit:maxime cū sufficerēt/ꝛ ipsi ad gloriā ꝛ hoībus ad salutem:testimonia in suo loco nascētia. ¶ Et accesserūt ad eum pharisei tentantes eū ꝛ dixe/ Tex.

runt. Si licet homini vxorem suā quacūqꝫ ex causa dimittere. Uiro casto q̄liscūqꝫ vxor bona videꝫ:q: pfecta charitas vitia nō sentit. Qui diligit vxorē/de soluēdo matrimonio legis ꝑcepta necessaria nō habet:vbi autē de matrimonio soluendo lex requiriꝫ:illic iam odiū demonstraꝫ. Ubi odium inuenitur:illic iam fornicatio esse cognosciꝫ. Queadmodū si videas hominē assidue amicitias medi/ Morale exemplū

coꝝ colentem:ex ipsa re statim intelligis/q: infirmus est: sic ꝛ cum videris siue virū siue mulierem de dimittendis vxoribus aut viris/legem interrogantes:cognosce q: vir iste lasciu⁹ est:ꝛ mulier illa meretrix est. Sic ꝛ iudei hoīes fornicari ꝛ cōtaminati:q̄ habentes vxores/habere nō videbanꝫ:q: vxor illis nō erat q̄si iocūda possessio castitatis sed quasi desertū exilium libidinis illic relegate. Nam in matrimonio mox castitas delectat:libido autē quasi vinculo cōiugij colligata torqueꝫ. Et nō fit nouū qđ dicim⁹: q: castitas in matrimonio delectat. Nam prim⁹ gradus est castitatis syncera virginitas:secūdus aūt fidele cōiugium. Ergo species secunda virginitatis/est matrimonij casta dilectio. Adierūt ergo Jesum tentātes:vt viderēt si volūtatis eoꝝ amicus esset/an castitatis patronus:vt siquidē diceret q: licet dimittere/laudarēt eū:si aūt nō/cōtradicerēt ei:ꝛ hoc est ꝑprie tentare. Qui aūt vera interrogat:qcqđ audierit cōquiescit. ¶ Si licet homini dimit Tex.

tere vxorem suā quacūqꝫ ex causa? O effrenata lasciuia. Sciebant nāqꝫ q: nullā causam idoneā habebāt circa dimittendas vxores suas:ꝑpter solam turpitudinem alias atqꝫ alias sibi cōiungebant. Ideo timuerūt interrogare ex q̄bus causis:ne seipsos infra angustias certarū causarum cōstringerent:sed interrogauerūt si ex causis omnibus liceret:scientes q: modum nescit libido:sed quāto exercetur/tanto magis accenditur:nō leuiter nec infra terminos vnius coniugij se capit libido. ¶ Ille rn̄dens ait eis. Tex.

Nō legistis: q: q̄ fecit hoiem ab initio/masculū ꝛ feminā fecit eos? Dicēs nō legistis.i.legistis quidē/sed noluistis facere quod legistis: cōsciētiam illoꝝ ad testimoniū prouocat:vt ostendat eis quoniā ideo interrogant/ne firmiter discant qđ dubitant:sed vt excusabiliter faciant quod inexcusabiliter peccāt. Masculū ꝛ feminā:nō masculū et multas feminas / vt vni masculo liceat multas feminas possidere:neqꝫ masculos ꝛ feminam/vt vni femine liceat multos viros excipere:sed masculum ꝛ feminā/vt vna femina nullum masculū putat esse in seculo nisi vnū:ꝛ vn⁹ masculus nullam putat feminam esse in seculo ꝑter vnā. Non enim duas aut tres costas dn̄s tulit de latere viri:et duas aut tres fecit mulieres. Cū ꝭ secūda aut tertia vxor

steterit ante faciē tuam:sicut tūc Eua ante Adā/quomo Institutiōis humane sacramētū

do illi dicet: hoc nūc os de ossibus meis? Nā si vera costa est illa mulier: tamen nō tua. Si ergo nō illi dixeris/non illam cōfirmes esse tuā:si autē dixeris/mentiris. Si ergo ad hoc deus masculum ꝛ feminam ex vno creauit vt sint in vnum:quare ergo ꝛ de cetero vir ꝛ mulier non ex vno vtero nascūtur sicut volatilia quedam? Quia de⁹ masculum quidā ꝛ feminā creauit ꝑpter necessitateꝫ filioꝝ generandoꝝ:tamen semꝑ castitatis fuit amator ꝛ cōtinētie auctor. Ideo illum typum nō seruauit in oībus:vt siquidem vult homo nubere fm̄ primā dispositionem creationis humane:intelligat quid est vir ꝛ vxor. Si autē noluerit nubere:nō habeat necessitatem nubendi ꝑpter cōiunctionem natiuitatis:ne forte videaꝫ per suam continētiā alteram perdere que volebat esse in cōtinētia:quomō di/

Digitized by Google

cimus poſt cõiuncto matrimonio: ne alter altero nolẽte
Tex. ſeparet. ¶ Propter hoc relinquet hõ patrẽ ⁊ matrẽ ſuã.
Propter quid? Quia ex viro eſt vxor: ⁊ ex vna carne ſunt
ambo. Ergo nũc maior charitas dʒ eſſe inter fratres ⁊ ſo
rores: q: iſti quidẽ ex eiſdem parentibus exeũt: iſti aũt ex
diuerſis. Sed hoc magnũ eſt nimis: q: fortior eſt dei cõſti
tutio ꝙ virtus nature. Nõ em̃ pcepta dei nature ſunt ſub
iecta: ſʒ natura pceptis obtemperat. Deinde fratres licet
ex vno naſcãtur: tñ ideo naſcũtur, vt diuerſas vias perant
Uir aũt ⁊ vxor: licet ex diuerſis: tñ ideo naſcũtur, vt i vnũ
cõueniant. Ergo hi q̃uis nõ ex vno ad hoc creati ſunt, vt
ſint vnũ. Uides ergo: q: non ſeipſum ſequit ordo nature,
ſed ordinationẽ dei. Ex reipſo conſidera. Quod em̃ eſt in
Amor cõ herbis aut in arboribus humor: hoc eſt in hoibus amor.
paratur Sicut herbe ex humore naſcũt ⁊ creſcũt: ſic hoies p amo
humori. rem incipiũt ⁊ augent. Humor quidẽ de radicibus aſcen
dit in herbam: de herba aũt nõ reuertitur ad radices, ſed
ſurſum trãſmittit in ſemẽ: ſic ⁊ charitas de parentibꝰ aſcẽ
dit ad filios: de filijs aũt non reuertit ad parentes. Ideo
parentes quidẽ filios diligunt, ſed nõ diligunt a filijs: q:
ſicut herba nõ deorſum, ſed ſurſum ad ſemẽ trãſmittit hu
morẽ: ſic ⁊ hõ nõ ad parentes, ſed ad procreandos filios
Tex. tranſmittit affectũ. ¶ Et erũt duo in carne vna. Sicut q̃
ſpũaliter ſe diligunt, multoꝝ aie quaſi vna aia dicunt eſſe
dicente ſcriptura. Oim credentiũ erat corvnũ ⁊ aia vna:
Actu. iiij. ſic vir ⁊ vxor: q: carnalr ſe diligũt, vna caro dicunt. ¶ Di
Tex. cũt illi. Quid ḡ Moyſes pcepit dare libellũ repudij? Diſ
plicet peccãtibus doctrina iuſtitie: grauis eſt fornicarijs
interpretatio caſtitatis. Sed cõtra rõnẽ qd̃ eſt responde
re nõ poſſunt: veritati tñ credere nõ acquieſcũt. Quid ḡ?
cõferũt ſe ad patrociniũ viri ſctiſſimi Moyſi cuiꝰ pſonã ve
rebãtur oẽs ⁊ timebãt. Ut doctrinã chriſti quã rõne vince
re nõ poterãt, p auctoritatẽ lepidioris pſone deſtruerent:
vt dũ Moyſes irrephenſibilis repchendi timetur, veri
tatis interptatio taceatur: ſicut ſolẽt hoies facere, malã
cauſam habentes. Confugiũt ad potentes viros: vt etſi
iuſtitia nõ põt, vincat pſona. Tamꝙ ſi ita inuidioſe reſpõ
deat. Quid ḡ Moyſes precepit in lege: q fuit q̃ſi viſibilis
lingua inuiſibilis dei: q incorruptibilẽ gl̃iam corruptibi
libus oculis vidit: ⁊ teſtimoniũ deitatis i vultu ſuſcipiẽs
portauit ad ppl̃m? Tu aũt hõ viliſſimus, fabri lignarij fi
lius: quõ deſtrues q̃ ille cõſtituit? Si filius dei es: ſicut di
cis: quare cõfundis miniſtrũ tuũ? Si hõ es ſimilis noſtri:
quõ reprehendis tuũ auctorẽ? Si malũ eſt, quare pcepit?
Tex. Si bonũ eſt, quare deſtruit? ¶ Tũc ait Jeſus. Moyſes
ppter duritiam cordis veſtri pmiſit vobis dimittere vxo
res veſtras. Frequẽter vobis Moyſes ppter duritiam ve
ſtram iniuſtitiã quaſi iuſtitiã precepit in eremo deo hoſti
as offerre. Et quõ dicit p pphetã? Non accipiã de domo
tua vitulos: neqꝫ de gregibus tuis hircos. Sed q: patres
veſtri egreſſi erant de Egypto corpore tñ, nõ aio: nã totã
Egyptũ ſecũ in moribꝰ baiulabãt. Uidit itaqꝫ eos Moy
ſes ppter delectationem carnalẽ circa ſtudia ſacrificiorũ
eſſe inclinatos: ſi mandaſſet eis recedere a ſacrificijs, nõ
fuerat audiendus: q: annoſa paſſio medicamẽto momẽ
Duritia taneo nõ curatur. Juſſit eos ſacrificare quidẽ: ſed nõ iam
iudeorũ demonibus ſicut in Egypto, ſʒ deo viuo. Dimidiũ mali p
notatur. miſit, ne totũ pderet bonum. Hac rõne pmiſit vos dare li
bellum repudij: q: melius iudicauit pmittẽre lege matri
monia ſolui ꝙ odio cõpellente homicidiũ fieri. Permiſit
vobis mala facere, ne faceretis peiora. Ergo vobis h̃ p
mittendo, non vobis dei iuſtitiã demonſtrauit, ſed a pec
cato abſtulit culpam peccãdi: vt quaſi ſm legẽ agentibꝰ,
vobis pctm̃ veſtrũ nõ videat eẽ pctm̃: vtpote ſicut habẽs
ſeruum q furatur ⁊ inebriat ſe: cõſiderãs dñs: q: ſi vtrũqꝫ
ſimul mãdauerit obſeruare nihil pficit mandat illi vt bi
bat qdẽ quãtũ vult, ſed publice bibat: vt hoc idẽ qd̃ bibat
ſit ſm modum bonũ: vt paulatim diſcat obedire pceptis
Sic pmiſſum eſt ⁊ repudiũ: malũ quidẽ, ſed licitũ. Hac ra
tione ⁊ apoſtoli preceperunt ſecũdas adire nuptias pro

pter incontinentiam hominuʒ. Nam ſecundam quidem
accipere, ſm preceptũ apoſtoli eſt: ſm veritatis autem ra
tionem vere fornicatio eſt. Si ſecundũ pmittente deo pu
blice ⁊ licẽter cõmittitur, ſi honeſta fornicatio. Propter
ea bene dixit: q: Moyſes hoc permiſit, nõ pcepit. Aliud
eſt enim precipere: aliud pmittere. Quod em̃ precipimꝰ
ſp erit: qd̃ autẽ permittimus, nolẽtes pmittimꝰ: q: malas
hominũ voluntates ad plenũ prohibere non poſſumus.
¶ Amen amen dico vobis: quicũqꝫ dimiſerit vxorem ſuã Tex.
excepta cauſa fornicatiõis, mechatur. His res per quas
cauſas naſcitur, p ipſas abſoluit. Matrimoniũ em̃ nõ fa
cit coitus ſed voluntas: ⁊ ideo non illud ſoluit ſeparatio
corporis: ſed ſeparatio voluntatis. Ideo qui dimittit con
iugem ſuam ⁊ aliam nõ accipit, adhuc maritus eſt. Nam
corpore iam ſeparatus eſt: tamẽ adhuc voluntate cõiun
ctus eſt. Cũ ḡ alterã acceperit: tunc plene dimittit. Nõ ḡ
qui dimittit mechat, ſed q alterã ducit. Sicut autẽ crude
lis eſt et iniquus q caſtã dimittit: ſic fatuus eſt ⁊ iniuſtus
qui retinet meretricẽ. Nam patronus turpitudinis eius
eſt, qui crimen celat vxoris. Imitatores ergo debemꝰ eſſe Libellꝰ
dei: vt ſicut ille agit cum eccleſia: ſic nos agamus cum cõ repudij
iuge. Ille em̃ nunꝙ delinquit populum, niſi ad gentili diſcutit.
tatem vel ad hereſim voluntate tranſierit. Alĩs autẽ pec
cantem caſtigat quidem: tamen miſereri nõ ceſſat, dicẽte
ppheta. Si dereliquerint filij eius legeʒ meam: viſitabo
in virga iniquitatis eoꝝ: miſericordiã autem meã non di
ſpergam ab eis. Sic ⁊ vir meretricem quidẽ dimittat: alĩs
autem male moratã caſtiget ⁊ teneat. Quomodo? Tribꝰ
modis. Primũ docendo ſm deum. Si autem timoreʒ dei
nõ ſentit: improperãdo vt vel homines erubeſcat. Si nec
pudorem ſentit frequenter confuſa: faciat illi quod prece
pit Salomon: duram baculo percute. Ergo primũ admo
ne: quia multum proficit doctrina iuſtitie. Deinde cõfun
de: quia frequenter ⁊ pudor frenum eſt vitiorum. Tertio
iuſtum eſt vt caſtigetur: quaſi ancilla que erubeſcere ne
ſcit vt libera. Moraliter. De Galilea turbe in myſterium
gentium ſecute ſunt dominum in fines Judee, ibiqꝫ cu
rate ſunt. Juſteqꝫ in fines tranſierunt Judee: nec em̃ po
tuiſſent curari, niſi relictis finibus ſuis, in fines trãſiſſent
Judee: ſicut ſcriptũ eſt in Eſaia ppha. Et veniẽt oẽs gen
tes et dicent: venite aſcẽdamus ad montẽ dñi: ⁊ in domũ Eſaie. ij.
dei Jacob: ⁊ annũtiabit nobis viã ſuã: et ambulabimꝰ in
ea. Et curate ſunt gẽtes in finibus iudeoꝝ, ad cõfuſionẽ
ipſoꝝ: q: gentes qdẽ ⁊ in aliena ſecute ſunt chriſtũ. Judei
aũt in ſuis finibus conſtitutũ cõtẽpſerunt ⁊ repulerunt: ⁊
in fornicationibus ſuis corporalibus, fornicationẽ ſuã cõ
feſſi ſunt ſpũalem, dicentes. Si licet viro dimittere vxorẽ
ſuã quacũqꝫ de cauſa: q: nõ animo põt eſſe caſtus, qui cor
pore eſt laſciuus. Hoc eſt: nõ poteſt deo eſſe fidelis: q vxo
ri ſue pfidus eſt. Sicut nec ex diuerſo cõſcientiã ſeruat: q
deo fidẽ nõ ſeruat. Sed altera alteriꝰ fornicationis eſt ac
cuſatrix. Nam ⁊ ſi interim non puaricatur laſciuus: tñ iã
in eo ſtatutus eſt vt puaricaret, ſi corruptio pſuaſiõis ac
ceſſerit. Et illi quidẽ ſm carnem interrogabant: que pati
merebant ſm ſpiritum: ſi licet dimittere vxorem quacũqꝫ
ex cauſa. Chriſtus aũt eis reſpõdit quod facere eos dece
bat dicẽs. ¶ Quicũqꝫ dimiſerit vxorẽ ſuã: niſi ob cãm for
nicatiõis ⁊ aliaʒ duxerit, mechatur. Sicut em̃ vxorẽ quo Tex.
cũqꝫ modo contra voluntatem viri agentem dignũ eſt re
pellere: nõ autem iuſtum eſt quãtum ad grauitatem viri
niſi ob cauſam fornicatiõis: ſic et eccleſia quocũqꝫ modo
cõtra volũtatẽ egerit chriſti abijci digna eſt. Nõ aũt abij Allego
citur ppter lõganimitatẽ chriſti, niſi ſola cã trãſgreſſiõis. ria elicit
Sicut em̃ chriſtꝰ ſi dimiſiſſet priꝰ eccleſiã iudeoꝝ, non eis
ſubminiſtrans per ſcripturas notitiã diuinitatis ſue: ipſe
feciſſet eam adulterari cũ dijs extraneis: quoniã natura
rationabilis ⁊ ſubdita deo ⁊ a deo creata, ſine deo nõ põt
eſſe: ſic chriſto conſcientiã ſue diuinitatis ſubminiſtrãte:
quoniã ſynagoga tranſibat ad idola, inexcuſabilis adul
tera eſt reperta. Propter qd̃ repulit eã chriſtꝰ: nõ repulit
eam

eam quacūq; ex cauſa:ſed ꝓpter fornicatiōis ipſius cau/
ſam:q2 nō ſolum relicto chriſto diabolo ſe coniunxit: ſed
etiā interfecit/pro quo mori debuerat. Ab initio eñ de⁹
genuit chriſtū:deinde creauit hoiem rationabilē naturā
angelorū et animarū:q̄ſi cōiugē potentē ſuſcipere verbuʒ
Tex. ipſi⁹. Ideo clamat. ❡ Qđ deus cōiūxit/hō non ſeparet.
Et multis quidē modis hō ſeparat/qđ de⁹ cōiūxit. Oñ
eñ qs aut dicit aut facit aliqd ꝑ qđ ſcādalizati hoies rece
dūt a chriſto hō ſeparat qđ deus coiūxit. Sʒ etſi null⁹ al/
ter hoc faciat ipe aūt ſe hō peccās a deo ꝑcidat/repellēs
ſpm̄ eius a ſe:hō videt̄ ſeparaſſe qđ deus cōiūxit. Dicūt ei
Tex. diſcipuli. ❡ Si ita cauſa eſt viro cū vxore:nō expedit nu/
bere. Audientes et apl̄i cogitabant apud ſe:mulier bona
Eccl̄s.vij difficile inuenit̄/proteſtāte Salomone. In mille quideʒ
vnū virū inueni:mulierē aūt in his oib⁹ nō inueni. Quid
eſt aūt aliud mulier niſi amicitie inimica: ineffugabilis
Encomiū mulierū inſigne. pena/neceſſariū malū/naturalis tentatio/deſiderabilis
calamitas/domeſticū periculū/delectabile detrimentū/
mali naturali/boni decore depicta: Ergo ſi dimittere illā
peccatum eſt:tenere vero illā tormentum eſt: neceſſe eſt
vt aut dimittētes adulteriū faciamus: aut tenētes quo/
tidianas pugnas et amaritudines habeam⁹. Ideo reſpō
derunt. Si ita cauſa eſt viro cum vxore/nō expedit nube
re. Tunc dñs nō dixit:q2 expedit:ſed magis cōſenſit/quia
Tex. non expedit:ſed infirmitatē carnis aſpiciens dixit. ❡ Nō
omnes capiunt verbū iſtud ſed quibus datū eſt. Nō dixit
non omnes poſſunt/ſed nō omnes capiūt:ideſt oēs cape
re poſſunt/non tñ capere volunt. Palma propoſita eſt.
Qui cōcupiſcit gloriā/nō cogitat de labore. Nemo vince
ret/ſi omnes periculū pugne timerēt. Ex eo ꝙ quidā nō
poſſunt/et a propoſito cōtinētie cadūt: nō debemus cir/
ca virtutē caſtitatis fieri pigriores. Si eñ qdā in pugna
cadentes nō examinant ceteros:ſed dicūt illis/ſi datum
fuiſſet:rem non applicant pugne/ſed homini: quāto ma
gis nos cadētes negligentie imputare debemus/nō diffi
cultati virginitatis. Qđ aūt dicit:qbus datū eſt:nō hoc
ſignificat:qm̄ quibuſdā dat̄/quibuſdā non dat̄:ſed illud
oſtendit:q2 niſi auxiliū gratie acceperim⁹/nihil ex nobis
valeamus. Quoniā autē volētibus gratia non denegat̄
Matt.vij. in euāgelio dñs dicit. Petite et dabit̄ vobis:querite et in/
uenietis:pulſate et aperiet̄ vobis. Oīs enim q petit acci
pit et qui querit/inuenit:et pulſanti aperietur. Debet au
tem volūtas precedere:et ſic ſequitur gratia. Nā neq; gra
tia ſine voluntate aliqd operat̄:nec volūtas qd ſine gra
tia poteſt. Nam et terra non germinat/ niſi pluuiam ſuſ/
ceperit:nec pluuia fructificat ſine terra. Tu autem.

❡ De ſanctis infra paſca et pente coſtes. Joannis.XV.

❡ In illo tempore. Dixit Jeſus diſcipulis ſuis.
Ego ſum vitis vera: et pater meus agricola eſt.
Omnem palmitem in me non ferētem fructum
tollet eum. Et reliqua. Homilia beati Augu.

Iſte locus euangeli/
cus fratres:vbi ſe dñs noiat vitē/et diſcipulos
ſuos palmites:ſm hoc dicit/ꝙ eſt caput eccl̄ie
noſq; mēbra eius/mediator dei et hoim hō chriſt⁹ Jeſus.
Unius qppe nature ſunt/vitis et palmites. Propter qđ
cum eſſet deus/cuius nature nō ſum⁹/factus eſt homo:
vt in illo eſſet vitis humane nature: cuius et nos hoies
palmites eſſe poſſem⁹. Quid eſt ergo:ego ſum vitis ve/
ra: Nūquid vt adderet vera/hoc ad eam retulit/vñ iſta
ſimilitudo tracta eſt: Sic eñ dicitur vitis per ſimilitudi/
nem/non per proprietatem:quēadmodum dicitur ouis/
agnus/leo/petra/lapis angularis et cetera huiuſmodi:q̄
magis ipſa ſunt vera/ex quibus ducuntur iſte ſimilitu/
dines/non proprietates. Sed cum dicit/ego ſum vitis ve
ra:ab illa vtiq; ſe diſcernit cui dicitur. Quō cōuerſa es in
amaritudinē vitis aliene: Nā quo pacto eſt vitis vera:q̄ Hier.ij.
expectata eſt vt faceret vuā fecit aūt ſpinas: ❡ Ego ſum Tex.
inquit vitis vera:et pater me⁹ agricola eſt. Oēm palmi/
tē in me nō ferentē fructum/tollet eū:et oēm q fert fructū
purgabit eū/vt fructū plus afferat. Nunquid vnum ſunt Jo.xiiij.
agricola et vitis: Scđm hoc ergo chriſtus vitis/ſcđm qđ
ait:pr̄ maior me eſt. Scđm id aūt qđ ait/ego et pater vnū Joan.x.
ſumus:et ipſe agricola eſt. Nec tales quales ſunt/qui ex/
trinſecus operādo exhibēt miniſteriū ſed talis vt det etiā
intrinſec⁹ incrementū. Nā neq; qui plātat eſt aliqd:neq; j.Co.iij.
qui rigat:ſed q incrementū dat deus. Sed vtiq; deus eſt
chriſtus:quia deus erat verbū. Unde ipſe et pater vnum
ſunt. Et ſi verbū caro factū eſt qđ nō erat/manet qđ erat.
Deniq; cū de patre tāq̄ de agricola dixiſſet/ꝙ infructuo
ſos palmites tollat:fructuoſos aūt purget/vt fructū pl⁹
afferāt:cōtinuo etiā ſeipſum mūdatorē palmitū oñdēs.
❡ Jam vos inquit mūdi eſtis:ꝓpter ſermonē quē locu/ Tex.
tus ſum vobis. Ecce et ipſe mundator eſt palmitū:qđ eſt
agricole/nō vitis officiū:qui etiam palmites operarios
ſuos facit. Nā etſi nō dant incrementū: impendūt tamē
aliquod adiumentū. Sed non de ſuo. Quia ſine me inqt
nihil poteſtis facere. Audi etiā ipſos confitentes. Quid
aūt eſt Apollo: Quid aūt Paulus: Miniſtri chriſti per
quos crediditis:et vnicuiq; ſicut dñs dedit. Ego plātaui
apollo rigauit. Et hoc ergo ſicut vnicuiq; dñs dedit. Nō
itaq; de ſuo. Jam vō quod ſequit̄: ſed deus incrementuʒ
dedit:nō per illos/ſed per ſemetipſum facit. Excedit hoc
humanā humanitatē:excedit angelicā ſublimitateʒ nec
omnino pertinet/niſi ad agricolā trinitatē. Jā vos mūdi
eſtis:mūdi ſcʒ atq; mundandi. Neq; eñ niſi mūdi eſſent
fructū ferre potuiſſent:et tñ omne quod fert fructū pur/
gat agricola/vt fructū plus afferat. Fert fructū:q2 mun/
dus eſt atq; vt plus afferat/purgatur adhuc. Quis eñ
eſt in hac vita ſic mūdus:vt non ſit magis magiſq; mun
dandus: Ubi ſi dixerimus:q2 peccatū non habem⁹ noſ/ j.Joā.j.
metipſos ſeducimus:et veritas in nobis non eſt. Si autē
confeſſi fuerimus peccata noſtra:fidelis eſt et iuſtus qui
dimittet nobis peccata:et mūdet nos ab omni iniquita/
te. Mundet itaq; mūdus/hoc eſt fructuoſos:vt tāto ſint
fructuoſiores/quāto fuerint mundiores. Jam vos mun
di eſtis/ꝓpter verbum quod locutus ſum vobis. Quare
non ait/mūdi eſtis ꝓpter baptiſmū quo abluti eſtis: ſed
ait/ꝓpter verbum qđ locutus ſum vobis/niſi q2 in aqua
verbū mūdat: Detrahe verbū et quid eſt aqua/niſi aqua Ex vbis ꝓuenit virt⁹ ſacramētiſ.
Accedit verbū ad elementū et fit ſacramentū:etiā ipſum
tāq̄ viſibile verbum. Nam et hoc vtiq; dixerat/qñ pedes
diſcipulis lauit. Qui locut⁹ eſt non indiget niſi vt pedes
lauet/ſed eſt mūdus totus. Unde iſta tanta virtus aque
vt corpus tangat/et cor abluat/niſi faciente verbo:nō q2
dicitur/ſed q2 creditur. Nā et in ipſo verbo aliud eſt ſon⁹
trāſiens:aliud virtus manens. Hoc eſt verbū fidei quod
predicamus ait apoſtolus. Quia ſi cōfeſſus fueris in ore Rom̄.x.
tuo/quia dñs eſt Jeſus:et credideris in corde tuo/ q2 de⁹
ſuſcitauit illū a mortuis/ſaluus eris. Corde eñ creditur
ad iuſtitiā:ore aūt cōfeſſio fit ad ſalutē. Unde et in actib⁹ Act.xv.
apl̄orum legim⁹. Fide mundans corda eorum. Et in epi/ j.Pe.iij.
ſtola ſua beat⁹ Petr⁹. Sic et vos inqt ſaluos facit bapti/
ma/nō carnis depoſitio ſordiū/ſed conſciētie bone inter/
rogatio. Hoc eſt verbū fidei qđ predicamus:quo ſine du
bio vt mundare poſſit/cōſecratur et baptiſmus. Chriſt⁹
quippe nobiſcū vitis cū patre agricola:dilexit eccleſiā:et
ſeipſum tradidit pro ea. Lege apoſtolū:et vide quid adiū
gat. Ut eā ſanctificaret inqt:mundans eam lauacro aq̄ Eph.v.
in verbo. Mūdatio igitur nequaq̄ fluxu et labili tribue/
retur elemento/niſi adderetur in verbo. Hoc verbum fi
dei tantū valet in eccleſia dei:vt per ipſum credentem/of
ferentem/benedicentem/tingentē:etiā tantillum mūdet
infantem:q̄uis nondū valentē corde credere ad iuſtitiā:
et ore confiteri ad ſalutem. Totum hoc fit per verbum:
de quo dñs ait. ❡ Jam vos mundi eſtis propter verbuʒ Tex.

T

Digitized by Google

quod locutus ſum vobis. Manete inquit in me: ⁊ ego in
vobis. Nõ eo mõ illi in ipo/ſicut ipe in illis. Utrūq; enim
ꝓdeſt: nõ ipſi/ſed illis. Ita ſunt q̄ppe in vite palmites: vt
viti nõ cõferāt: ſed inde accipiāt vt viuāt. Ita vero vitis
eſt in palmitibus: vt vitale alimentū ſubminiſtret eis nõ
ſumat ab eis. Ac per hoc et manētē in ſe habere chriſtum
⁊ manere in chriſto: diſcipulis ꝓdeſt vtrūq;/non chriſto.
Nā p̄ciſo palmite/pōt de viua radice ali⁹ pullulare. Qui
aūt preciſus eſt/ſine radice nõ pōt viuere. Deniq; adiun-
Tex. git et dicit. ¶ Sicut palmes non pōt ferre fructū a ſeipō
niſi māſerit in vite: ſic nec vos/niſi in me māſeritis. Ma-
gna gratie cõmēdatio fratres mei. Corda inſtruit humi
Rom. x. liū ora obſtruit ſuperborū. Ecce cui ſi audent reſpõdeāt:
q̄ ignorātes dei iuſticiā: ⁊ ſuā volētes cõſtituere/iuſticie
ij. Ti. iij. dei nõ ſunt ſubiecti. Ecce cui reſpõdeant ſibi placentes: ⁊
ad bona opa faciēda/deū ſibi neceſſariū nõ putātes. Nõ-
ne huic reſiſtūt veritati/hoies mēte corrupti reprobi cir-
ca fidē: q̄ reſpõdēt ⁊ loquūtur iniq̄tatē dicētes. A deo ha
bemus qd̄ hoies ſumus a nobiſmetipſis qd̄ iuſti ſumus?
Quid dicitis qd̄ voſipſos decipitis: nõ aſſertores/ſʒ p̄ci-
Liberi pitatores liberi arbitrij: ex alto elatiõis ꝑ inania preſum-
arbitrij ptionis/in ꝓfunda ſubmerſi? Nēpe vox veſtra eſt/q̄ hõ
bon⁹ vſ⁹ ex ſemetipſo facit iuſticiā. Hoc eſt altū elationis veſtre/ſʒ
veritas cõtradicit ⁊ dicit. Palmes nõ pōt ferre fructuʒ a
ſemetipſo/niſi māſerit in vite. Ite nūc per abrupta et nõ
habētes vbi ſigamini/ventoſa loq̄citate iactamini. Hec
ſunt inania p̄ſumptionis veſtre. Sed q̄d vos ſequat̃ vi-
dete: ⁊ ſi eſt in vobis vllus ſenſus horrere. Qui eñ a ſe-
metipſo ſe fructū exiſtimat ferre/in vite nõ eſt. Qui in vi-
te nõ eſt: in chriſto nõ eſt. Qui in chriſto nõ eſt/chriſtian⁹
nõ eſt. Hec ſunt profunda ſubmerſionis vr̄e. Etiam atq;
Tex. etiā cõſiderate q̄d adhuc veritas adiūgat et dicat. ¶ Ego
ſum inquit vitis vos palmites. Qui manet in me et ego
Jacob. j. in eo/hic fert fructū multū q: ſine me nihil poteſtis face
re. Ne quiſq̄ putaret ſaltē aliquē fructū paruū poſſe a ſe-
metipſo palmitē ferre: cū dixiſſet: hic fert fructū multum
nõ ait: q: ſine me parū poteſtis facere: ſed nihil poteſtis
facere. Siue ḡ parū/ſiue multū: ſine illo fieri nõ pōt: ſine
quo nihil fieri pōt. Quia ⁊ ſi parū attulerit palmes/eū
purgat agricola/vt plus afferat. Tñ niſi in vite ꝑmāſerit
et vixerit de radice: quātūlibet paruū fructū a ſemetipā
nõ pōt ferre. Quāuis aūt chriſtus vitis nõ eſſet/niſi hõ
Gratia eſſet: tamē iſtā gratiā palmitibus nõ preberet/niſi etiam
a chriſto deus eſſet. Uerū quia ita ſine gratia non poteſt viui: vt
deo. mors in poteſtate ſit liberi arbitrij. ¶ Si q̄s inq̄t in me
non māſerit/mittet̃ foras vt palmes ⁊ areſcet: ⁊ colligēt
eū/et in ignē mittent ⁊ ardet. Ligna itaq; vitis tāto ſunt
cõtēptibiliora ſi in vite nõ manſerint/quāto glorioſiora ſi
Eze. xv. māſerint. Deniq; ſicut de his etiā per Ezechielē prophe-
tā dñs dicit: preciſa nullis agricolarū vſibus proſunt: nul
lis fabrilib⁹ operib⁹ deputant̃. Unū e duob⁹ palmiti con
gruit: aut vitis aut ignis. Si in vite non eſt: in igne erit.
Tex. Ut ergo in igne nõ ſit: in vite ſit. ¶ Si māſeritis in me in
quit: et verba mea in vobis māſerint: qd̄cūq; volueritis
petetis/et fiet vobis. Manēdo quippe in chriſto q̄d vel-
le poſſūt/niſi qd̄ cõuenit chriſto? Quid velle poſſunt ma
nēdo in ſaluatore/niſi qd̄ nõ alienū eſt a ſalute? Aliud q̄p
pe volum⁹ q: ſumus in chriſto: ⁊ aliud volumus q: ſum⁹
adhuc in hoc ſeculo. De manſione nāq; huius ſeculi nobis
aliq̄ñ ſubrepit: vt hoc petam⁹ qd̄ nobis non expedire ne-
ſcimus. Sed abſit vt fiat nobis ſi maneam⁹ in chriſto: q̄
non facit qd̄ petim⁹/niſi qd̄ expedit nobis. Manētes er
go in eo/cū verba eius in nobis manēt quodcūq; volue
rim⁹ petim⁹/et fiet nobis: q: ſi petim⁹ ⁊ nõ fiet nõ hoc pe
timus qd̄ habet manſio in eo: nec qd̄ hn̄t verba eius que
manēt in nobis: ſed quod habet cupiditas ⁊ infirmitas
carnis: q̄ non eſt in eo: ⁊ in quā nõ manent verba ei⁹. Nā
vt q; ad verba ei⁹ pertinet oratio illa quā docuit: vbi dici
Mat. vj mus. Pater noſter qui es in celis. Ab hui⁹ orationis ver
bis ⁊ ſenſibus nõ recedamus petitionib⁹ noſtris: ⁊ q̄cq̄d
petierimus/fiet nobis. Tunc enim dicēda ſunt verba ei⁹
in nobis manere: qñ facim⁹ q̄ p̄cepit: ⁊ diligimus q̄ ꝓmi
ſit. Quando autē verba eius manent in memoria/nec
inueniūtur in vita: nõ cõputatur palmes in vite: q: vitaʒ
non extrahit ex radice. Ad hāc differētiam valet qd̄ ſcri-
ptum eſt. Memoria retinētibus mādata eius/vt faciāt
ea. Multi eñ memoria retinēt vt contēnant: vel etiā de- Pſ. cij.
rident/vt oppugnant ea. In his verba chriſti nõ manēt
q: tāgūt quodāmodo/nõ coherent. Et ideo nõ illis erūt
in beneficium/ſed in teſtimonium. Et q: ſic inſunt eis/vt
non maneant in eis: ad hoc tenentur ab eis/vt iudicent̃
ex eis. Tu autem domine.

¶ In vigilia Joannis baptiſte. Luce. I.

¶ Fuit in diebus Herodis regis Judee ſacer
dos quidam noie zacharias: de vice abia: ⁊ vxor
illi de filiabus Aaron: et nomen eius Elizabeth.
Et reliqua. Homilia venerabilis Bede.

Enturus in carne do
minus ⁊ redēptor nr̄/multos diſpēſationis ſue
teſtes p̄miſit ⁊ nūtios q̄ diuerſis tpibus/diuer
ſis Iſraelitice plebis parētib⁹ orti: nõ diuerſa fide/ſʒ vno
eodēq; per oia ſenſu/eiuſdē incarnationis myſteriū pro
phetando percurrerent. Horū vltim⁹ ⁊ quaſi limes q̄dā
legis et euāgelij/figure ⁊ veritatis Joānes apparuit/dño
atteſtāte q̄ ait. Lex ⁊ ꝓphete vſq; ad Joānē: ex eo regnū
dei euangelizatur. Unde etiā pluſq̄ propheta dictus eſt: Mat. xi
quia quē ceteri a lõge prophetando ſolū predixerant ille
et primo venturū prophetando ſignauit: ⁊ mox venientē
oſtendendo monſtrauit. Qui certe gratia diſpenſatiõis
non ſolū iuſtis/ſed et de põtificali ſtirpe ortis parētibus
natus aſſeritur. ¶ Fuit eñ ſacerdos (ſicut ex lectiõe euā Tex.
gelica audiuimus) noie Zacharias/de vice abia: et vxor
illi de filiabus Aaron: ⁊ nomē eius Elizabeth. Erant au
tem iuſti ambo ante dñm. Juſtis q̄ppe parentib⁹ erat ge Juſticia
nitus: vt eo cõfidentius iuſticie precepta populis daret: parentū
quo hec ipſe nõ quaſi nouitia didiciſſet: ſed velut heredi Joānis.
tario iure a progenitoribus accepta ſeruaret. De ſacerdo
tali ꝓſapia ortus eſt: vt eo potentius imitationem ſacer
dotij preconaretur quo ipſum ad ſacerdotale genus ꝑti
nere clareſceret. Redēptor etenim noſter in carne appa-
rens: ſicut rex nobis fieri dignatus eſt regnum celeſte tri
buēdo: ita etiā pontifex factus eſt/ſemetipm̄ ꝓ nobis of
ferendo deo hoſtiam in odorē ſuauitatis. Un̄ ſcriptū eſt Pſ. cix.
Jurauit dñs et non penitebit eū: tu es ſacerdos ineter-
num ſm̄ ordinē Melchiſedech. Melchiſedech quippe
(vt legimus) ſacerdos dei ſummi/longe legalis ſacerdo
tij tempora preceſſit/offerens deo panē et vinū. Et ideo
redēptor noſter ſacerdos eſſe dicitur ſm̄ ordinē Melchi
ſedech: quia ablatis victimis legalibus/idem ſacrificij
genus in myſterium ſui corporis et ſanguinis/in nouo
teſtamento offerendū inſtituit. Quis ergo congruētius
tranſlationē legalis/⁊ ſubſtitutionē euāgelici ſacerdotij
q̄ ſummi iuxta legē ſacerdotis filius ꝓphetaret? Qui cū
et ipe ſumm⁹ ſacerdos ſm̄ legē exiſtere poſſe videret̃: ma
luit docēte intrinſec⁹ incõmutabili rõne veritatis: noui ſa-
cerdotis preco q̄ ſucceſſor ⁊ heres exiſtere veteris. Ma
luit doct⁹ in ſpiritu vocari in deſertū populis noui teſta-
menti ſacramēta p̄dicare q̄ ad ſe venientibus in tēplum
glorioſiſſimo illo tūc tpis ſacerdotij veteris officio peſſe.
Pretulit longā ſolitudinis ſitim ⁊ eſuriē: cõtinuis hoſtia
rum ſolēnijs/pilis camelorū ⁊ cinctui zone pellicee: auro
textas pontificum poſtpoſuit ſtolas. Ut quid eñ hec fra
tres mei: niſi vt is q̄ merito iuſticie pfectiori auctoritatē
ſibi p̄dicādi aſciuerat: ipe etiam neglecto ordine paterni
põtificat⁹ oñderet: q: nõ dubie melioris põtificat⁹ preco
et p̄curſor exiſteret? Si vo fraternitatē veſtrā audire de-

Digitized by Google

lectat:q̃s fit abia/de cuius vico Zacharias gen⁹ duxiſſe
perhibet̃.Hic tꝑibus Dauid regis:ſumm⁹ erat ſacerdos
Siquidē iubēte dn̄o ꝑ Moyſen p̄mo vn⁹ in lege pōti-
fex Aaron eſt cōſtitut⁹:poſt cui⁹ mortē Eleazar fili⁹ eius
ſacerdotiū ſuſcepit.Et hoc ꝙ mortuo: Phinees fili⁹ ei⁹
ſacerdotij ſucceſſor extitit:⁊ ſic vſq̧ ad tp̄a Dauid per an-
nos circiter q̄dringētos ſeptuaginta: vn⁹ poſt vnū extite
re pōtificat⁹ heredes.At vero Dauid cū magno feruens
ſtudio religionis tēplū dn̄o cōdere deſideraſſet:dn̄s aūt
magis hoc ꝑ filiū ei⁹ Salomonē vellet ipleri/nihilomi-
nus ip̄e Dauid oīa q̄ ad futurā eiuſdē tēpli cōſtructionē
Diuini cult⁹ amplia-tio. vel reuerētiā ptinerēt/ſolicite p̄parare curauit.Vn̄ etiā
cātores ſtatuit:q̄ tp̄e ſacrificij q̄tidie pſalmos cū melodia
reſonarēt:atq̧ aīos ppl̄i circūſtātis/ad memoriā amorēq̧
celeſtiū nō ſolū ſublimitate v̄boꝝ q̄ dicebant̃/ſꝫ etiā ſua-
uitate ſonoꝝ qua dicebātur erigeret. Volēſq̧ vt creſcēte
cultu ⁊ magnificētia tēpli/dec⁹ ꝙ miniſterij illi⁹ ⁊ mini-
ſtrātiū creſceret cet⁹:cōuocauit oēm ꝓgeniē filioꝝ Aarō:
et eos vꝫ qui de Eleazar:⁊ illos q̄ de Ithamar ſtirpe de
ſcenderāt: diuiſitq̧ hos in partes viginti quatuor/ac de
his ſingulis ſingulos pōtifices eligēs:ceteros q̄ in parti
bus erant/ſacerdotij minoris : q̄ nūc p̄sbyterat⁹ vocat̃
officio fungi p̄cepit:ea vꝫ prouiſione:vt dū quilibet pon
tificū vita decederet:q̄cūq̧ in eius parte optim⁹ putare-
tur/ei in pōtificatu ſuccederet.Quas vꝫ partes taliter
ordinauit:vt ſinguli pontifices cū ſubiectis ſibi ſacerdo-
tibus per octonos dies/hoc eſt a ſabbato vſq̧ ad ſabba-
tū miniſtrarēt.Et cū oēs gradu ſacerdotali eſſent equa-
les:vn⁹ tn̄ in eis qui dignior videret̃:ſpeciali reuerentia
ac poteſtate p̄eminens/ſummi ſacerdotis nomen habe-
ret.Qui aūt ordo partiū earūdem ſeruari deberet/miſſa
corā Dauid rege ⁊ principibus familiarū ſacerdotalium
et leuitarū ſorte querebatur.In quarū diſtributione ſor-
tium abia de cuius vico et genere Zacharias ort̃/octa-
uo loco poſit⁹ inuenit̃.Et recte p̄co noui teſtamēti (in
quo gloria reſurrectionis mundo declaratur) loco octa-
ue ſortis naſcitur:q: ⁊ dn̄s noſter vna ſabbati q̄ eſt a die
cōditionis octaua/reſurrexit a mortuis : ⁊ nobis poſt ſex
huius ſeculi etates:ac ſeptimā q̄etis aīarū:q̄ eſt in alia vi
ta/octaua iā etas ꝑpetue reſurrectionis in fine ꝓmittit̃.
Tex. ❡ Erant aūt iuſti ambo ante deū/incedētes in om̄ibus
mādatis ⁊ iuſtificationibus dn̄i ſine querela.Sepe con-
tingit vt hi qui iam perfecti hoīm eſtimatione iudicātur
adhuc in oculis interni arbitri min⁹ aliq̄d perfectionis
habeant.Et rurſus euenire ſolet:vt nōnulli quibuſdam
virtutū operib⁹ immoderatius ſtudēdo:dū ſine ſcientia
deo placere appetūt/proximorū oculos offendāt.A qua
vtraq̧ reprehēſione parētes beati Joānis immunes eſſe
declarant̃.De q̄bus cū dictū eſſet.Erant aūt iuſti ambo:
cōtinuo ſubnectit̃/ante deū.Et cū adiūctū eſſet/inceden
tes in oībus mandatis ⁊ iuſtificationibus dn̄i:mox infer
tur/ſine querela.Ac ſi aperte dicat̃.Adeo ſe in actib⁹/pa
riter ⁊ in cogitationibus ſuis circūſpecte agebāt:vt et di
uinis obtutibus in occulto:⁊ humano foris iudicio pla-
ij.co.viij cerent:iuxta illud apl̄i.Prouidem⁹ eīm bona:nō ſolū co-
Tex. rā deo/ſed etiā corā hoībus. ❡ Et nō erat illis fili⁹:eo ꝙ
eſſet Elizabeth ſterilis:⁊ ambo ꝓceſſiſſent in dieb⁹ ſuis.
Diuinitus eſt ꝓcuratū:vt ſterili matre et vtroq̧ parente
ꝓuectioris etatis Joānes naſceret̃:quaten⁹ etiā ip̄e ort⁹
eius miraculo pateſceret/virū magne virtutis futurum
eſſe q̄ naſcebat̃:vbi deſinēte oī laſciuia concupiſcētie car-
nalis cōſtaret:q: nulla in cōparatione cauſa voluptatis/
ſed ſola cogitata ſit ſpūalis gr̄a ꝓlis.Sic Iſaac fili⁹ pro-
Gen.xxj miſſionis q̄ in figurā redēptoris nr̄i/fact⁹ eſt obediēs p̄ri
vſq̧ ad mortē de veteranis parētib⁹ ⁊ ſterili diu matre na
tus eſt.Sic Jacob ⁊ Joſeph patriarche:ſic Sāſon fortiſ-
ſimus ducū:⁊ ꝓphetarū exími⁹ Samuel:ſteriles diu cor-
pore/ſꝫ fecūdas ſemꝑ virtutib⁹ habuere genitrices:vt mi
raculo natiuitatis natoꝝ dignitas noſceret̃: ⁊ ꝓbarētur
ſublimes in vita futuri:q̄ in ipſo vite exortu/cōditiōis hu

mane iura tranſcenderent.Quod vero ſequit̃. ❡ Factū Tex.
eſt aūt cū ſacerdotio fungeret̃ Zacharias:in ordine vicis
ſue ante deū:ſm̄ cōſuetudinē ſacerdotij ſorte exijt : vt in-
cēſum poneret:ingreſſus in tēplū dn̄i.Claret q̄dē oībus:
q: iam redeūte ex ordine ſeptimana vicis ſue:q̄ ei de vico
abia cōtigerat:templum miniſtraturus intrauit. Sed for-
te aliq̄bus obſcurū eſt:q: ſcriptura tacere videt̃/quo hec
ſint anni tp̄e geſta.Quib⁹ intimādū:q: nec hoc ſcriptura
p̄termiſit/ſed ex eo ꝙ addidit latēter innuit. ❡ Et om̄is Tex.
inq̄ens multitudo ppl̄i/erat orans foris hora incēſi.Vna
etenim tm̄mō per annū ſolennitas erat:in qua pontifice
adorandū ſanctaſanctoꝝ intrāte/nullū prorſus hoīm in-
tra fores tēpli remanere liceret/ſed oēs tp̄e oblatiōis ex-
terius iuberent̃ orare.Hec aūt erat ſtatuta ſolēnitas/ſe-
Rit⁹ feſti expiationis. primo paſce mēſe/decima die mēſis:q̄ dies ꝓpitiationis
ſiue expiationis vocabatur:q: videlicet oblatio in altari
holocauſti victimis/ſanguis in ſanctaſanctoꝝ ad expiā-
dum inferebat̃. Nec ſolū ſanguis ibi aſpergebat̃/ſed et
thymiama adolebat̃:qd̄ in preſenti lectione Zacharias
feciſſe memorat̃.Dicit ergo de hac ſolēnitate dn̄s Moy-
ſi.Mēſe ſeptimo:decima die mēſis:affligetis aīas vr̄as/ Leu.xvj
nullūq̧ facietis opus.Expiabat aūt ſanctuariū pōtifex:
et tabernaculū teſtimonij atq̧ altare/ſacerdotes quoq̧
et vniuerſū populū:eritq̧ hoc vobis legitimū ſempiter-
nū:vt oretis ꝓ filijs Iſrael/et pro cūctis peccatis eorum
ſemel in anno.Et paulo ſuperius:cū ritū eiuſdē expiatio
nis doceret:ait inter alia.Null⁹ hoīm ſit in tabernaculo
qn̄ pōtifex ingredit̃ ſanctuariū:vt roget ꝓ ſe ⁊ pro domo
ſua/et pro vniuerſo cetu iſrael/donec egrediat̃.Longū
eſt de ſingulis hui⁹ diei cerimonijs ſcripture teſtimonia
ponere:longius multo ſingula ſufficienter quō nunc in
eccleſia ſpiritualiter agant̃ exponere.Vnde hoc maxi-
me libet veſtre fraternitatis auribus intimare ꝙ conue-
niēter electū ſit tp̄s:in quo precurſoris dn̄i natiuitas/et
virtus futura nūtiaret̃.Septim⁹ q̄ppe mēſis et decima
huius dies/ſacratiſſimo huic oraculo dedicat̃:q: nimirū
ille naſcitur⁹ p̄dicabat̃:q̄ cōſummationē obſeruantie le-
galis et euāgelice gr̄e predicaret initium: q: ortus mon-
ſtrabatur illius q̄ prim⁹ oīm ⁊ venire et iā adeſſe oſtēde-
ret dn̄m ſaluatorē:de quo ſcriptū eſt.Finis eīm legis chri- Rom.x.
ſtus ad iuſtitiā omni credēti.Nā ⁊ ſeptenario ꝓpter ſab
batū:⁊ denario numero ꝓpter decalogū/legis adimple
tio recte figurat̃.Dies hec ꝓpitiationis erat et expiatio-
nis:in qua ppl̄s oīs ab operib⁹ vacare et ꝑ orationes/atq̧
abſtinētiā affligi ⁊ caſtigari precept⁹ eſt.Qd̄ beati Joā-
nis ⁊ vite ⁊ p̄dicationi multū cōgruit:q̄ et ipſe a munda
nis vacās operib⁹:celeſtib⁹ ſolū ſtudijs/ac deſiderijs ani
mū dabat:⁊ cōuenientes ad ſe turbas a malis opibus ab
ſtinere/ac ꝑ penitētiā fideq̧ expiari:⁊ chriſto cōſecrari do
cebat:q: iā tp̄s diuine ꝓpitiatiōis inſtaret:in quo cūctis
pie querētib⁹ regni celeſtis pateret ingreſſus.Qd̄ autē Allegorica expoſitio.
hac die pōtifex ſanctuariū ⁊ tabernaculū teſtimonij atq̧
altare/ſacerdotes ꝙ et vniuerſum ppl̄m expiare iuſſus
eſt:Joānes ipſe q̄s ſit iſte pōtifex/vel q̄ hec expiatio ma-
nifeſtat:cū illo veniēte ad baptiſmū ſuū loq̄tur dicēs.Ec- Joā.i.
ce agnus dei:ecce q̄ tollit pctā mundi.Que vꝫ expiatio
ſemel in anno ſtatuta eſt:q: ſicut apl̄s ait.Chriſtus ſemel Heb.ix.
oblatus eſt/ad multorum exhauriēda peccata.Secūdo
ſine peccato apparebit expectantibus ſe in ſalutē.Qd̄
autē pōtifice ad rogandū ingrediēte ſanctuariū neminē
hoīm in tabernaculo eſſe licebat/donec exiret:infirmita
tē ſancte eccleſie deſignat q̄ pro fide eius pati necdū erat
idonea.Quod in ipſis patefactū eſt apl̄is:qui inchoata
eadē paſſione illius/oēs relicto eo fugierūt.Egrediebā
tur aūt expleta expiatione pōtifex:vt ⁊ alijs tabernaculū
intrādi facultas daret̃ : q: ꝑfecto ſue ſacrificio paſſionis
apparuit diſcipulis chriſt⁹:⁊ data ſpūſſancti gratia ad of
ferēdas deo hoſtias:nō ſolū deuoti opis ⁊ orationis/ſꝫ ⁊
proprij ſanguinis eorū ꝙ corda roborauit.Hec de obſer-
uātia feſtiuitatis legalis lati⁹ expoſuim⁹: vt agnoſceret

Digitized by Google

myſteriū non hoīs fuit/ſed angeli ore promendū. Hodie
Tex. primū auditur. ¶ Spiritusſanctus ſuperueniet in te: et
auditur et creditur. Deniq̄: ecce inq̄t ancilla dñi: fiat mi/
hi ſm verbū tuum. Vide humilitatem: vide deuotionē:
ancillā ſe dicit dñi: que mater eligitur/nec repētino exal/
tata promiſſo eſt. Simul ancillā dicendo: nullam ſibi pro
gatiuā tante gratie vendicauit: q̄ faceret quod iubetur.
Mitem em̄ humileq̄ paritura/humilitatem debuit etiā
ipſa preferre. Ecce ancilla dñi: contingat mihi ſm verbū
tuū. Habes obſequium: vides votū. Ecce ancilla dñi: ap
paratus officij eſt: cōtingat mihi ſm verbū tuū/ cōcept⁹
eſt voti. Merito ergo etiā de impari conceptione credidit
Marię partus expoſitio. Maria. Quid enim tā impar q̄ ſpiritusſanctus & corp⁹:
Quid tam inauditū q̄ virgo pregnans contra legē/con
tra conſuetudinem/contra pudorem / cuius carior cura
eſt virgini: Zacharias aūt nō de impari conditione: ſed
de ſenili etate nō credidit. Nam cōditio cōgruebat. Ex vi
ro & femina ſolēnis eſt partus: nec incredibile debet vi/
deri vbi natura cōcordat. Cum em̄ etas nature ſit: nō na
tura etatis/ſit plerūq̄ vt etas impediat naturā. Non eſt
tamen irratiōabile vt minor cedat cauſa maiori: & potior
prerogatiua nature/vſū inferioris excludat etatis. Huc
Gen. xxi accedat q̄ Abraā & Sara filiū in ſenectute ſuſceperant: &
Joſeph filius ſenectutis eſt. Nō ſi q: riſit Sara reprehē/
ditur iuſtius Zacharias condēnat̄: qui nec oraculo cre/
didit/nec exēplo. Maria aūt cū dicit: Quō fiet iſtud/qm̄
virū nō cognoui: nō videt̄ dubitaſſe de facto: ſed de facti
qualitate queſiſſe. Liquet em̄ q: faciēdū eſſe crediderat
que quomō fieret interrogauit. Unde et meruit audire.
Tex. ¶ Beata que credidiſti. Et vere beata: que ſacerdote p̄/
ſtantior. Cum ſacerdos negaſſet: virgo correxit errorem
Nec mirū ſi dñs redēpturus mūdū/ operationē ſuā in/
choauit tunc a Maria: vt per quam ſalus oībus paraba
Notula pulchra. tur/eadē prima fructū ſalutis hauriret ex pignore. Et be
ne queſiuit quomodo fieret. Legerat em̄ q: virgo conci
peret: ſed non legerat quēadmodū virgo generaret. Le/
Eſa. vij. gerat vt dixit. Ecce virgo in vtero accipiet: quō aūt acci/
peret: in euangelio primum angelus eſt locut⁹. Tu autē.

¶ In feſto Philippi et Jacobi. Joannis. XIIII.

¶ In illo tpe: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis. Non
turbetur cor veſtrū. Creditis in deū: et in me cre/
dite. In domo patris mei māſiones multe ſunt.
Si quo minus dixiſſem vobis q: vado parare lo
cum. Et ſi abiero & preparauero vobis locū: ite/
rum venio et accipiā vos ad meipſum: vt vbi ſum
ego: et vos ſitis. Et reliqua. Homi. beati Augu.

Erigēda eſt nobis fra/
tres ad deū maior intentio: vt verba ſancti euā/
Tex. gelij que modo in noſtris auribus ſonuerunt:
vtcūq̄ mente capere poſſimus. Ait em̄ dñs. ¶ Non tur/
betur cor veſtrū: creditis in deū/& in me credite. Ne ergo
mortem tāq̄ hoīes timerent: & ideo turbarent̄: cōſolatur
eos etiam ſe deum eſſe cōteſtans. Creditis (inq̄t) in deū/
et in me credite. Conſequens eſt enim: vt ſi in deū credi/
tis/& in me credere debeatis: quod non eſſet conſequēs/
ſi chriſtus non eſſet deus. Sed quid eſt quod ſequitur.
Tex. ¶ In domo patris mei manſiones multe ſunt: niſi quia
et ſibi metuebāt: vnde audire debuerūt. Non turbet̄ cor
veſtrum. Quis enim eorū non metueret / cum Petro di
Luc. xxij ctū eſſet fidentiori atq̄ promptiori. Non cātabit gallus/do
nec ter me neges. Tāq̄ ergo eſſent ab illo perituri/meri/
Tex. to turbabant̄. Sed cum audiūt. ¶ In domo patris mei
manſiones multe ſunt. Si quo minus dixiſſem vobis: q:
vado parare vobis locū: a perturbatione recreant̄: certi
ac fidētes poſt pericula tētationū/ſe apud deū cum chri/
ſto eſſe manſuros: q: etſi alius eſt alio fortior: ali⁹ alio ſa/
pientior: alius alio iuſtior: alius alio ſanctior: in domo pa/
tris mei manſiones multe ſunt. Nullus eorū alienabitur
ab illa domo vbi māſionē p ſuo quiſq̄ accepturus eſt me
rito. Denarius quidem ille equalis eſt oībus: quē pater/
familias eis qui operati ſunt in vinea/iubet dari oībus Mat. xx
non in eo diſcernens qui minus et qui amplius labora/
runt. Quo vtiq̄ denario vita ſignificatur eterna: vbi ne
mo amplius viuit alio: q: viuendi nō eſt diuerſa in eter/
nitate menſura: ſed multe manſiones diuerſas meritorū
in vna vita eterna ſignificant dignitates. Alia enim glo j. Co. xv
ria ſolis: alia em̄ gloria lune/alia gloria ſtellarū. Stella
enim a ſtella differt in claritate: ſic et reſurrectio mortuo
rū. Tāq̄ ſtelle/ſancti diuerſas manſiones diuerſe clarita
tis/tāq̄ in celo ſortiūtur in regno: ſed propter vnū dena/
rium nullus ſeparat̄ a regno: atq̄ ita deus erit omnia in
omnibus: vt quoniā deus charitas eſt/per charitatē fiat
vt quod habent ſinguli/cōmune ſit oībus. Sic em̄ quiſq̄ j. Jo. iiij.
etiā ipſe habet/cū amat in altero quod ipſe non hȝ. Non
erit itaq̄ aliqua inuidia imparis charitatis: q: regnabit
in omnibus vna charitas. Proinde reſpuendi ſunt a cor/ Error prau⁹ retūditur.
de chriſtiano: qui putant ideo dictum eſſe multas man/
ſiones: q: extra regnū celorū erit aliq̄d vbi beati maneāt
innocentes/qui ſine baptiſmo ex hac vita emigrarūt: q:
ſine illo in regnū celorū intrare non potuerūt. Hoc ergo
fides non eſt fides: qm̄ non eſt vera et catholica fides.
¶ Et ſi abiero (inq̄t) et preparauero vobis locū: iterum Tex.
veniam & accipiā vos ad meipſum: vt vbi ſum ego/& vos
ſitis. Quō vadit & parat locū/ſi iam māſiōes multe ſūt.
Si quo minus dixiſſem: vado parare. Aut ſi adhuc parā
dus eſt/cur non merito dixiſſet: vado parare: An iſte mā
ſiones/& ſunt et parande ſunt: Si quo minus em̄ eſſent/
dixiſſet: vado parare. Et tamen q: ita ſunt vt parāde ſint
non eas vadit parare ſicut ſunt: ſȝ ſi abierit et parauerit
ſicut future ſunt/iterū veniens accipiet eos ad ſeipſum:
vt vbi eſt ipſe/ſint etiam et ipſi. Quomodo ergo manſio
nes in domo patris non alie/ſed ipſe: & ſine dubio iā ſunt
ſicut parande non ſunt: & nondū ſunt ſicut parande ſunt
Quomodo putamus/niſi etiam quō propheta predicat
deum: quia fecit que futura ſunt. Nō enim ait que factu/
rus eſt/que factura ſunt: ſed qui fecit que factura ſunt.
Ergo et fecit ea: et facturus eſt ea. Nā neq̄ facta ſunt ſi
ipſe non fecit: neq̄ futura ſunt ſi ipſe non fecerit. Fecit er
go ea predeſtinando/facturus eſt operando. Sicut diſci
pulos quādo elegerit ſatis indicat euāgeliū: tūc vtiq̄ qn̄
cos vocauit: & tn̄ ait aplūs. Elegit nos ante cōſtitutionē Eph. i.
mundi predeſtinādo vtiq̄/non vocādo. Quos aūt pre/ Ro. viij.
deſtinauit illos & vocauit. Elegit predeſtinando ante cō
ſtitutionem mundi elegit vocando ante cōſummationē
Sic et māſiones p̄parauit & preparat: nec alias/ ſȝ quas
preparauit has preparat: q̄ fecit q̄ futura ſunt: quas p̄pa/
rauit predeſtinando/preparat operādo. Jam ergo ſunt
in predeſtinatione. Si quo minus dixiſſet/ibo & parabo:
ideſt predeſtinabo. Sed q: non ſunt in operatiōe. ¶ Et
ſi abiero inq̄t et p̄parauero vobis locū: iterū venio & ac/ Manſio dei q̄ ſit.
cipiā vos ad meipm. Parat aūt quodāmō māſiōes/mā/
ſionibus parādo māſores: q̄ppe cū dixerit. In domo pa/
tris mei māſiones multe ſunt: q̄d putabim⁹ eſſe domum
dei/niſi templū dei: Quid aūt ſit/ interroget̄ aplūs: et re/
ſpondeat. Templū dei ſanctum eſt quod eſtis vos. Hoc
eſt etiam regnū q̄ filius traditurus eſt patri: vnde etiā j. Co. xv.
apoſtolus. Initiū chriſtus/deinde qui ſunt chriſti in pre/
ſentia eius: deinde finis cum tradiderit regnū deo & pa/
tri/ideſt quos redemit ſanguine ſuo/tradiderit etiā con
templando patri ſuo. Hec ergo domus dei/hoc templū
dei: hoc regnum dei adhuc edificatur/adhuc fabricatur
adhuc paratur: in illo erunt manſiones ſicut eas adhuc
parat dñs: in illo iam ſunt ſicut predeſtinauit iam domi/
nus. Sed q̄d eſt q̄ vt p̄pararet abijt/cū pfecto nos ipos
prepararet: quod non faciet ſi reliquerit. Agnoſco domine

Digitized by Google

vt poſſum. Nimirũ illud ſignificas:q:vt parentur iſte mã
ſiones viuere debet iuſt⁹ ex fide. Qui em̃ a dño pegrinaẽ
opus habet ex fide viuere:q: per hãc ad ſpeciẽ cõtemplan
Mat.v. dam paratur. Beati em̃ mundo corde:quoniã ipſi deum
Act.xv. videbunt. Et fide mundat corda eoꝝ. Illud in euãgelio:
hoc in actib⁹ apoſtoloꝝ legitur. Fides autem (qua eorũ
qui deum viſuri ſunt:q̃diu peregrinanẽ corda mundan/
tur) qð non videt credit. Nam ſi vides/non eſt fides. Cre
denti colligitur meritũ/videnti reddiẽ premiũ. Eat ergo
domin⁹ et parat locum:eat ne videatur:lateat vt credatur
Tunc em̃ locus paratur/ſi ex fide viuatur. Creditus deſi
deretur/vt deſiderat⁹ habeatur. Deſideriũ dilectiõis pre/
paratio eſt manſionis. Nunc eſt dilectiſſimi:vt quãtũ va
lemus intelligamus de verbis dñi poſterioribus priora:⁊
de cõſequentibus precedentia:in eo ꝙ audiſtis apoſtolo
Celeſtis manſio quomõ paratur. Thome interroganti eſſe reſponſum. Dixerat em̃ dñs cũ
de mãſionibus loqueretur:quas ⁊ dixit eſſe in domo pr̃is
ſui:⁊ ire ſe vt prepararet eas:vbi intelleximus ⁊ eſſe iã man
ſiones ipſas in pdeſtinatione:⁊ preparari eas/cũ eorum
qui ibi mãſuri ſunt/per fidem corda mundantur:quoniã
ipſa dei domus ipſi ſunt. Et quid eſt aliud manere in do/
mo dei q̃ eſſe in populo dei:cum ipſe populus eſt in deo ⁊
deus in eo? Hoc vt prepararet dñs abijt:vt credẽdo in eum
qui nõ videtur:ea q in ſpem ſemp futura eſt/nũc per fidez
manſio preparetur. Propterea ergo dixerat. Et ſi abiero
⁊ preparauero vobis locũ/iterum venio et accipiam vos
ad meipſum:vt vbi ego ſum/⁊ vos ſitis:et quo ego vado
Tex. ſcitis/⁊ viam ſcitis. Ad hec dicit ei Thomas. ¶ Domine/
neſcimus quo vadis:et quomodo poſſumus viam ſcire?
Vtrũq; illos dñs dixerat ſcire:vtrũq; dixit iſte neſcire:⁊ lo
cũ quo itur/⁊ viam qua itur. Sed neſcit ille mentiri:ḡ iſti
ſciebant:⁊ ſe ſcire neſciebãt. Conuincat eos iã ſcire/quod
Tex. ſe putant adhuc vſq; neſcire. ¶ Dicit eis Jeſus. Ego ſum
via veritas ⁊ vita. Quid eſt fratres? Ecce audiuim⁹ diſci/
pulum interrogantẽ/audiuim⁹ ⁊ magiſtrũ docentẽ:⁊ nõ
dum capimus etiã poſt vocẽ ſonantem/ſententiã latitan/
tem. Sed quid nõ poſſumus capere? Nũquid poterãt ei
dicere apl̃i eius cũ quibus loquebaẽ:neſcimus te? Proin
de ſi eũ ſciebãt:⁊ via ipſe eſt/viã ſciebant. Si eũ ſciebãt:et
veritas ipſe eſt/veritatẽ ſciebant. Si eum ſciebant:⁊ vita
ipſe eſt/vitam ſciebant. Ecce ſcire conuicti ſunt qð ſe ſcire
neſciebant. Quid ḡ ⁊ nos in iſto ſermone non cepimus?
Quid putatis fratres mei/niſi q: dixit: et quo ego vado
ſcitis:⁊ viã ſcitis. Ecce cognouimus ꝙ ſciebant viam: q:
ſciebant ipſum q̇ eſt via. Sed via eſt qua itur:nũquid via
eſt ⁊ quo itur? Vtrũq; aũt illos dixerat ſcire ⁊ quo vadit ⁊
viã. Opus ḡ erat vt diceret ego ſum via:vt oſtẽderet eis:
quia cũ ſciret viam ſcire:quã putauerãt ſe neſcire. Quid
Chriſt⁹ via veri/tas vita. aũt opus erat vt diceret. Ego ſum via veritas et vita:cuz
via cognita q̃ iret: reſtaret noſſe quo iret: niſi q: ibat ad
veritatem:ibat ad vitã? Ibat aũt ad ſeipſum ꝑ ſeipm̃. Et
nos quo imus/niſi ad ipſum? Ipſe ḡ ad ſeipſum ꝑ ſeipm̃:
nos ad ipſum/ꝑ ipſum:immo ꝟo ad patrem:⁊ ip̃e ⁊ nos.
Joã.xvi. Nam ⁊ de ſeipſo alibi dicit. Ad patrẽ vado. Et hoc loco ꝓ
pter nos:nemo inquit venit ad patrẽ/niſi per me. Ac per
hoc ⁊ ipſe per ſeipſum/⁊ ad ſeipſum ad patrem:⁊ nos per
Tex. ipſum:⁊ ad ipſum ⁊ ad patrẽ. ¶ Si cognouiſſetis me in/
quit:⁊ patrẽ meũ vtiq; cognouiſſetis. Hoc eſt qð ait. Ne/
Tex. mo venit ad patrẽ/niſi ꝑ me:deinde ſubiũgit. ¶ Et amo/
do cognoſcetis eũ:et vidiſtis eum. Sed Philippus vnus
Tex. ex apl̃is quid audierit nõ intelligẽs. ¶ Dñe inquit oſten/
de nobis pr̃em:⁊ ſufficit nobis. Cui dñs. Tanto inquit tẽ
pore vobiſcũ ſum:⁊ nõ me cognouiſtis? Philippe q̇ videt
me/videt ⁊ patrem. Ecce increpat ꝙ tanto tẽpore cũ ip̃is
erat ⁊ nõ cognoſcebatur. Nõne ip̃e dixerat:⁊ quo ego va
do ſcitis ⁊ viam ſcitis:⁊ ſe neſcire dicẽtes/hoc eos ſcire cõ
uicerat/addendo atq; dicendo. Ego ſum via veritas ⁊ vi
ta? Quomodo nũc dicit:tãto tẽpore vobiſcum ſum:⁊ nõ
cognouiſtis me:cũ profecto ⁊ quo iret ⁊ viam ſcirent/nõ
ob aliud niſi ꝙ ipſum vtiq; ſcirent? Sed facile iſta ſoluiẽ
queſtio:ſi dicamus ꝙ eũ aliqui eorũ ſciebãt/aliqui neſcie/
bant:atq; in his qui neſciebãt Philippus erat: et qð ait.
Et quo ego vado ſcitis ⁊ viam ſcitis:illis dixiſſe intelliga
tur q̇ ſciebant:nõ Philippo cui dictũ eſt. Tãto tẽpore vo/
biſcum ſum:⁊ nõ cognouiſtis me Philippe. His ḡ q̇ filiũ
iam nouerãt etiã illud de patre dictũ eſt:⁊ amodo cogno
ſcetis eũ:⁊ vidiſtis eũ. Dictũ eſt em̃ ꝓpter oĩmodam ſimi/
litudinem que illi cum patre eſt:⁊ ideo amodo dicerẽtur
noſſe patrẽ:q: nouerant ſimilem filiũ. Ergo iam ſciebant
filium:⁊ ſi nõ oẽs/certe q̇dam eoꝝ q̇bus dr̃. Et quo vado
ſcitis/⁊ viam ſcitis. Ipſe em̃ eſt via/ſed patrẽ neſciebant.
Ideo audiũt. Si cognouiſſetis me/⁊ patrẽ meũ cogno/
uiſſetis:ꝑ me vtiq; illũ:ali⁹ em̃ ego ſum/alius ille. Sȝ ne
putarent diſſimilem:⁊ amodo cognouiſſetis eũ inq̇t:⁊ vi
diſtis eũ. Viderunt em̃ ſimillimũ eius filiũ:ſed admonen
di fuerant talẽ etiã eſſe patrẽ equalis eſt filius quẽ vide/
bãt. Et ad hoc valet qð poſtea diciẽ Philippo. Qui me vi
det/videt ⁊ patrẽ:nõ ꝙ ipſe ſit pater ⁊ fili⁹ (qð in Sabel/ Sabelli/ani ſunt patripaſ/ſiani.
lianis qui vocanẽ etiã patripaſſiani catholica fides dam
nat) ſed ꝙ tam ſimiles ſint pater ⁊ filius:vt qui vnuz no/
rit/ambos nouerit. Solemus em̃ de ſimilibus duob⁹ ita
loqui/eis qui vnũ illoꝝ vident et qualis ſit alius volunt
noſſe:vt dicamus. Vidiſtis illuz/iſtum vidiſtis. Sic ergo
dictum eſt. Qui videt me/videt ⁊ patrẽ:nõ q: ipſe ſit pr̃ q̇
filius:ſed ꝙ ad patris ſimilitudinẽ in nullo prorſus diſcre
pet filius. Ideo magiſter diſcipulũ arguebat:qm̃ cor po/
ſtulantis videbat: tãq̃ enim melior eſſet pater q̃ fili⁹/ſic
Philippus patrẽ noſſe cupiebat:⁊ ideo nec filiũ ſciebat/
quo melius aliquid eſſe credebat. Ad ſenſum hũc corrigẽ
dum dictũ eſt. ¶ Qui videt me videt et patrẽ. Quomo/
do tu dicis:oſtende nobis patrẽ? Video quomodo tu di/ Tex.
cas. Non alteruz queris videre ſimilẽ ſed illũ putas eſſe
meliorẽ. ¶ Non credis q: ego in patre:et pater in me eſt? Tex.
Cur in ſimilibus diſtãtiã cupis cernere? Cur inſeparabi/
les/ſeparari deſideras noſſe? Deinde nõ ad ſoluz Philip/
pum/ſed et alios pluraliter loquitur. ¶ Verba q̇ ego lo/ Tex.
quor vobis/a meipſo non loquor:pater autem in me ma/
nens ipſe facit opa. Ergo et verba opera ſunt? Plane eſt
ita. Nam profecto qui proximũ loquẽdo edificat/bonum
opus opaẽ. Sed q̇d eſt/a meipſo nõ loquor/niſi a memet
ipſo nõ ſum q̇ loquor:ei q̇ppe tribuit qui facit/de quo eſt
ipſe qui facit. Pater em̃ deus nõ eſt de aliquo:filius autẽ
deus eſt q̇dem patri equalis/ſed de patre deo. Ideo ille
deus/ſȝ nõ de deo:⁊ lumẽ/ſed nõ de lumine:iſte vero de⁹
de deo/lumen de lumine. Verũ ſit equalis alter alteri:vt
tñ alter ab altero:ideo nõ loquiẽ a ſemetipſo/q: non eſt a
ſeipſo:iõ pater in illo manens facit opa ipſa:q: per quẽ et
cum quo facit nõ eſt niſi ab ipſo. Deinde adiungit ⁊ dicit.
¶ Non creditis/q: ego in patre ⁊ pater in me eſt? Alioq̇n Tex.
ꝓpter opera ipſa credite. Antea ſolus Philippus argue/
batur:nunc aũt non eũ ibi ſolũ fuiſſe qui eſſet arguẽdus
oſtẽditur. Propter opera inquit ipſa credite:quia ego in Opera chriſti ſũt deitatis ſigna.
patre ⁊ pater in me eſt. Neq; em̃ ſi ſeparari eſſemus:inſe/
parabiliter operari vlla rõne poſſemus. Sed quid eſt qð
ſequitur. ¶ Amen amẽ dico vobis: q̇ credit in me/opera
que ego facio ⁊ ipſe faciet:⁊ maiora horũ faciet:quia ego
ad patrẽ vado:⁊ quodcũq; petieritis in noĩe meo hoc fa
ciam. Ergo ⁊ illa maiora opera/ſeipſum facturũ eſſe pmi
ſit. Non ſe extollat ſeruus ſup dñm/nec diſcipulus ſupra Mat.x.
magiſtrũ. Maiora q̃ ipſe fecit dixit eſſe facturos:ſȝ in eis
vel per eos ſe facientẽ:non ip̃is tãq̃ ſemetipſis. Ei quippe
cantatur? Diligam te dñe fortitudo mea. Sed q̇ ſunt tan/ Ps.xvij.
dẽ iſta maiora? An forte ꝙ egros ipſis tranſeuntib⁹/etiaȝ
coꝝ vmbra ſanabat? Maius eſt em̃:vt ſanet vmbra q̃ fim
bria. Illud per ſe:hoc ꝑ ipſos: ſed vtrũq; ꝑ ſe. Verũtamen
qñ iſta dicebat:verborũ ſuorum opera cõmendabat. Sic
em̃ dixerat. ¶ Verba que ego loquor vobis a meipſo nõ Tex.
loquor:pater autẽ in me manẽs/facit opa ip̃a. Que ope/
ra tunc dicebat/niſi verba que loquebatur? Audiebant ⁊
credebant illi:et eorundem verborum fructus erat fides

Digitized by Google

illoꝝ. Verūtamen euāgelizantibus diſcipulis: nō tā pauci ꝙ illi erant/ ſed gētes etiā crediderūt. Hec ſunt ſine dubitatione maiora. Nec tñ ait. Maiora hoꝝ facietis: vt ſolos apoſtolos eos putaremus eē facturos: ſed qui credit in me (inquit) opera que ego facio/ ꝛ ipſe faciet: ꝛ maiora hoꝝ faciet. Ita ne quicūꝙ credit in chriſtū/ facit q̄ chriſt⁹ vel maiora ꝙ chriſt⁹? Si ḡ q̄ credit/ faciet: nō credit vtiꝙ q̄ nō faciet: ſicuti eſt illud. Qui diligit me/ mādata mea cuſtodit: vnde pfecto q̄ nō cuſtodit/ nō diligit. Quid eſt hoc fratres? Nūquid inter credētes in chriſtū nō eſt cōputandus/ q̄ nō fecerit maiora ꝙ chriſt⁹? Nudū eſt: abſurduꝫ eſt ferri nō poteſt: nō toleratur niſi intelligaꝛ. Apoſtolum ergo audiamus. Credēti (inquit) in eum qui iuſtificat impium/ deputaꝛ fides ei⁹ ad iuſtitiā. In hoc opere facim⁹ opa chriſti: q: ꝛ ipm credere in chriſto/ op⁹ eſt chriſti. Hoc operaꝛ in nobis: nō vtiꝙ ſine nobis. Audi ḡ iam ꝛ intellige. Qui credit in me / opera que ego facio et ipſe faciet. Pri⁹ ego facio/ deinde ipſe faciet: q: facio vt faciat. Que opera/ niſi vt ex impio iuſtus fiat? Et maiora hoꝝ faciet. Quoꝝ obſecro? Nunqd nō operū chriſti maiora faciet q̄ cum timore ꝛ tremore ſuā ipſius ſalutē operatur: qͦ vtiꝙ in illo ꝛ ſine illo chriſt⁹ operatur? Prorſus maius hoc eſſe dixerim ꝙ eſt celū ꝛ terra: ꝛ quecūꝙ cernūtur in celo ꝛ in terra. Et celum eñ ꝛ terra tranſibit: predeſtinatorū autēꝫ id eſt eoꝝ quos preſcit/ ſalus et iuſtificatio pmanebit. In illis tantū opera dei: in his autē eſt etiaꝫ imago dei. Sed in celo ſedens: dominationes/ pncipatus/ poteſtates/ archangeli/ angeli / opa ſunt chriſti. Nūquid his operibus maiora faciet: q̄ operante in ſe chriſto/ cooperatur eternā ſalutē ac iuſtificationē ſuam? Non hic audeo precipitare ſententiā intelligat qui pōt. Iudicet q̄ poteſt: vtrū maius ſit iuſtos creare/ ꝙ impios iuſtificare. Certe eñ ſi equalis vtrūꝙ potentie/ hoc maioris eſt miſericordie. Hoc eñ magnū pietatis ſacramentū qͦ manifeſtatū eſt in carne iuſtificatum in ſpiritu: apparuit angelis: predicatū eſt in gentibus: creditū eſt in mūdo: aſſumptū eſt in gloria. Reſtat inquirere quō accipiendū ſit. ¶ Quodcūꝙ petieritis patrē meuꝫ in noie meo hoc faciā. Magnā ſpem dñs pmiſit ſuis orantib⁹ dicēs. Quia ego ad patrem vado et quodcūꝙ petieritis patrē in nomine meo/ hoc faciā. Sic ergo perrexit ad patrē: vt non relinq̄ret indigentes/ ſꝫ exaudiret petentes. Sed quid eſt/ quodcūꝙ petieritis: cuꝫ videamus pleruꝙ fideles eius petere/ ꝛ nō accipere? An forte ppterea/ q: male petūt? Qñ eñ nos delectāt mala ꝛ nō delectāt bona rogare debem⁹ poti⁹ deū vt delectēt bona ꝙ vt cōcedāꝛ mala. Quō ḡ itelligēdū eſt: quodcūꝙ petieritis hoc faciā: ſi deus aliqua petentibus fidelib⁹ etiaꝫ cōſulēdo nō facit? An forte ſolis apl'is dictū debemus accipere? Abſit. Nūquid eñ in eū ſoli apl'i crediderunt? Ad eos itaꝙ loquebatur dicendo Qui credit in me: in q̄bus eo donante etiam nos ſumus: qui vtiꝙ nō quodcūꝙ petierimus/ accipimus. Ipſos quoꝙ beatiſſimos ſi cogitemus apl'os: inuenim⁹ eum qui plus oībus laborauit (nō aūt ipſe/ ſed gratia dei cum illo) ter dñm rogaſſe: vt ab eo diſcederet angelus ſathane/ nec tñ qͦ rogauerat accepiſſe. Euigila hō fidelis: ꝛ vigilanter audi qͦ illic poſitū eſt/ in noie meo. Ipꝫ eñ: quodcūꝙ/ nō ait vtcūꝙ/ ſed in noie meo. Quis pmiſit ḡ tam magnuꝫ beneficiū? Qui vocaꝛ chriſt⁹ Ieſus. Chriſt⁹ ſignificat regē: Ieſus ſignificat ſaluatorē. Nō itaꝙ ſaluos nos faciet q̄cūꝙ rex/ ſed rex ſaluator. Ac p hoc quodcūꝙ petim⁹ aduerſus vtilitatē ſalutis: nō petim⁹ in noie ſaluatoris. Et tñ ipſe ſaluator eſt: non ſolū qñ facit qͦ petimus/ verūetiam qñ nō facit: qñ qͦ videt peti cōtra ſalutē/ nō faciendo potius ſe exhibet ſaluatorē. Quapropter qñ volum⁹ vt faciat quodcūꝙ petim⁹ nō vtcūꝙ/ ſed in noie eius petamus: hoc eſt in noie ſaluatoris petamus. Nō ḡ cōtra ſalutē noſtrā petamus. Qͦ ſi fecerit: nō vt ſaluator facit: qͦ eſt nomē eius fidelib⁹ eius Eſt quippe impijs ꝛ dānatoꝝ: q̄ dignaꝛ fidelibus eſſe ſaluator. Qui ḡ credit in eum: quodcūꝙ petierit in eo noie qͦ eſt illis qui credunt in eū/ hoc facit: qm̄ hoc ſicut ſaluator facit. Si aūt q̄ in eū credit/ aliqd p ignorantiā cōtra ſalutem ſuā petit: nō in noie ſaluatoris petit/ q: ſaluator ei⁹ nō erit/ ſi (qͦ eius ſalutē impedit) fecerit. Vnde tūc expedit potius vt nō faciat/ ppter qͦ inuocaꝛ. Propterea nō ſolum ſaluator ſed etiā magiſter bon⁹ vt faciat quodcūꝙ petierimus: in ipſa oratione quā nobis dedit/ docuit quid petam⁹: vt etiā ſic intelligam⁹/ nō petere nos in noie magiſtri/ qͦ petim⁹ pter regulā ipſius magiſterij. Sane q̄dā q̄uis in noie eius petim⁹. i. ſm ſaluatorē et ſm magiſtruꝫ petamus: non tunc qͦ petim⁹ facit/ ſed tñ facit. Neꝙ eñ quia ꝛ illud petimus vt veniat regnū tuum/ pptera nō facit qͦ petimus: q: nō ſtatim cū illo in eternitate regnamus. Differtur eñ qͦ petim⁹/ nō negatur. Verumtamē orantes tāꝙ ſeminantes/ nō deficiamus: tpe enim ppio metemus. Et ſimul petam⁹ qñ bene petim⁹: vt nō faciat quod non bene petimus: quia ꝛ ad hoc pertinet quod in eadem oratione dominica dicimus. Ne nos inferas in tētationem. Neꝙ enim parua eſt tentatio: ſi contra tuā ſit cauſam tua poſtulatio.

¶ Inuentionis ſctē crucis. Joā. III.

¶ In illo tempore: Erat homo ex phariſeis Nicodemus nomine: princeps iudeoꝛuꝫ. Hic venit ad Ieſum nocte ꝛ dicit ei. Rabbi: ſcimus quia a deo veniſti magiſter. Et reliq̄. Homilia btī Aug.

Nicodem⁹ ex his erat qui crediderant in nomine Ieſu: videntes ſigna et prodigia que faciebat. Superius enim euangeliſta hoc dixerat. Cum eſſet Ieſus Hieroſolymis in paſca in die feſto: multi crediderunt in noie eius. Quare crediderunt? Sequitur ꝛ dicit. Videntes ſigna que faciebat. Et de Nicodemo quid dicit? ¶ Erat hō ex phariſeis Nicodemus nomine/ princeps iudeorum: hic venit ad eum nocte ꝛ ait. Rabbi: ſcimus q: a deo veniſti magiſter. Et iſte ergo crediderat in noie ei⁹. Et ipſe vñ crediderat? Sequitur ꝛ dicit. ¶ Nemo eñ poteſt hec ſigna facere q̄ tu facis/ niſi fuerit de⁹ cum eo. Si ḡ iſte Nicodemus de illis multis erat q̄ crediderant in nomine eius: iam in iſto Nicodemo attendam⁹ quare ſe Ieſus non credebat eis. ¶ Reſpondit Ieſus ꝛ dixit ei. Amen amen dico tibi: niſi quis renat⁹ fuerit denuo: nō poteſt videre regnū dei Ipſis ḡ ſe credit Ieſus/ q̄ nati fuerint denuo. Ecce illi crediderant in eum ꝛ Ieſus non ſe credebat eis. Tales ſunt oēs catecumini. Ipſi iā credunt in noie chriſti: ſed Ieſus non ſe credit eis. Intendat ꝛ intelligat charitas vr̄a. Si dixerimus catecumino. Credis in chriſtū: rn̄det credo/ ꝛ ſignat ſe. Iam crucē chriſti portat in fronte ꝛ nō erubeſcit de cruce dn̄i ſui. Ecce credidit i noie ei⁹. Interrogem⁹ eū Manducas carnē filij hoīs: ꝛ bibis ſanguinē filij hominis Neſcit qd dicim⁹: q: Ieſus non ſe credit ei. Cū ḡ ex illo numero eſſet Nicodemus: venit ad Ieſum/ ſed nocte venit. Et forte hoc ad rē pertinet. Ad dn̄m venit/ ꝛ nocte venit: ad lucē venit/ ꝛ in tenebris venit. Renati autēꝫ ex aqua ꝛ ſpirituſancto quid audiūt ab apl'o? Fuiſtis eñ aliquādo tenebre/ nūc aūt lux in dn̄o: ꝛ filij lucis ambulate. Et iterū Nos q̄ dei ſumus/ ſobrij ſimus. Qui ergo renati ſunt/ noctis fuerunt/ et diei ſunt: tenebre fuerunt et lumen ſunt. Iam credit ſe Ieſus illis: et non nocte veniunt ad Ieſum ſicut Nicodemus: nō in tenebris querunt diem. Tales eñ iam profitentur eū. Accedit ad illos Ieſus: facit in illis ſalutem: q: ipſe dixit. Niſi quis mādūcauerit carnem meā: ꝛ biberit ſanguinē meū: nō habebit vitam in ſe. Et ꝙ ſignū crucis habēt in frōte catecumini: iā de domo magna ſunt/ ſed fiant ex ſeruis filij. Nō eñ nihil ſunt: q: iā ad domū magnā ptinent. Quādo aūt māna mādūcabat popul⁹ Iſrael: Cum trāſiſſet mare rubrū. Mare aūt rubrū qd ſignificet audi apoſtolum. Nolo eñ vos ignorare fra

Margin notes (left): Ro.iiij. — Iuſtificatio impij ē maximū dei opus. — Tex. — Nomis chriſti virtus.
Margin notes (right): Mat.vj — Joā.ij. — Tex. — Tex. — Tex. — Catecumini deſcribunt — Eph.v. — j.Theſ.v — Joā.vj. — j.Cor.x.

Digitized by Google

tres:qm̄ patres noſtri oēs ſub nube fuerunt:et oēs mare
tranſierūt:vt q̄d trāſierūt mare:quaſi cām q̄reres ab illo
ſecutus ait.Et oēs ꝑ Moyſen baptizati ſunt in nube ⁊ in
mari.Si ḡ figura maris tantū valuit:ſpēs baptiſmi quā-
tum valebit?Si qđ geſtū eſt in figura/traiectuȝ pplm̄ ad
māna ꝑduxit:q̄d exhibebit chriſt⁹ in ỽitate baptiſmi ſui/
traiecto ꝑ eum pp̄lo ſuo?Per baptiſmū traijcit oēs credē
tes/occiſis omnibus peccatis/tāq̄ hoſtibus conſequēti-
bus ſicut in illo mari oēs Egyptij perierūt.Quo traijcit
fratres mei:quo traijcit ꝑ baptiſmū Jeſus:cuius figuraȝ
tūc gerebat Moyſes:q̄ ꝑ mare traijciebat?Quo traijcie-
Joan.vj. bat?Ad manna.Quid eſt māna?Ego ſum inq̄t panis vi-
uus/qui de celo deſcēdi.Manna accipiūt fideles/iā tra-
iecti ꝑ mare rubrū.Quare ꝑ rubrū mare?Jam mare:q̄re
rubrū?Significabat mare illud rubrū/baptiſmuȝ chriſti.
Vñ rub⁹ baptiſm⁹ chriſti:niſi ſanguine chriſti cōſecratus.
Māna Quo ḡ ꝑducit credētes et baptizatos?Ad manna.Ecce
celeſte dico māna.Notū eſt quid acceperint iudei/populus ille
exponit. Jſrael:notū eſt quid eis pluiſſet de⁹ de celo:⁊ neſciunt ca
tecumini:q̄d accipiūt de menſa chriſti.Erubeſcāt ergo q̄
neſciūt:tranſeāt per mare rubrū:māducēt manna:vt quō
crediderūt in noīe Jeſu:ſic ſe illis credat Jeſus.Jdeo in-
tendite fratres:q̄d reſpondeat iſte qui nocte venit ad Je
ſum.Quāuis ad Jeſum venerit:tñ q̄ nocte venit:adhuc
de tenebris carnis ſue loquit̄.Nō intelligit qđ audit a do
mino:nō intelligit qđ audit a luce:q̄ illuminat oēm hoīeȝ
Joan.j. venientē in hunc mundū.Jam ei dñs dixit/niſi q̄s renat⁹
Tex. fuerit denuo/nō videbit regnū dei.¶ Dicit ad eum Nico
demus.Quomodo pōt homo naſci cū ſit ſenex?Spirit⁹
ei loquit̄:⁊ ille carnē ſapit.Carnē ſuam ſapit:q̄ carnē chri
ſti nondū ſapit.Cū em̄ dixiſſet dñs Jeſus:niſi quis mādu
cauerit carnē meā ⁊ biberit ſanguinē meū:nō habebit in
Jo.vj. ſe vitam.Scandalizati ſunt quidā qui cū ſequebant̄:⁊ di
xerunt ad ſemetipſos.Durus eſt hic ſermo:quis pōt eum
⁊ vitreū vas eiuſdē receptui preparatū argentea pendet
catena ſuſpenſum: moriſq̄ eſt pp̄lo cōmunicato ſingulos
ad vaſculū aſcendere ꝑ gradus: donūq̄ celeſtis deguſta-
re liq̄ris. Nā ⁊ guſtu ſuauis/ ⁊ tactu ſalubris: deniq̄ non-
nulli poſt lōgas febriū flāmas hac hauſta ſtilla/ celeri cō-
feſtim refrigerio potiūtur ſalutis. Innumeris q̄ꝫ et alijs
modis ibi crebro ſanāt egroti: et mlta q̄ angelice tātū cō
gruūt potētī geri illic miracula cōprobāt: maxime tñ eiuſ-
dē die natalis cū ⁊ de ꝓuincijs circūpoſitis plus ſolito cō
flua turba recurrit ⁊ angelice virtutis maior quodāmodo
credit adeſſe frequētia: vt qđ ſpūaliter dixit apl̄s/ etiā cor
poraliter agi videat. Quia angeli ſūt adminiſtratorij ſpi Heb. j.
ritus in miniſteriū miſſi/ ꝓpter eos q̄ hereditatē capiunt
ſalutis: in chriſto Ieſu domino noſtro. Tu autem.

¶ De eodem feſto. Mat. XVIII.

¶ In illo tempore: Acceſſerunt diſcipuli ad Ie
ſum: dicētes. Quis putas maior eſt in regno celo
rum. Et aduocans Ieſus paruulum: ſtatuit eum
in medio eorū. Et reliqua. Homilia beati Ma-
ximi epiſcopi.

SI diligenter fratres
audiſtis euangelicā lectionem: intelligere pote
ſtis: quia miniſtris ac ſacerdotibus dei reueren
tia debeatur: vel quia ipſos clericos in inuicem humilita
te ſe oporteat preuenire. Ait eñ dñs: ꝑcūctātib⁹ diſcipulis
q̄s eoꝝ in regno celoꝝ maior eſſet futur⁹ ſtatuto corā om
nib⁹ paruulo. ¶ Quicūq̄ humiliauerit ſe ſicut puer iſte:
hic maior erit in regno celorum. Uñ intelligim⁹ ꝙ humi- Uia re-
litate ꝑuenit ad regnū/ ſimplicitate penetrat celū. Quiſ- gni cele-
quis ḡ cupit diuinitatis tenere faſtigia/ hūilitatis ima ſe ſtis.
ctet. Quicūq̄ vult fratrē ꝑuenire regnādo: ꝓ illū ꝑueni-
at obſequēdo ſicut ait apl̄s. Honore iuicē ꝑuenictes. Ui- Ro. xij.
cat cū officijs/ vt poſſit vincere ſanctitate. Si eñ te nō leſit

fratris obſequiū meretur vt diligas. Nō ſi forſitan leſit/
magis obſequiū meretur vt vincas. Hec eñ noſtre chri/
ſtianitatis ſumma eſt: vt amantib⁹ viciſſitudinē/ledenti/
bus patientiam rependam⁹. Qui ḡ fuerit patientior ad
iniuriā/potentior cōſtituet̄ in regno. Nō eñ ad imperiū
celorū peruenit̄ ſuperbia/diuitiȷ̄s/prefectura: ſed humi
Mat. vij. litate/pauperie lenitate. Arcta eñ ꝛ anguſta via eſt que
ducit ad regnū. Quis ḡ honorib⁹ inflatus fuerit: ꝛ auri
theſauris dilatatus/tāꝙ onuſtū animal ꝛ impeditū/per
anguſtū regni iter trāſire nō poterit. Simul etiā vt ſe exi
ſtimat ꝑueniſſe/ ſarcinā eius exigua porta non capiens/
repercuſſus limine retrorſum redire cogetur. Tā eñ an/
guſta eſt diuiti porta celeſtis: ꝙ eſt camelo acus foramē
mat. xix. exiguum. Unde ait dñs. Facilius eſt camelū per foramē
acus tranſire: ꝙ diuitē intrare in regnū celorum. Sicut
eñ camelum animal tortuoſum atꝙ deforme/exigua ca
uerna preterire nō patitur: ita diuitē auarū atꝙ menda/
cem/arcta celi ianua minime intrare ꝑmittit. Nam ideo
nudi i ſeculo naſcimur/nudi accedim⁹ ad lauacrū: vt nu/
di ꝙ ꝛ expediti ad celi ianuā ꝑperem⁹. Q₂ aūt incōgruū
ꝛ abſurdū eſt: vt quē nudū mater genuit/nudū ſuſcepit
eccleſia: diues intrare velit in celū? Propterea adoleſcen
ti illi diuiti qui ſibi iuſtus videbat̄ ꝛ ſanctus: ꝛ oīa māda
mat. xix. ta legis cōpleſſe in euāgelio a ſaluatore d̄r. Si vis ꝑfect⁹
eſſe: vade vēde oīa tua/et da pauperibus. Uſꝙ adeo eñ
nuda virtus apta celo eſt: vt ꝗuis iuſt⁹/ꝗuis ſanctus/au
rum vel diuitias poſſidēs nō poſſit eſſe perfectus. Talē
eñ voluit adoleſcentē illū dñs ad paradiſum redire: qua
lis Adam fuerat nōdum de paradiſi ſublimitate deiect⁹.
Nudus eñ Adā incola paradiſi fuit: deinde poſt pecca/
tum nuditatem ſuā videns/folijs pudenda cōtexit. Prius
eñ ꝙ peccaret/honeſtatis erat colore veſtitus: atꝙ ideo
nuditatē inhoneſtā nō natura inſtituit ſed delicti reatus
inuenit. Nam ꝛ ſancti angeli in ſplēdidiſſimo habitu cō/
Ade pri/ ſtituti: nūquid tunicis operiunt̄ ꝛ pallijs? Sed cū ſit in il
meua di lis natiuitatis ſue nuda ſubſtantia: veſtiri vident̄ eſſe ꝙ
gnitas. ſancti ſunt. Sic igitur ꝛ Adā cuſtodiēs honeſtatis ange/
lice dignitatem: erat quidē nudus mūdanis veſtibus: ſꝫ
immortalitatis erat ſplendore veſtitus. Nil prauū reſpicie/
bant oculi eius: nō cor ei⁹ turpe aliquod cogitabat. Erat
apud eū honeſtas mētis/nuditas ipſa veſtita. Sicut eñ
apud nequā hoīes turpis cogitatio ad cōcupiſcēdū veſti
bus nō arcetur: ita apud ſanctos viros honeſta ſimplici/
tas ad cōcupiſcēdū nuditate nō trahitur. Sed ſicut vitio
ſis ad corruptelā nuda ſunt oīa: ita religioſis ad caſtimo
niā aperta ſunt vniuerſa. Quid autē ait euāgelica lectio
Mat. xviij. Qui autē ſcandalizauerit vnū de puſillis iſtis qui in me
credunt: expedit ei vt ſuſpendatur mola aſinaria in collo
eius ꝛ demergat̄ in ꝑfundū maris. Puſillos hic nō eta/
1. co. xiiij. te pueros/ſed malitia paruulos dicit/ſicut apl's ait. Ma
litia paruuli eſtote: vt ſenſibus ꝑfecti ſitis. Qui ſunt iſti
niſi clerici idonei et monachi/religioſi vel laici? Quiſꝙ
igitur his irreuerens/aut cōtumelioſus extiterit/hac be
luina pena plectet̄: vt vniformi ſaxo religato illi ad collū
ꝑcipitet̄ in mare. Sed videamus quare ſcandalizantib⁹
chriſtianos iſta pena decreta ſit: aut q̇d ſibi velit iſta ſen/
tētia. Puto ei illā aliqđ myſteriū obtinere. Quaſi ꝓ nō
ſufficeret in mare homini demergendo ſaxū q̄lecūꝙ ma
gnū/ſꝫ mole aſinarie lapis ei religetur ad collū: ꝛ cū per/
ituro hoīe pereat res vſui neceſſaria. Sed puto hoc ma/
gis eſſe/qđ in ſcripturis/aſini figura ppl's gentiliū nūcu/
patur: qui clauſis oculis circa ignorantie molam erroris
ſui gyro ꝑtrahitur: ꝛ ſine vlla curſus directione veſtigijs
in ſe ſepe redeuntibus inuitis vſui laborat alieno. Nōne
eñ tibi videtur molā aſinariā voluere gentilis populus
ꝙdiu imperitie ſue labore verſatur? Nature quidē vincu
lis alligatur vt verbū dei molat/dñm celi querat: ſꝫ opre
mentis cecitate ſuffuſus vultū animi erigere ad deū: ocu
los cordis leuare nō poſſit ad celū. Sed qm̄ mola aſina/
ria ſaxū eſſe cōſtat videam⁹ ſi ꝛ paganorū talis eſt mola.
Talis eſt plane. Saxea eñ mola eſt paganorū Juppiter/
Herculeſꝙ lapide⁹: circa q̄s cecis oclis frequētis erroris
circūeunt. Cecos inquit dixerim eorū oculos: qui putant Idolorū
ſe videre qđ nō vidēt. Aſpiciētes eñ ſaxum/deū ſe videre refuta/
cōfidūt. Attamen q̇ molā voluit: cōſumendi aliquādo fi/ tio.
nem operis habet: eruendi ſpem gerit laboris. Cui vero
mola aſinaria ad colla ſuſpēditur: portat lapidē qui por/
tare debuerat iugum dñi. Aſinus ergo ad molā/cec⁹ ad
lapidem/gentilis ad ſaxum: qui adorat quē nō videt/nec
agnoſcit. Deus eñ nō in manu factis habitat: nec in me
tallo aut ſaxo cognoſcit̄. Hic ḡ gentilis ppl's cū perſecu
tionē chriſtiano intulerit: hac pena plectet̄: ac cū ſacrilega
ſua mola iudicādi ſeculi fructib⁹ demergat̄. Tu aūt dñe.

¶ Alia homilia ſuper eodem: de eodem feſto. Matthei. XVIII.

¶ In illo tempore: Acceſſerunt diſcipuli ad Je
ſum: dicentes. Quis putas maior eſt in regno ce
lorum? Et reliqua. Homilia Haymonis.

Voties legimus di
ſcipulos domini de ordine prioratus inter ſe cō
tendiſſe vel interrogaſſe: non liuori et inuidie
deputare debem⁹/ſed humane fragilitati ac infirmitati:
quippe q̇ rudes erant ac nouelli (q₂ audierant eum ſuā
reſurrectionē predicantē: ꝛ nondū ſpiritusſancti gr̄a illu/
minati: celeſte regnū perficere amare didicerāt: q₂ vt ait
euāgeliſta Joānes: nōdū erat ſpiritus dat⁹: q₂ Jeſus nō/
dū fuerat glorificat⁹) putabāt ꝙ ipſe reſurgēs a mortuis Jo. vij.
corporaliter regnū teneret: ꝛ ipſi honorib⁹ ſublimarētur.
Unde paſſionis illius tēpore/facta eſt cōtētio inter eos
quis eorū maior eſſet in regno celorū. Hac ſuſpicione ſedu
cta fuerat mater filiorū Zebedei qn̄ acceſſit ad dñm/dicēs
Dñe dic vt ſedeāt hi duo filij mei: vn⁹ ad dexteram tuam
ꝛ alius ad ſiniſtram tuā in regno tuo. Hinc Cleophas ꝛ Mat. xx.
alius diſcipulus quib⁹ cum dñs poſt reſurrectionē in ſpe
cie peregrini apparuiſſet/dicebāt. Nos aūt ſperabamus
ꝙ ipſe eſſet redemptur⁹ Jſrael. Et quidā diſcipulorū in/ Luce
terrogātes eū/dicebāt. Dñe ſi in tpe hoc reſtitues regnū xxiiij.
Jſrael. Occaſio aūt iterrogādi dñm q̄s illorū maior eſſet Act. j.
in regno celorū: fortaſſis ex ſuperiorib⁹ acciderat. Nā vt
ſupra euangeliſta retulit: acceſſerunt ad Petrum qui di/
drachma accipiebāt/ꝛ dixerūt ei. Magiſter veſter nō ſol
uit didrachma? Ait etiā. Et cū intraſſet domū ꝑuenit eū Mat.
Jeſus dicens. Quid tibi videtur Simon. Reges terre a xvij.
quibus ſuſcipiūt tributū vel cēſum: a filijs ſuis an ab alie
nis. Et ille dixit. Ab alienis. Dixit illi Jeſus. Ergo liberi
ſunt filij. Ne aūt ſcādalizemus eos: vade ad mare et mit/
te hamū: ꝛ eum piſcē qui prim⁹ aſcenderit tolle ꝛ aperto
eius ore inuenies ſtaterē: illū ſumens da eis pro me et te.
Quia ḡ alij diſcipuli viderāt Petrū in redditiōe cenſus
dño coequari: cōputātes eū illis oībus eſſe ꝑlatū: in illa
hora acceſſerūt ad Jeſum dicētes. ¶ Quis putas maior
eſt in regno celorū? Sed magr̄ humilitatis qui ait in euā/ Tex.
gelio. Diſcite a me: q₂ mitis ſum ꝛ humilis corde: et inue/
nietis requiē aīabus veſtris: vt oſtenderet regnū celorū/ Mat. xj.
nō ꝑ ſupbiā ſed ꝑ humilitatē eſſe querendum: illūꝙ fore
maiorē in eo q̇ ꝑpter deū ſe hūiliat. ¶ Aduocās paruulū
ſtatuit eū in medio eorū ꝛ dixit. Amen dico vobis: niſi cō/ Tex.
uerſi fueritis ꝛ efficiamini ſicut paruuli: nō intrabitis in
regnū celorū. Hō duob⁹ modis pōt intelligi. Poſſum⁹ ei
hic paruulū dñm Jeſum chriſtū accipe: q̇ cū ſit magn⁹ et Intelle/
laudabilis nimis: ꝛ magnitudinis ei⁹ nō eſt finis: vt nos ctus du/
excelſos faceret: paruul⁹ nat⁹ eſt nobis/ꝛ fili⁹ dat⁹ eſt no plex ver/
bis. Et eſt ſenſus. Niſi mei exēplo vos humiliaueritis: q̇ borum.
nō veni miniſtrari ſꝫ miniſtrare: ꝛ fact⁹ ſum i medio vr̄m Eſa. ix.
ſicut q̇ miniſtrat/ſꝫ nō q̇ vel q̄ſi recūbēs: regnū celorū qđ
humilib⁹ eſt ꝑparatū intrare non poteſtis. Si aūt ſimpl'r
quēlibet paruulū intelligam⁹: facile patet: q₂ nō ſolū ad

Digitized by Google

humilitatem/ſed etiã ad ſimplicitatẽ ſeruãdã hoc exem-
plo nos hortaꝛ. Ac ſi diceret. Sicut paruulus iſte cuiꝰ vo-
bis exemplũ ꝓpoſui: videns mulierẽ pulchrã non cõcu-
piſcit: nõ alienas diuitias appetit: leſus non reledit: non
aliud cogitat/aliud loquiꝛ: ⁊ iratus nõ ꝑpetuas tenet di-
ſcordias: ita ⁊ vos niſi talẽ habueritis innocentiã in men-
te qualẽ iſte habet in corpore: regnũ celorũ quod humili-
bus ⁊ ſimplicibus eſt ꝑparatũ intrare nequaq̃ poteſtis.
Cuius viã nemo ſuperbꝰ gradiꝛ: nemo tumidus incedit
q: ardua via eſt ⁊ anguſta q̃ ducit ad vitã: ⁊ pauci ſunt q̃
Tex. inueniunt eã. Cũ ergo ait. ¶ Niſi conuerſi fueritis ⁊ effi-
ciamini ſicut paruuli: non intrabitis in regnũ celorũ: tale
Paruuli eſt ac ſi dixiſſet. Iã ſi vos nõ delectat locus ſublimis/prius
euange- exerceat humiliatio vite innocẽtis: non q᷑ apl'os corpore
lici q̃ di- vellet eſſe paruulos: ſed vt innocentiã paruulorũ in mẽte
cantur. poſſiderẽt. Huiuſcemodi paruulos dñs ſuos volebat eſſe
diſcipulos/q̃ dicebat. Sinite paruulos venire ad me: ta-
liũ eſt em̃ regnũ celorꝫ. Et Paulus apoſtolꝰ taliũ innocẽ-
tiam paruulorũ ſuos volebat habere diſcipulos: quibꝰ ꝑ
j.co.xiiij. epiſtolã p̃cipiebat. Nolite pueri effici ſenſibꝰ/ſed malitia
paruuli eſtote: ſenſibꝰ autẽ perfecti ſitis. Talẽ ſe nouerat
rex ꝓpheticus q̃ in regali ſolio ſublimis: ſed mente humi-
lis dicebat. Cuſtodiẽs paruulos dñs: humiliatꝰ ſum et li-
berauit me. Et iterũ. Ludã ⁊ vilior ſiã plus q̃ factus ſum
ij.Re.vj. ⁊ ero humilis in oculis meis. Paruulꝰ em̃ eſt qui ſibi di-
ſplicet vt deo placeat: tãtoqꝫ ante deũ erit pulchrior: quan-
Tex. to apud ipꝫ erit humilior. Unde ⁊ ſubditur. ¶ Quicũqꝫ
ergo humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte: hic maior eſt i re-
gno celorum. Habeamꝰ ǧ virtutẽ humilitatis/ſi volumꝰ
habere in regno celorũ locuꝫ celſitudinis: qm̃ ſicut ſalua-
Lu.xiiij. tor ait in euangelio. Ois qui ſe humiliat exaltabiꝛ: ⁊ q̃ ſe
exaltat/humiliabiꝛ. Un̄ et nos alibi ſcriptura admonet/
Eccli.iij. dicẽs. Quãto magnꝰ es humilia te in oibꝰ: ⁊ corã deo in-
j.Pe.v. uenies gratiã. Et iterũ. Humiliamini ſub potenti manu
dei: vt vos exaltet in tpe viſitationis. Et ne putares illuꝫ
eſſe cõtẽnẽdũ q̃ ꝑpter deũ hic ſe humiliat: cõgruã ſenten-
Tex. tiã adiunxit/dicẽs. ¶ Et qui ſuſceperit vnũ paruulũ talẽ
in noie meo/me ſuſcipit. Hoc eſt qd̕ dñs in futurũ ſe ꝓmi-
ſit dicturũ. Q̃diu feciſtis vni ex minimis meis/mihi feci-
Mat. ſtis. Et ſignãter ait. Qui ſuſceperit vnũ paruulũ taleꝫ in
xxv. noie meo me ſuſcipit. Cuius em̃ nõ ſit eligendũ cui iuxta
ſcripture vocẽ benefacere debeamus: illis tñ qui propter
deũ parui ⁊ humiles eſſe eligũt: in cuius vite moribꝰ chri-
ſtũ eſſe cognoſcimꝰ: ſpecialẽ beniuolẽtiã impẽdere debe-
Tob.iiij. mus. Unde cũ pius pater filiũ inſtrueret/ait. Panẽ tuuꝫ
⁊ vinũ tuũ ſup ſepulturã iuſti cõſtitue: ⁊ ne cõicaueris ex
ecc̃i.xxix. eo cuꝫ pctõribus. Et iterũ. Deſudet eleemoſyna in manu
Gal.vj. tua/donec inuenias iuſtũ cui tradas eã. Hinc ⁊ apl's ait.
Dum tẽpus habemus operemur bonũ ad oẽs: maxime
aũt ad domeſticos fidei. Qui em̃ bona tpalia illis impẽ-
dit in quorꝫ vita ⁊ moribꝰ chriſtũ habitare cognoſcit: ꝑfe-
cto illi tribuit pro cuiꝰ amore impendit. Unde bene dr̃: in
noie meo. Multi ei bona tpalia nõ i noie chriſti: ſꝫ vt lau-
Joã.xij. dẽ hoiꝫ captare poſſint tribuũt. De q̃bꝰ ſcriptũ eſt. Que-
Mat. ſierũt gl'iam hoim magis q̃ dei. Et dñs alibi. Oia ei ope-
xxiij. ra ſua faciũt vt videanꝛ ab hoibus. Et iterum. Amẽ dico
Mat.vj vobis: receperũt mercedem ſuã. Et ne ad ſuſcipiẽdos ho-
ſpites vel peregrinos pigri remaneremꝰ: ſeipm̃ in his ſu-
Tex. ſcipi ꝓmiſit/cum ait. ¶ Qui ſuſceperit vnũ paruulũ talẽ
in noie meo me ſuſcipit. Un̄ ⁊ ipe alibi dicit. Qui ſuſcipit
ꝓphetã in noie ꝓphete/mercedẽ ꝓphete accipiet: ⁊ q̃ ſu-
ſcipit iuſtũ in noie iuſti/mercedẽ iuſti accipiet. Et iteruꝫ.
Qui vos recipit/me recipit: ⁊ q̃ vos ſpernit/me ſpernit.
Sicut autẽ ſuſcipiẽtibꝰ merces ꝓmittiꝛ: ita duris ⁊ aua-
Tex. ris pena indiciꝛ/cũ ſubinferꝛ. ¶ Qui aũt ſcãdalizauerit
vnũ de puſillis iſtis qui in me credũt: expedit ei vt ſuſpẽ-
Graue datur mola aſinaria in collo eiꝰ/⁊ demergaꝛ in ꝓfundũ
pctm̃ maris. Ubi cõſiderãduꝫ eſt q̃ graue pctm̃ ſit ſcãdalizare
ſcãdali. fratrẽ: qñ etiã ſcandalizantibꝰ talis vindicta cõminatur.
Nõ aũt ait. Expedit ei vt ſuſpẽdaꝛ mola aſinaria in col-
lo eius/⁊ in ꝓfundo maris demergaꝛ: iuxta morẽ prouin-
cie loq̃ꝛ: vbi apud veteres iudeos capitalia crimina hoc
ſupplicio puniebanꝛ. Non ǧ arbitretur leue pctm̃ eſſe ſcã-
dalũ fratris/cum ſcandalizãtibus talis pena predicitur:
qm̃ ſicut alibi i euãgelio ait. Qui dixerit fratri ſuo fatue/
reus erit gehẽne ignis. Qd̕ ſe cauere oino apl's oſtendit Mat.v.
cũ ait. Melius em̃ mihi eſt nõ manducare carnẽ: neqꝫ bi- Ro.xiiij.
bere vinũ: neqꝫ aliq̃d in quo fratrẽ ſcãdalizẽ. A quo pctõ
etiã diſcipulos ſuos cõpeſcit dicẽs. Quare tu ſcãdalizas
fratrẽ tuũ: aut quare ſpernis illũ? Igiꝛ inquãtũ poſſumꝰ
iuxta apl'i admonitionẽ ſcãdalũ fratrũ vitare debemꝰ: ſi
aũt ꝓ veritate ſcandalũ oriaꝛ/magis veritas eligẽda eſt
q̃ ſcandalũ vitandũ. Uel certe ꝑ molam aſinariã q̃ pon-
dus habet/ſed nulluꝫ iter explicat: volubilis amor ſeculi
exprimitur. Cum ǧ ait. Expedit ei vt ſuſpendaꝛ mola aſi-
naria in collo eius: ⁊ demergaꝛ in ꝓfundũ maris: carna-
les quoſqꝫ ⁊ mũdi amatores/a regimine eccl'iaſtico ꝓhi-
bet: qm̃ melius eſt q̃ mũdi amator in ſeculo viuẽs carna-
liter ſe ſolũ perdat: q̃ in regimine eccleſiaſtico cõſtitutus Doctria
ſe ⁊ alios ꝑuerſe viuendo ad interitũ trahat: q: cuiꝰ vita pro eccle
deſpiciꝛ: reſtat vt eiꝰ p̃dicatio contẽnaꝛ: qm̃ dum infirmi ſiaſticis.
diſcipuli patroni ſequũtur exẽplũ: ⁊ ipſi pereũt ⁊ illorum
perditio in eiꝰ caput redũdat qui auctor eſt criminis. Si-
ue certe ꝑ molam aſinariã doctores intelliguntꝛ: q: ſicut
mola granũ tritici frãgiꝛ/vt medulla eius ad ſuſtẽtatio-
nẽ vel refectionẽ humane nature oſtẽdaꝛ: ita quoqꝫ ⁊ do-
ctores occultas ſententias ſcripture ſacre aperiẽtes/inte-
riorẽ ſenſum eorꝫ manifeſtant: vel vitam ſiue refectioneꝫ
animarũ ſanctarũ. ¶ Ue mũdo ab ſcandalis. Mundus Tex.
cui ve diciꝛ: nõ ille eſt quẽ venit filius hois q̃rere et ſalua-
re: ſed ille q̃ in maligno poſitꝰ eſt. i. mundi amatores: de q̃
dñs alibi ait. Pater iuſte/mũdꝰ te nõ cognouit. Qui em̃
mente ⁊ deſiderio ſeculũ incolunt/recte mũdus appellã-
tur: de q̃bus Joãnes ait. Mundus tranſibit: ⁊ cõcupiſcẽ- j.Joã.ij.
tia eius. Mũdi em̃ amatores dũ ꝑpter cupiditates ſecu-
li alios non metuũt ſcãdalizare: tñ ipſi ſcandalũ ſuſtinẽt:
aliquando autẽ corpore/ſemꝑ aũt mente. Et ideo ve illis
q: ducũt in bonis dies ſuos: ⁊ in puncto ad inferna deſcẽ-
dunt. Quibꝰ ꝑ Jacobũ dr̃. Qui voluerit eſſe amicꝰ huiꝰ Jaco.iiij
ſeculi/inimicꝰ dei cõſtituiꝛ: ad quos ꝑtinet q̃ adhuc ſub-
iungiꝛ. ¶ Neceſſe eſt em̃ vt veniant ſcandala: verũtñ ve
hoi ꝑ quẽ ſcãdalũ venit. Qd̕ aũt ait: neceſſe eſt: tale eſt ac
ſi diceret. Nõ põt eſſe vt ſcandala non veniant. Oportet j.Cor.xj.
enim ⁊ hereſes eſſe (ſicut ait apoſtolus) vt ꝓbati mani-
feſti ſiãt. Et alia ſcriptura. Uaſa figuli ꝓbat fornax: ⁊ ho- Eccli
mines iuſtos tentatio tribulationis. Pacis autẽ tempo- xxvij.
re non facile decerni põt quis bonꝰ maluſve ſit. Sed cũ
ſcanſtalizatorꝫ ſi aucrit ventus/faciles ⁊ tenues proiiciet
quaſi paleas ante faciem venti: grana vero cõgregabit
in horrea chriſti. Ue ǧ homini illi qui talem ſe exhibet: vt
malũ qd̕ venturũ eſt per eiꝰ miniſteriũ impleaꝛ: de q̃bus
dñs ait. Mittet filius hominis angelos ſuos et colligẽt Mat.
de regno eius oia ſcandala: et tradẽt ea in caminũ ignis xiij.
ardentis. Quod faciliꝰ intelligimus ſi vnũ ad mediũ de-
ducamus: Judam ſcilicet dñi proditorẽ: de quo ipſe tẽpo-
re paſſionis ſue ait. Filiꝰ hominis vadit ſicut ſcriptuꝫ eſt Mat.
de illo: ve homini illi per quẽ tradeꝛ. Neceſſe em̃ erat/vt xxvj.
filius dei pro nobis paſſionẽ ſuſtineret: ſed ve Judeo qui
noſtrum bonũ ſuuꝫ fecit malũ. Et ne aliquis ſub occaſio-
ne proximorũ vel amicorũ a via dei ſibi recedendũ puta-
ret: oẽm magiſter veritatis errorem tollit cum ſubiũgit.
¶ Si autem manꝰ tua vel pes tuus ſcãdalizet te: abſcin- Tex.
de eum et proiice abs te. Bonũ eſt tibi ad vitam ingredi
debilem vel claudũ: q̃ duas manus vel duos pedes ha-
bentem mitti in gehennã ignis. Et ſi oculus tuus ſcãda-
lizet te: erue illum ⁊ proiice abs te. Bonũ eſt tibi cuꝫ vno
oculo intrare ad vitam: q̃ duos oculos habentẽ mitti in
gehẽnam ignis. Juxta literã quantum abhorreat hoc fa-
cile patet. Sed cũ a litera excludimur: ſpiritualis ſenſus
eſt requirẽdus. Per hoc q̃ manus/pes/oculus/noſtris
neceſſitatibus

Digitized by Google

neceſſitatibus neceſſarioꝛa ſunt: ꝓpinquoꝝ ⁊ chariſſimo
rum affectus in hoc loco deſignatꝛ. Ac ſi diceret dñs. Si
ꝗs tibi fuerit ꝓcioſus vt oculꝰ: ꝓpinquꝰ vt pes: neceſſariꝰ
vt manꝰ: ⁊ a via dei te recedere pſuaſerit huiꝰ amoꝛē ab
ſcinde ⁊ abs te ꝓijce. Meliꝰ eſt te ſolū intrare ad vitā ꝙ
Marci viij. cū multa turba ꝓpinquoꝝ mitti in ignē eternū. Quid ꝓ
ficit hoī ſi totū lucretꝛ mūdū: anime aūt ſue detrimētū pa
tiatꝛ? Verbi grā. Blanditꝛ vxoꝛ/minatꝛ pr̄/pſuadet mr̄/la
chꝛymatur frater ⁊ ſoꝛoꝛ: tu aūt in via dñi ita firmus: ne
illos inutiliter amādo a dei amoꝛe recedas ſʒ iuxta illud
Matt. viij. quod alibi ait. Sine moꝛtuos/moꝛtuos ſuos ſepelire/tu
autē ſequere me. Neqꝫ hoc dicimꝰ/ꝙ parētibus ⁊ amicis
ingrati ⁊ inobedientes eſſe debeamꝰ: ſed qñ a via dei re
mouere voluerint: tūc eoꝝ amoꝛē abſcindamꝰ a nobis.
Ceteꝝ cū eos deū amare cognouerimus: duplr̄ a nobis
honoꝛandi ſunt. Pꝛimū/q: iuſti ſunt: deinde q: ꝓpinq̄:
dño dicēte in lege. Honoꝛa patrē tuū ⁊ matrē/vt bene ſit
tibi/⁊ lōgo viuas tpe. Hinc ⁊ apl's ait. Si ꝗs ſuoꝝ curam
nō hꝫ/⁊ maxime fideliū: fidē negauit ⁊ eſt infideli dete
rioꝛ. Quātā aūt ſollicitudinē ⁊ curā dñs de his habeat: q̄
Tex. totā ſpem in eo ponūt/manifeſtat cū ſubiūgit. ¶ Vide
te ne cōtēnatis vnū ex his puſillis. Qui em̄ puſilli ⁊ hu
miles in pꝛeſenti vita ꝓpter deū ſunt: nequaꝙ contēnēdi
ſunt. Puſilli nāqꝫ ſunt (vt diximꝰ) q̄ coꝛā oculis ſuis hu
Luc. xij. miles ſunt et deſpecti de ꝗbus ſaluatoꝛ ait in euangelio.
Nolite timere puſillus grex: q: cōplacuit prī veſtro dare
vobis regnū. Quiſꝗs ergo tales ſcādalizare nō metuit:
Zach. ij. offendit deū q̄ habitat in illis ſicut ipſe per ꝓpherā dicit.
j. Para. xvj. Qui tāgit vos: quaſi q̄ tangit pupillam oculi mei. Et ite
rū. Nolite tangere chꝛiſtos meos: ⁊ in ꝓphetis meis no
lite malignari. De ꝗbus valde dulce eſt qd̄ adhuc ſubin
fertꝛ/quare nō ſint cōtēnēdi. ¶ Dico em̄ vobis: q: angeli
Tex. eoꝝ in celis/ſemꝑ vidēt faciē prīs mei q̄ in celis eſt. In
Hic angelꝰ cuſtos datꝛ hoc loco diſcimꝰ: q: vnuſqͥſqꝫ fideliū angelū ob ſui cuſto
diā deputatū habet qui eum a tētationibꝰ defendit: ⁊ in
virtutibꝰ iuuat: ſicut apoſtolus in epiſtola ad Hebꝛeos
ait. Angeli ſunt adminiſtratoꝛij ſpūs in miniſteriū miſſi:
propter eos q̄ hereditatē capiūt ſalutis. Et pſalmiſta de
iuſto quolibet. Angelis ſuis mādauit de te/vt cuſtodiāt
te in oībus vijs tuis: ⁊ in manibus tollent te/ne forte of
fendas ad lapidē pedē tuū. Hinc de Petro in actibꝰ apo
ſtoloꝝ legimꝰ: q: cū ab angelo de carcere eductꝰ ianuaꝫ
pulſare cepiſſet: fideles q̄ cōuenerant dicebāt. Nō eſt Pe
trus ſed angelꝰ eius. Angeli ergo paruuloꝝ ſemꝑ vidēt
faciē prīs: q: ſi ꝓpter nos foꝛas exeūt: vt ab eius viſione
nūꝙ recedāt: ſicut ipſe angelus Raphael ad Tobiā ait.
Tob. xij. Ego ſū vnꝰ de ſeptē ſpiritibꝰ q̄ aſſiſtimꝰ ante deū. Et Da
Dan. vij. niel. Milia miliū miniſtrabāt ei: ⁊ decies cētena milia aſ
ſiſtebāt ei. Angeli em̄ q̄ cuſtodes ſunt vite nr̄e/oꝛōnes ⁊
opera noſtra deo nuntiare creduntur: ſicut angelus ait
Tob. xij. Tobie. Cum oꝛares ego obtuli oꝛationes tuas ante deū.
Dan. x. Et Daniel. Ex die qua poſuiſti coꝛ tuum ad intelligendū
vt te affligeres in conſpectu dei: exaudita ſunt verba tua
et ego veni pꝛopter ſermones tuos. Tu autem.

¶ Sermo in natali ſancti Luce euangeliſte.

CUm in diuinis atqꝫ ſacris voluminibus ſtudioſe lectitādo per
quirerē: ex qua oꝛtꝰ ꝓſapia/a ꝗbꝰ inſtructꝰ:
quoſqꝫ imitatꝰ ſit viros: ꝗbuſue in partibꝰ
beatiſſimꝰ Lucas euāgeliſta ſcripſerit atqꝫ docuerit: q̄ve
pauſauerit: eiuſqꝫ ſacrū depoꝛtatū fuerit cadauer loco: in
ſingulis ſingula reperi: ⁊ poſt pauca de pluribꝰ carpens:
ꝓut ſenſu capere potui ingenioli mei/partim ſtylo ꝓpꝛio ex
plicare conatꝰ ſum: partim aūt ſicut a ꝗbuſdā reperi ſcri
pta doctoꝛibꝰ enarrās: veſtre intētis charitatis auribꝰ no
ſter ſubſequēs ſermo declarabit. Igitꝛ glꝛioſiſſimꝰ apl's et
euāgeliſta Jeſu chꝛiſti Lucas: natiōe Syꝛus Antioche
ſis/arte medicꝰ: apoſtoloꝝ diſcipulꝰ: almificos eoꝝ actꝰ
pꝛout vidit/lucido diſertoqꝫ ſermone ꝓſecutus/in bꝛeui
libello ad chariſſimū ſcripſit Theophilū. Deinde Paulū
ſecutꝰ egregiū doctoꝛē gentiū vſqꝫ ad triūphū paſſionis
eius: quē cū apoſtolo Petro Rome excepit: indiuiduus
comes peregrinationis eius exiſtēs/vbiqꝫ cū eo perman
ſit. Cuius ꝓcipue peregrinationis ⁊ ſacre doctrine geſta
eoꝛūdē annectens apl'oꝝ um libello/ad laudē noīs ⁊ me
moꝛiā ipſoꝝ ⁊ vniuerſalis eccleſie ſtabilimentum texuit.
Dūqꝫ eūdē gloꝛioſiſſimū Paulū: idē venerabilis Lucas
ſequeretur in plurimis terre mariſqꝫ tribulationibus di
gne ab illo huiuſmodi teſtimonij elegantia meruit lau
dari. Sic em̄ Coꝛinthijs ſcribens ait de eo. Salutat vos Col. iiij.
Lucas medicꝰ chariſſimꝰ meus in dño. Et Timotheo il ij. Ti. iiij.
luſtri viro ſcribēs ait. Lucas ſolus mecū eſt. Et in alio lo
co epiſtole ſue ait de illo inter reliqua ſalutationis/eccle
ſie dei q̄ eſt Coꝛinthi: miſimus etiā fratrem noſtrū: cuius
laus eſt in euāgelio ꝑ oēs eccleſias. Nō ſolū aūt oꝛdinatꝰ
eſt ab eccleſijs ſed ⁊ comes peregrinationis noſtre. Ve
re em̄ (vt ita dicā) oīm oꝛe laudabilis eſt hic dñi euāgeli
ſta: q̄ meruit a tāto apl'o ⁊ doctoꝛe gentiū ꝓdicari. Lau
demꝰ ergo eū cū ipſo ⁊ nos pariter chariſſimi: ⁊ conſona
voce coꝛde et oꝛe extollamꝰ: ⁊ verū a deo miſſum medicū
aīarū ꝓdicemꝰ eū. Cuius oīa doctrine vba/nihil aliud re Lucas aīarum medicꝰ eſt.
ſonare videntꝛ/niſi aīe languentis medicinā. Pꝛopterea
nō imerito iſte tale ſoꝛtitus eſt nomē. Lucas quidē coli
ce: in noſtra aūt lingua interꝑtatur cōſurgēs ſiue eleuās.
Recte itaqꝫ cōſurgēs ſiue eleuās dicitꝛ: q̄ terrenis deſpe
ctis ſeſe ad celeſtia cōſurgēdo eleuauit: ⁊ toto mētis co
namine liber expeditusqꝫ eſt dñm ſecutꝰ. Vñ ⁊ eius ꝓdi
care euāgeliū adhuc in ergaſtulo coꝛpoꝛis retētus: ⁊ ſuis
ſequacibus ſcribere eſt dignꝰ habitꝰ: multoſqꝫ etiā verbo
ſue predicationis ad Jeſu chꝛiſti dñi ꝑduxit fidē. O Lu
ca ſanctiſſime euāgeliſta dñica atqꝫ veridica pſonās lōge
lateqꝫ verba: cuiꝰ fragoꝛ eolicis q̄dē pꝛimū intonās auri
bus: gyꝛat penetralia celoꝝ ad inſtar tonitrui: at demū vt
pſalmigraphus ait vates: nō ſolū occiduas vſqꝫ pꝛotēditꝛ
partes/vox oī ſuauitate melliflua: ſed ⁊ in oībus terre fi
nibꝰ pſonuit. O inſignis pꝛeconij ⁊ almitatis euāgelice
lucifer/ab oꝛiētalibus partibꝰ emittens nobis lumen fi
dei ⁊ celeſtis itineris patēter ſcādere volētibus callē de
mōſtrans. O aīe ſalubꝛe medicamētū beatiſſime Luca:
q̄ velut nardi piſtici ꝓcioſi vnguētū redolens: ⁊ interioꝛa
pectoꝛis noſtri arcana ꝑmulcens ad ſemꝑ manſura gau
dia: vbi nullus languoꝛ/nullus doloꝛ: nulluſqꝫ gemitꝰ in
uenitꝛ: voce inceſſabili nos inuitare omnimodo non deſi
ſtis. Recte em̄ hinc verſiculus poete cuiuſdā epigrāma
tis poteſt aptari. Viuere poſt obitū vatē vis noſſe viatoꝛ
Quod legis ecce loquoꝛ: vox tua nēpe mea eſt. Hic pꝛoſus
cū deſcripta eſſent euāgelia: per Mattheū quidē in Ju
dea: per Marcū vo in Italia: iſtigāte ſpūſancto/magis
auditu ꝙ iuſſu: i Achaie bithynieqꝫ partibꝰ hiſtoꝛice ſuū
cōpoſuit euāgeliū attico ſermone: ſicut ab his traditum
habuit q̄ ab initio viderūt: eiqꝫ magiſtri fuerūt ſermones
dei. Incipiēſqꝫ a ſacerdotū regūqꝫ tēpoꝛibꝰ in hūc videli
cet modū. Fuit in diebꝰ Herodis regis ſacerdos quidaꝫ Luce. j.
noīe Zacharias: eam hiſtoꝛiā plena digeſtione ꝓſequitꝛ.
Huius quoqꝫ ſtrenuiſſime euāgeliſte Luce libꝛū cū qua
tuoꝛ euangelioꝝ libꝛis intelligedū/arbitrati ſunt docto
res per vituli ſpeciē figurari. Vitulus deniqꝫ ſacerdota
lis eſt victima/q̄ in redēptoꝛis noſtri immolatione cōple
ta eſt: q̄ pro ſalute totius mūdi in patibulo crucis ſuſpen
ſus: ſemetipſum patri hoſtiā viuā exhibuit. De quo euan
gelista pulchꝛe Seduliꝰ pꝛeſbyter in paſcali deſcriptione Sedulij carmen de ſcō Luca.
carminis: heroico ꝑcurrēs carmine/ait. Jura ſacerdotis
Lucas tenet oꝛe viuēti. Et Paulinus Nolane ſedis ꝓſul
de iſto dñi venerabili viro bene ludens in verſibus ca
nit. Bis medicꝰ Lucas/pꝛius arte deinde loquela. Bis
medicus Lucas/vt quōdam coꝛpoꝛis egros Artus con
ſolidat/et nunc in mentibus egris. Cōpoſuit geminos

Digitized by Google

vite medicamina libros. Nā q̄d plura referā de tam veri
dico eximioq̄ʒ euāgeliſta: q̄ meruit a tantis ac talib⁹ lau
dari doctorib⁹: ſ. eſt Hieronymo: Ambroſio: aliiſq̄ʒ plu-
rimis q̄ muri ſunt eccleſiaꝝ ⁊ eloquētie fontes. Quid ue
digne reſonē ignoro: cū mihi ſi ferrea eſſet vox ⁊ oīm mē
broꝝ meoꝝ artus verterent̄ in linguas pleniter in eius
laude minime explere valerē q̄ meretur. Sed amore tan
ti viri duct⁹/ ⁊ nō preſumptionis temeritatem gerens hō
imperit⁹: ſed quondam fratrū vict⁹ precibus charitatis
hec veſtre dilectioni cōpulſus ſum exarare. Nunc aūt ea
que omiſimus pſequamur. Ecce em̄ vt noſtri oris ratio
roboret̄ eiuſdē inclēti doctoris Ambroſij exēpla/ noſtro
huic cōpēdioſe opuſculo annectem⁹. Sic em̄ dicit. San-
ctiſſimus vir Lucas velut quēdā hiſtoricū tenēs ordinē
plura nobis dn̄i miracula reuelauit: ita t̄n vt oīs ſapiētie
virtutes euāgelioꝝ ſuoꝝ cōplecteret̄ hiſtoria. Quid em̄
precellētius ad ſapiētiā naturalē ꝙ ꝙ ex ſpūſancto etiā
dn̄icam incarnationē extitiſſe reſerauit. Unde et Dauid
naturalē docens ſapientiā ait. Emitte ſpm̄ tuū ⁊ creabū
tur. Docet moralia in eodē euāgelij ſui libro: in illis bea-
titudinibus docēs mores: quēadmodū nō ferire nō re-
cutere verberantē: quēadmodū benefacere/ mutuū da-
re cū deſperatione mercedis: merces em̄ facilius ſequit̄
nō expectātē. Docuit etiā et rationabilia cū lego. Qui fi
delis eſt in minimo: et in maiori fidelis eſt. Quid adhuc
de naturalibus dicā: ꝙ docuit virtutes celoꝝ moueri: do
minū ſolū eſſe vnigenitū filiū dei: in cuius paſſione tene-
bre per diē facte ſunt: terra tremuit: ſol refugiēs/ radios
ſue claritatis abſtraxit. Ergo oēm mūdanā ſibi prudētiā
vēdicauit: ⁊ ſibi principatū ſapiētie vere poſſidet ſpūalis
preſertim tā audacius aliq̄d vſurpans ipſa fide nr̄a: ipm̄
myſteriū trinitatis in hac triplici ſapiētia eſſe poſuit: hoc
eſt naturali/ morali/ rōnali. Si credam⁹ illū naturaliter
patrē q̄ nobis genuit redēptorē: ⁊ illū moralē q̄ patri vſq̄ʒ
ad mortē ſm̄ hoiem obediēs nos redemit: ⁊ illū rationa-
lem q̄ rationē colēde diuinitatis: ⁊ vite regēde humanis
pectoribus infudit. Nulla ergo operationū diſtātia/ nul
la diſcretio eſt: vbi vel in patre vel in filio vel in ſpūſancto
nulla ſecūda plenitudo virtutis eſt. Nūc ad narrationis
ordinem redeamus. Oīs ait dn̄s/ q̄ petit accipit/ ⁊ q̄ q̄rit
inuenit et pulſanti aperiet̄. Aperi ergo nobis pulſantib⁹
dn̄e: q̄ tenes clauē ſciētie: vt aliq̄d adhuc cōgrue in laudē
tanti euangeliſte tui beati Luce/ ad edificationē audiē-
tiū dicere valeam⁹. Igit̄ vt idē dn̄i apl̄s in proemio euā-
gelij ſui teſtatur: plures fuerunt q̄ euāgelicā conati ſunt
ordinare narrationē rerū/ q̄ in nobis cōplete ſunt: ſicut
tradiderūt nobis vt ſuperius dixim⁹: q̄ ab initio viderūt
ſermonē filij dei: ⁊ miniſtrauerūt ei: et perſeuerātia vſq̄ʒ
ad preſens tp̄s monimēta declarāt: q̄ diuerſis auctorib⁹
edita/ diuerſarum hereſum fuerūt principia: vt eſt illud
qđ appellat̄ euāgelium iuxta Egyptios ſm̄ Thomā et
Matthiā ⁊ Bartholomeū: duodecim ꝙ apl̄os/ ac Baſili
dem atq̄ʒ Apellē. ⁊ ceteros q̄s enumerare longū eſt: dū
hoc tantū in preſentia neceſſe eſt dicere/ extitiſſe quoſdā
qui ſine ſpū ⁊ gratia dei conati ſunt ordinare: magis nar
rationē ꝙ hiſtorie texere veritatē. Quib⁹ iure illud ꝓphe
ticū cōgruit. Ue qui ꝓphetant in corde ſuo: q̄ ambulant
poſt ſpm̄ ſuū/ q̄ dicūt: Hec dicit dn̄s: ⁊ dn̄s nō miſit eos.
De quib⁹ ⁊ ſaluator in euāgelio dicit. Oēs qui ante me
venerūt: fures ⁊ latrones fuerūt. Qui venerūt dicit dn̄s
non q̄ miſſi ſunt. In veniētibus pſumptio temeritatis: in
miſſis obſequium ſeruitutis eſt. Eccl̄ia aūt que ſupra pe-
tram dn̄i eſt voce fundata quā adduxit rex in accubitū
ſuum: ⁊ ad quā per foramen deſcenſionis occulte manū
ſuam miſit/ ſimilis hinulo ſeruorum: quatuor fluminum
paradiſi inſtar: eructās de vno fonte q̄tuor euangelia/ ⁊
quatuor anulos: ⁊ angulos habet ꝑ quos q̄ſi arca teſta-
mēti dn̄i lignis imputribilib⁹ vehit̄. Hec eſt ⁊ illa in Za-
charia quadriga q̄ per orbē euecta/ iugo fidei colla cun-
ctarū gētiū ſubijcit. Quatuor preterea pulchra flumina
pulchre dicunt̄ de vno paradiſi procedere fonte: per que
quatuor euāgeliſtarū numerus demōſtratur: ⁊ quatuor
perfecte virtutes. i. prudētia/ tēperantia/ fortitudo/ atq̄ʒ
iuſtitia deſignant̄. Nā ſicut a quatuor ſaluberrimis lucu
lentiſq̄ʒ fluminibus dn̄i irrigat̄ paradiſus: ita et cor nr̄m
irrigat̄ a quatuor euāgeliſtarū inſtrumētis. Ex quo per-
lucido Jeſu chriſti dn̄i fonte/ ſanctus iſte velut Euphra-
tes pcedens: de quo nobis ſermo eſt/ apl̄s Lucas euan-
gelici diſputator libri cor noſtrū ſepius rigare ⁊ madefa-
cere nō ceſſat. Et vt Euphrates fertilis ſeu frugalitas et
vbertas nūcupatur: ita ⁊ iſte magne fertilitatis atq̄ʒ vber
tatis: ſeu euāgelij dogmate ſancte eccleſie toto terrarū
orbe diffuſe: augens verbo doctrine ſue/ fidei incremen-
tum: radio ſue claritatis velut iubar ab ethere veniēs: ac
multorū hoim pectora illuſtrās/ quotidie illuminare nō
deſinit: cū eius verba veluti bonū nūtiū in eccleſia legū-
tur. Euangeliū q̄ppe Attice: Romane bonū nūtiū dicit̄
ſeu noua annūtiatio. Nuntiat em̄ incarnationē ſanctāq̄ʒ
natiuitatē chriſti: paſſionē quoq̄ʒ ac reſurrectionē: necnō
et in celos aſcenſionē: vēturūq̄ʒ eū eſſe ad iudiciū cū gl̄ia
et regno. Hec ſunt q̄ppe ſeptē ſigilla q̄bus Joānes dicit Apoc. v.
librū eſſe ſignatū: quē nullus pōt aprire: neq̄ʒ in celo: neq̄ʒ
ſuper terrā/ neq̄ʒ ſub terra: ⁊ ſignacula eius ſoluere/ niſi
ſolūmodo leo de tribu Juda. i. chriſt⁹. Uel ideo euāgeliū
bonū dicit̄ nūtium: q2 annūtiat regnū poſt laborē/ vitam Euāgelij ratio que ſit.
poſt mortē. Recte ergo hoc ipſum euāgeliū: iſte euāgeli-
ſta Lucas ad eūdē vt prefati ſumus ſcripſit Theophilū:
ad quē ⁊ librū Actuū apoſtoloꝝ. i. ad dei dilectū. Ergo ⁊
tibi cōuenit ſemꝑ quiſq̄s es o hō: q2 ſi deum diligis ad te
ſcriptū eſt euāgeliū. Et ſi ad te ſcriptū eſt/ ſuſcipe precio-
ſiſſimū margaritarū munus euāgeliſte: pignus amici in
penetralibus animi diligenter obſerua. O quale mun⁹
vel quale pign⁹/ ſi cōſideres/ ſi attēdas/ ſi mēte ꝑtractes.
Que ſi bene ⁊ puigil obſeruaueris: ad ſemꝑ manſura gau
dia te felicē perducet: vbi ſociat⁹ angeloꝝ choris inceſſa-
biliter exultabis. Hic etiā beat⁹ Lucas examuſſim dicit̄
greco eloquio eruditus: cui extra ea q̄ euāgelice diſputa
tionis ordo depoſcit/ maximi neceſſitatis laboris fuit: vt
primū grecis fidelib⁹ incarnationē dn̄i noſtri Jeſu chri-
ſti fideli narratione oſtenderet ne vel iudaicis genealo-
gijs intenti/ ſolo legis deſiderio tenerent̄: vel hereticis fa
bulis et ſtultis ſollicitationib⁹ ſeducti/ excedēdo laberen
tur. Deinde velut celeſtis agricola ſemē doctrine ſue in-
numerabiliū mentibus hoim ſerens: ac vomere ſue inſi-
gnis lingue nūtiando exulcans ad creatoris ſui fidē con
uerteret. Duplicatis etem̄ talentis dn̄i ſui/ ⁊ cēteſimū ſe-
cū afferēs fructū: ad gēmea celi pallatia perhenniter regna
turus/ ardētis animi deſiderio ſatagens ꝓperauit. Nā
martyriū ſuo corpori aſſiduis lamētationibus crebriſq̄ʒ
vigilijs mēbra ſua macerās induxit. Hic em̄ ab ipo pueri-
tie ſue tp̄e caſtus oīno perſeuerās: neq̄ʒ vxorē/ neq̄ʒ filios
perhibet̄ habuiſſe. Ideoq̄ʒ nō immerito inter angelorum
agmina: ⁊ gl̄ioſum apoſtoloꝝ choꝝ: inter laudabilē pro-
phetarū numerū/ atq̄ʒ candentia lilia virginū: ⁊ immar-
ceſſibiles roſas martyꝝ et flores coruſcat: omniūq̄ʒ bea-
torum perfruitur conſortijs ſanctoꝝ. Tradūt etiā nōnul
li hunc euangeliſtā vnū eſſe ex illis duobus diſcipulis q̄-
bus in caſtellū Emaus euntibus dn̄s ſe ſociauit: atq̄ʒ in
peregrino habitu ſe oſtendēs: illis ſenſum aperuit: et in
fractione panis vt eū cognoſcerent mirabiliter patrauit.
Hic dū ſeptuageſimū etatis ſue haberet annū: obijt in
Bithynie partib⁹ quintodecimo calēdas nouēbris: ⁊ a
viris catholicis corpus ei⁹ humatū eſt. Cuius ſanctū ca-
dauer pluribus iā euolutis annoꝝ circulis: Cōſtantino
Auguſto regnante/ ad Conſtātinopolitanā vrbē cū glo
ria eſt trāſlatū ⁊ decēter locatū. Ubi quāta ⁊ qualia pro-
digiorum miracula ad nōis ſui laudē: per merita huius
glorioſiſſimi euāgeliſte Luce/ dn̄s Jeſus chriſtus freq̄nē
ter efficiat: quia ad notitiā noſtrā minime peruenerunt
omitto retexere. Hoc autē diuina prouidētia cōſtat actū

Teſtimoniū ſcti Ambroſij de euangelio ſancti Luce

Matt. vij.

Plures ſcripſere euangelia.

Eze. xiij.

Jo. x.

Digitized by Google

vt ſcilicet ꝑ plura depoꝛtatis loca huiꝰ Luce euãgeliſte
venerabilibꝰ reliq̄s/plura ṽtutū ſigna fierēt:pluresq̄ ꝑ
memoꝛiã doctrine et ṽtutis eius ad fidē/ac dilectionē
dñi nr̄i Jeſu chꝛiſti quē ꝑdicauit cōfluerent. Qui cū deo
pr̄e:ſcto q̄ ſpū viuēs regnat ꝑ immēſa ſcl'a ſeculoꝝ. Amē.

¶ De eodem feſto. Luce.X.

¶ In illo tempoꝛe: Deſignauit Jeſus et alios
ſeptuaginta duos:et miſit illos binos ante faciē
ſuam in omnem ciuitatem ⁊ locum quo erat ipſe
venturus. Et dicebat illis: Meſſis quidem mul-
ta:operarij vero pauci. Et reliqua. Homilia bea-
ti Gregoꝛij pape.

Dominus et ſaluatoꝛ
noſter fr̄es chariſſimi:aliqñ nos ſermōibꝰ/ali-
qñ operibꝰ admonet. Ipſa etenī facta eiꝰ p̄ce-
pta ſunt:q2 dū aliq̇d tacitꝰ facit/q̇d agere debeamꝰ inno
Apl'i q̄re teſcit. Ecce enī binos in ꝑdicatione diſcipulos mittit: q2
bini mit- enī duo p̄cepta charitatis/dei vʒ amoꝛ ⁊ ꝓximi: ⁊ mi-
tūtur. nus q̄ inter duos haberi charitas nō pōt:nemo etenim
ꝓpꝛie ad ſeipſuʒ habere charitatē dicit/ſed dilectio ſe ad
alterū tendit:vt eſſe charitas poſſit/binos ad ꝑdicandū
diſcipulos dñs mittit:quatenꝰ hoc nobis tacitus innuat
q2 q̇ charitatē erga alterū nō habet/ꝑdicationis officiuʒ
ſuſcipere nullatenꝰ debet. Bene aūt dicitur:q2 miſit eos
ante faciē ſuã in oēm ciuitatē ⁊ locū quo erat ipſe ventu-
rus. Pꝛedicatoꝛes enī ſuos dñs ſequit̄:q2 pꝛedicatio ꝑue
nit:et tūc ad mētis noſtre habitaculū dñs venit/qñ ṽba
exhoꝛtationis ꝑcurrūt:atq̄ per hec veritas in mēte ſuſci
Eſa.xl. pitur. Hinc nāq̄ eiſdē ꝑdicatoꝛibus Eſaias dicit. Para-
te viã dñi:rectas facite ſemitas dei nr̄i. Hinc illis pſalmi-
ſta ait. Iter facite ei qui aſcendit ſup occaſum. Sup occa
ſum nāq̄ dñs aſcēdit:q2 vnde in paſſione occubuit/inde
maioꝛē gloꝛiã ſuã reſurgēdo manifeſtauit. Sup occaſuʒ
videlicet aſcēdit:q2 moꝛtē quã pertulit reſurgēdo calca-
uit. Ei ergo q̇ aſcēdit ſup occaſum iter facimꝰ cū nos eiꝰ
gl'iam veſtris mētibꝰ pꝛedicamus:vt eas ⁊ ipſe poſt ve-
niens per amoꝛis ſui p̄ſentiã illuſtret. Miſſis aūt pꝛedica
Tex. toꝛibus quid dicat audiamꝰ. ¶ Meſſis quidem multa:
operarij aūt pauci. Rogate ergo dñm meſſis: vt mittat
operarios in meſſem ſuã. Ad meſſeʒ multã operarij pau
ci ſunt:quod ſine graui loqui meroꝛe nō poſſumus:quia
etſi ſunt q̇ bona audiant/deſunt q̇ dicāt. Ecce mūdus ſa-
cerdotibꝰ plenus eſt/ſed tñ in meſſe dei rarus valde inue
nitur operatoꝛ:q2 officiū quidē ſacerdotale ſuſcipimꝰ ſed
opus officij non implemus. Sed p̄ſate fratres mei/pen
Tex. ſate q̇d dicit̄. ¶ Rogate ergo dñm meſſis vt mittat ope-
rarios in meſſem ſuã. Vos pꝛo nobis petite:vt digna vo
bis operari valeamꝰ/ne ab exhoꝛtatione lingua toꝛpeat
ne poſtq̄ pꝛedicationis locū ſuſcipimus/apud iuſtum iu
dicem noſtra nos taciturnitas abducat. Sepe enim pꝛo
ſua nequitia pꝛedicantiū lingua reſtringit̄. Sepe ṽo ex
ſubiectoꝝ culpa agit̄ vt eis qui p̄ſunt ꝑdicationis ſermo
ſubtrahat̄. Ex ſua q̄ppe neq̄tia pꝛedicantis lingua reſtri-
gitur/ſicut pſalmiſta ait. Peccatoꝛi autē dixit deus:qua-
re tu enarras iuſtitias meas? Et rurſum ex vitio ſubiecto
Eze.iij. rū vox pꝛedicantiū ꝓhibet̄:ſicut ad Ezechielem dñs dicit.
Linguã tuã adherere faciã palato tuo:⁊ eris mutꝰ/nec
quaſi vir obiurgãs:q2 domꝰ exaſperãs eſt. Ac ſi aperte di
Pꝛedica cat. Idcirco tibi pꝛedicationis ſermo tollitur:q2 dū me in
tio q̄re ſuis actibus plebs exaſperat:nō eſt digna cui exhoꝛtatio
ſubtrahi veritatis fiat. Ex cuiꝰ ergo vitio ꝑdicatoꝛi ſermo ſubtra-
tur. hitur/nō facile agnoſcit̄:q2 ṽo paſtoꝛis taciturnitas ali-
qñ ſibi:ſemꝑ autē ſubiectis noceat/certiſſime ſcitur. Sʒ
Tex. vtinã ſi ad ꝑdicatiōis ṽtutē nō ſufficiamꝰ. loci nr̄i officiū
innocētia vite teneamꝰ. Nam ſubdit̄. ¶ Ecce ego mitto
vos ſicut agnos inter lupos. Multi enī cū regiminis cu
rã ſuſcipiūt:ad lacerãdos ſubditos inardeſcūt:terroꝛem
poteſtatis exhibēt:⁊ q̇bus ꝓdeſſe debuerāt/nocēt ⁊ quia
charitatis viſcera nō habent/dñi videri appetūt/p̄res ſe
eſſe minime recognoſcūt:humilitatis locū in elationē dña-
tionis immittūt:⁊ ſi qñ extrinſecꝰ blãdiunt̄/intrinſecꝰ ſe-
uiūt. De q̇bus al's ṽitas dicit. Veniūt ad vos in veſtimē- Mat.vij
tis ouiū/intrinſecꝰ aūt ſunt lupi rapaces. Cōtra q̇ oīa cō-
ſiderandū eſt nobis:q2 ſicut agni inter lupos mittimur:
vt ſenſum ſeruãtes innocētie/moꝛſum malitie nō habea-
mus. Qui enī locū ꝑdicatiōis ſuſcipit: mala inferre non
debet/ſʒ tolerare vt ex ipſa ſua mãſuetudine irã ſeuiētiū
mitiget:et peccatoꝛū vulnera in alijs ip̄e afflictionibus vul-
neratus ſanet. Quē ⁊ ſi qñ zelꝰ rectitudinis exigit/vt er
ga ſubiectos ſeuiat furoꝛ ip̄e de amoꝛe fit nō de crudelita
te:q̄tenꝰ ⁊ iura diſcipline foꝛis exhibeat:⁊ intꝰ p̄rna pie-
tate diligat q̇s foꝛis q̇ſi inſequēdo caſtigat. Mō tūc bene
rectoꝛ exhibet cū ſeip̄ʒ diligere ꝑ amoꝛē p̄uatū neſcit: cū
nulla q̇ mūdi ſunt appetit:cū terrene cupiditatꝭ oneribꝰ
nequaq̄ mentis colla ſupponit. Vñ et ſubdit̄. ¶ Nolite Tex.
poꝛtare ſacculū/neq̄ perã/neq̄ calciamēta: ⁊ nemineʒ ꝑ
viã ſalutaueritis. Pꝛedicatoꝛi enī tãta in deo debet eſſe fi Foꝛma
ducia/vt p̄ſentꝭ vite ſumptꝰ q̄uis nō ꝓuideat/tñ ſibi hos ꝑdicato
nō deeſſe certiſſime ſciat:ne dū mēs occupat̄ ad tpalia mi rū euan
nus alijs ꝓuideat eterna. Cui etiã per viã neminē ſaluta gelij.
re cōcedit̄:vt ſub quãta feſtinatiōe iter ꝑdicationis ꝑge-
re debeat oſtēdat̄. Que ſi q̇s ṽba ꝑ allegoꝛiã velit intelli
gi:in ſacculo pecunia clauſa/eſt ſapiētia occulta. Qui igi
tur ſapiētie verbū habet/ſed hoc erogare ꝓximo negli-
git:q̇ſi pecuniã in ſacculo ligatã tenet. Et ſcriptū eſt. Sa Eccli.xli
piētia abſcōdita/⁊ theſaurꝰ occultꝰ: q̇ vtilitas in vtriſq̄?
Quid ṽo ꝑ perã/niſi onera ſeculi:⁊ q̇d hoc loco ꝑ calcia-
mēta niſi moꝛtuoꝝ operū exēpla ſignant̄. Qui ergo offi
ciū pꝛedicationis ſuſcipit:dignū nō eſt vt onꝰ ſecularium
negotioꝛū poꝛtet:ne dū hoc eius colla depꝛimit/ad ꝑdicã
da celeſtia nō aſſurgat:nec debet ſtultoꝝ operū exempla
cōſpicere/ne ſua opa q̇ſi ex moꝛtuis pellibꝰ credat muni-
ri. Sūt etenī multi q̇ prauitatē ſuã ex alienis prauitatibꝰ
tuent̄. Quia enī alios talia feciſſe cōſiderãt/ſe hec face-
re licenter putant. Hi q̇d aliud faciūt/niſi pedes ſuos ex
moꝛtuoꝝ aīaliū munire pellibꝰ conant̄. Oīs enī q̇ ſalu
tat in via/ex occaſione ſalutat itineris:nō ex ſtudio optã
de eiuſdē ſalutis. Qui igitur nō amoꝛe eterne patrie/ſed
pꝛemioꝛū ambitu ſalutē audiētibus ꝑdicat/q̇ſi in itinere
ſalutat:q2 ex occaſione ⁊ nō ex intētione ſalutē audiētibꝰ
exoptat. Sequit̄. ¶ In quãcūq̄ domū intraueritis/pꝛi- Tex.
mū dicite. Pax huic domui. Et ſi ibi fuerit filiꝰ pacis/re-
quieſcet ſuꝑ euʒ pax vr̄a. Sin aūt ad vos reuertet̄/pax q̄
ab oꝛe pꝛedicatoꝛis offert̄:aut requieſcit in domo/ſi in ea fi
lius pacis fuerit:aut ad eundē ꝑdicatoꝛē reuertit̄:q2 aut
erit q̇ſq̄ ꝑdeſtinatus ad vitã/⁊ celeſte verbū ſequitur q̇d
audit/aut ſi nullus audire voluerit/ip̄e ꝑdicatoꝛ ſine fru
ctu nō erit:quia ad eum pax reuertet̄:qm̄ ei a dño pꝛo la-
boꝛe ſui operis recōpenſabit̄. Ecce aūt q̇ ſacculū ⁊ peram
poꝛtare ꝓhibuit ſumptus ⁊ alimēta ex eadē pꝛedicatiōe
cōcedit. Nã ſequitur. ¶ In eadē aūt domo manere/edē- Tex.
tes ⁊ bibētes que apud illos ſunt. Dignꝰ eſt enī operariꝰ
mercede ſua. Si pax noſtra recipit̄/dignū eſt vt in eadeʒ Neceſſa
domo maneamꝰ/edentes ⁊ bibētes que apud illos ſunt ria dãda
vt ab eis terrena ſtipendia cōſequamur/q̇bus pꝛemia vi ꝑdicato
te celeſtis offerimus. Vnde etiã Paulus hec ipſa pꝛo mi ribus.
nimo ſuſcipiēs. dicit. Si nos vobis ſpūalia ſeminauimꝰ
magnū eſt ſi veſtra carnalia metamus. Et notandū q̇d i.Coꝛ.ix.
ſubditur. ¶ Dignus eſt operarius mercede ſua: q2 iã de Tex.
mercede ſunt operis ipſa alimēta ſuſtētatiōis:vt hic mer
ces de laboꝛe ꝑdicationis inchoetur/q̇ illic de veritatis
viſione perficitur. Qua in re conſiderandū eſt:q̄ vni no
ſtro operi due mercedes debent̄:vna in via/altera in pa
tria: vna q̇ nos in laboꝛe ſuſtentat:alia q̇ nos in reſurre-
ctione remuneret. Merces itaq̄ q̇ in pꝛeſenti recipitur:
hoc in nobis debet agere/vt ad ſequētem mercedem ro-
buſtius reddatur. Verus ergo quiſq̄ ꝑdicatoꝛ non idco

Digitized by Google

predicare debet/vt in hoc tꝑe mercedē recipiat: ſed ideo
mercedē reciperet vt ꝑdicare ſubſiſtat. Quiſq; nāq; ideo
ꝑdicat vt hic vel laudis vel muneris mercedē recipiat/
eterna proculdubio mercede ſe priuat. Quiſq; vero per
ea q̄ dicit/ideo placere hoībus appetit: vt dū placet qḋ di
citur per eadē dicta nō ipſe/ſed dn̄s ametur: vel iccirco ter
rena ſtipēdia in ꝑdicatione cōſequitur/ne a ꝑdicatiōis vo
ce per indulgētiā laſſetur/huic ꝓculdubio ad recipiēdam
mercedē nihil obſtat in patria: q: ſumptus ſumpſit in via
Sed quid nos (qḋ tn̄ dicere ſine dolore nō poſſum) quid
nos paſtores agim⁹/q̄ et mercedē cōſeq̄imur: ⁊ tn̄ opera
rij nequaq̄ ſum⁹? Fruct⁹ q̄ppe ſctē eccl'ie in ſtipēdio quo
tidiano percipim⁹: ſed tn̄ pro eterna eccleſia minime in ꝑ
Notate
ꝑlati ec
cleſiaſti
ci.
dicatione laboram⁹. Penſemus cuius dānationis ſit ſi
ne labore hic percipere mercedē laboris. Ecce ex oblatio
ne fideliū viuim⁹: ſed nūquid pro aīab⁹ fidelium labora
mus? Illa in noſtrū ſtipendiū ſumimus/q̄ pro redimen
dis peccatis ſuis fideles obtulerūt: nec tn̄ contra pecca
ta eadē vel orationis ſtudio vel ꝑdicationis vt dignū eſt
inſudamus. Vix pro culpa ſua quēpiā aperta voce repre
hendimus: ⁊ adhuc (qḋ eſt grauī⁹) aliqn̄ ſi pſona in hoc
mūdo potēs ſit/eius forſitā vel errata laudantur: ne ſi ad
uerſetur per iracūdiā mun⁹ ſubtrahat qḋ impēdebat. Sed
Oſee.
iiij.
debemus ſine ceſſatione meminiſſe qḋ de q̄buſdā ſcriptū
eſt. Peccata populi mei comedēt. Cur aūt peccata ppl'i
comedere dicuntur: niſi q: pctā delinquentiū fouent/ne tē
poralia ſtipēdia amittāt? Sed ⁊ nos q̄ ex oblationib⁹ fi
deliū viuim⁹ quas illi ꝓ ſuis peccatis obtulerūt: ſi come
dimus ⁊ tacem⁹/eorū ꝓculdubio pctā māducam⁹. Pen
ſemus ergo cuius ſit apud deū criminis peccatorꝫ ꝑciū
Iob.
xxxi.
māducare: ⁊ nihil cōtra pctm̄ ꝑdicando agere. Audiam⁹
quid de talibus beati Iob voce dr̄. Si aduerſum me ter
ra mea clamat: ⁊ cū ipſa ſulci eius deflent: ſi fruct⁹ ei⁹ cō
edi abſq; pecunia. Terra etenī cōtra poſſeſſorē ſuum cla
mat: qn̄ contra paſtorē ſuū iuſte eccleſia murmurat. Cu
ius etiā ſulci deflent: ſi corda audiētiū q̄ a ꝑcedētib⁹ ſunt
patribus ꝑdicationis voce ⁊ iugo inuectionis exarata:
vident aliq̄d qḋ lugeāt de vita paſtoris. Cuius vꝫ terre
fruct⁹ poſſeſſor bon⁹ ſine pecunia nō māducat: q: diſcre
tus paſtor ꝓrogat talētū verbi/ne ad dānationē ſuā de ec
cleſia ſtipēdiū ſumat alimēti. Tūc enī de terra nr̄a cū pe
cunia fruct⁹ comedim⁹: qn̄ ſumētes eccl'iaſtica ſubſidia
in predicatione laboram⁹. Precones nāq; vēturi iudicis
ſumus. Quis ergo vēturū iudicem nūtiat ſi preco tacet?
Proinde conſiderandū nobis eſt: vt inquātū valet q̄ſq;/
inquātū ſufficit: ⁊ terrorē vēturi iudicij: et dulcedinē re
gni ſuſceptē eccl'ie inſinuare cōtēdat. Et q: vna eademq;
exhortationis voce nō ſufficit ſimul cunctos admonere:
debet ſingulos inquātū valet inſtruere: priuatis locutio
nibus edificare: exhortatione ſimplici fructū in filiorum
Mat. v.
ſuorꝫ cordib⁹ q̄rere. Debem⁹ nāq; penſare cōtinue quod
ap'lis dr̄: ⁊ per ap'los nobis. Vos eſtis ſal terre. Si igitur
ſal ſum⁹: cōdire mētes fideliū debem⁹. Vos igitur q̄ paſto
res eſtis: pēſate q: dei aīalia paſcitis. De quibus profecto
aīalibus deo per pſalmiſtam dicitur. Animalia tua habita
bunt in ea. Et ſepe videm⁹ ꝙ petra ſalis brutis aīalibus
anteponitur: vt ex eadē ſalis petra lābere debeāt ⁊ melio
rari. Quaſi ergo inter bruta aīalia petra ſalis/debet eſſe
ſacerdos in populis. Curare nāq; ſacerdotē neceſſe eſt: q̄
ſingulis dicat/vnūquēq; qualiter moneat: vt q̄ſq̄s ſacer
Predica
tor: quis
verus.
doti iūgitur: qſi ex ſalis tactu eterne vite ſapore cōdiatur.
Sal etenī terre nō ſum⁹ ſi corda audiētiū non condim⁹.
Quod profecto condimētum ille veraciter proximo im
pēdit: q̄ ꝑdicationis verbum nō ſubtrahit. Sed tūc vere
alijs recte ꝑdicam⁹: ſi dicta reb⁹ oſtēdim⁹: ſi noſipſi diui
no amore cōpūgimur: ⁊ humane vite q̄ ſine culpa tranſi
re nequaq̄ pōt/quotidianas maculas lachrymis laua
mus. Tūc aūt de nobis vere cōpungimur: ſi ſtudioſe pa
trū facta penſamus: vt ex cōſpectu illorꝫ gloria in noſtris
oculis/nr̄a nobis vitia ſordeſcāt. Tūc vere cōpungimur/
cū ꝑcepta dei ſtudioſe perſcrutamur: ⁊ per hec proficere
ipſi contēdim⁹: per q̄ iam ꝓfeciſſe nouim⁹ quos venera
mur. Hinc eſt enī qḋ de Moyſe ſcriptum eſt. Poſuit ⁊ la
Exodi.
xxxviij.
brū eneū in quo lauarentur Aaron ⁊ filij eius cū ingrede
rentur in ſanctaſanctorꝫ: qḋ fecit de ſpeculis mulierū: que
excubabāt in oſtio tabernacli. Labrū q̄ppe eneū Moy
ſes ponit in quo ſacerdotes lauari debeant: ⁊ ſanctaſan
ctorū ingredi: q: lex dei prius nos lauari per cōpūctionē
precepit: vt noſtra immūditia ad penetrādā ſecretorum
dei mūditiā nō ſit indigna. Qḋ bene labrum de ſpeculis
mulierū perhibet factū: q̄ ad tabernaculi oſtiū indeſinē
ter excubabāt. Specula q̄ppe mulierū ſunt ꝑcepta dei:
in quib⁹ ſe ſancte aīe ſemꝑ inſpiciūt: et ſi q̄ in eis ſunt fedi
tatis macule deprehendūt cogitationū vitia corrigunt:
et quaſi renitētes vult⁹ velut ex reddita imagine cōpo
nunt: q: dū ꝑceptis diuinis ſolerter intendūt: in eis ꝓcul
dubio/vel quid in ſe celeſti viro placeat/vel q̄d diſpliceat
cognoſcūt. Que q̄diu in hac vita ſunt: eternū taberna
culū ingredi nequaq̄ poſſunt. Sed tamen ad oſtium ta
bernaculi mulieres excubant: q: ſancte anime etiā cum
infirmitate adhuc carnis grauantur/amore tn̄ cōtinuo in
greſſum eterni introitus obſeruāt. Moyſes ergo labrꝫ
ſacerdotibus de ſpeculis mulierū fecit: q: lex dei lauacrū
cōpūctionis peccatorꝫ noſtrorꝫ maculis exhibet dum ea
per que ſctē aīe ſuꝑno ſpōſo placuerūt/intuēda nobis ce
leſtia precepta ꝑbet: q̄bus ſi diligenter intendim⁹/inter
ne noſtre imaginis maculas videm⁹: vidētes autē macu
las in penitentie dolore cōpūgimur: cōpuncti ꝓ quaſi
Obla
tiones
myſtice.
in labio de ſpeculis mulierū lauamur. Eſt aūt valde ne
ceſſariū: vt cū de nobis in cōpūctione afficimur: etiā com
miſſorū nobis vitā nobis celem⁹. Sic ergo nos amaritu
do cōpunctionis afficiat: vt tn̄ a proximorꝫ cuſtodia non
auertat. Quid enī ꝓdeſt ſi amātes noſmetipſos/relinq̄
mus proximos: vel quid rurſum prodeſt ſi amantes vel
zelantes proximos relinquimus noſmetipſos? In orna
mento quippe tabernaculi bis tinctus coccus offerri ꝑci
pitur: vt ante dei oculos charitas noſtra dei et ꝓximi amo
re coleretur. Ille aūt vere ſe diligit: q̄ pure diligit auctorē.
Tūc ergo coccus bis tingitur: qn̄ erga ſe ⁊ proximum ex
amore veritatis animus inflāmatur. Sed inter hec ſciē
dū eſt/vt ſic exerceatur zelus rectitudinis/ꝯtra praua acta
ꝓximorū: quaten⁹ in feruore diſtrictionis nullo modo re
linquatur virt⁹ māſuetudinis. Ira etenī ſacerdotis ne
quaq̄ debet eſſe ꝑceps et perturbata ſed magis ex conſi
lij grauitate mitigata. Exhortari igitur debemus quos
corrigim⁹: ⁊ corrigere q̄s hortam⁹: ne ſi ex vtroq; vnū de
fuerit/vel in feruore/vel in māſuetudine actio ſacerdota
lis nō ſit. Hinc nāq; eſt ꝙ in tēpli miniſterio in baſib⁹ tē
pli/ſculptorio opere/leones ⁊ boues ⁊ cherubin expreſſa
ſunt. Cherubin q̄ppe eſt plenitudo ſciētie. Sed q̄d eſt ꝙ
in baſib⁹ nec leones ſine bobus/nec boues ſine leonib⁹
ſiūt? Quid enī aliud ſignant baſes in tēplo/niſi ſacerdo
tes in eccleſia: q̄ dū ſolicitudinē regiminis tolerāt/quaſi
more baſiū ſuꝑimpoſitū on⁹ portāt. In baſib⁹ igitur chera
bin exprimūtur: q: decet nimirū vt ſacerdotū pectora ple
nitudine ſciē ſint referta. Per leones autē terror ſeueri
tatis: per boues vero patiētia māſuetudinis figuratur.
Itaq; in baſib⁹ nec leones ſine bob⁹/nec boues ſine leo
nib⁹ exprimuntur: q: ſemꝑ in ſacerdotali pectore cū terrore
ſeueritatis cuſtodiri debet virt⁹ māſuetudinis: vt et irā
māſuetudo cōdiat: ⁊ eandē māſuetudinē ne forte diſſolu
ta ſit/zelus diſtrictionis accēdat. Sed iſta cur loq̄mur: cū
adhuc pleroſq; grauari factis atrocibus videamus? Vo
bis enī ſacerdotib⁹ lugēs loquor: q: nōnullos veſtrū cū
ꝑmijs facere ordinationes agnouim⁹/ſpūalē gratiā ven
dere: ⁊ de alienis iniq̄tatib⁹ cū pctī dāno tꝑalia lucra cu
Sacramētoꝝ ratio. dos/ hoc eſt fructuoſos: vt tāto ſint fructuoſiores: quātō fuerint mūdiores. Jā vos mūdi eſtis ꝓpter verbū qđ locutus ſum vobis. Quare nō ait: mūdi eſtis ꝓpter baptiſmū quo abluti eſtis: ſꝫ ait: ꝓpter vbū qđ locut⁹ ſum vobis: niſi q: ⁊ in aqua vbū mūdat? Detrahe vbuꝫ: ⁊ qđ eſt aqua niſi aqua? Accedit vbū ad elemētū/ ⁊ fit ſacramentū: etiā ipm tāq̄ viſibile verbū. Nā hoc vtiq̄ dixerat qñ

Jo.xiij. pedes diſcipulis lauit. Qui lot⁹ eſt nō indiget niſi vt pedes lauet: ſed eſt mūdus tot⁹. Vñ iſta tanta virtus aque vt corpus tāgat ⁊ cor abluat/ niſi faciente vbo: nō q: dr̄/ ſed q: credit̄. Nā ⁊ in ipo vbo aliud eſt ſon⁹ trāſiēs: aliud virtus manēs. Hoc eſt verbū fidei qđ p̄dicam⁹ ait apl's. Quia ſi cōfeſſus fueris in ore tuo/ q: dñs eſt Jeſus: ⁊ cre Rom.x.
diđeris in corde tuo: q: de⁹ ſuſcitauit eū a mortuis/ ſalu⁹ eris. Corde eñ creditur ad iuſtitiā: ore aūt cōfeſſio fit ad ſalutē. Vñ ⁊ in actibus aploꝝ legit̄: Fide mūdans corda Act.xv.
eoꝝ. Et in epl'a ſua beat⁹ Petr⁹. Sic ⁊ vos inq̄t ſaluos j.Pe.iij.
facit baptiſma: nō carnis depoſitio ſordiū/ ſed cōſcientie bone interrogatio. Hoc eſt vbū fidei qđ predicam⁹: quo ſine dubio vt mūdare poſſit/ cōſecrat̄ ⁊ baptiſm⁹. Chriſt⁹ q̄ppe nobiſcū vitis/ cū patre agricola: dilexit eccleſiā: ⁊ ſeipſum tradidit pro ea. Lege apoſtolū et vide quid adiū Ephe.v.
gat. Ut eā ſctificaret inq̄t mūdās eā lauacro aque in verbo. Mundatio igit̄ nequaq̄ fluxu ⁊ labili tribueret̄ elemēto/ niſi adderet̄ in vbo. Hoc vbū fidei tātū valet in eccleſia dei: vt ꝑ ipm credentē/ offerētē/ bñdicentē/ tingētē etiā tātillū mūdet infantē: q̄uis nōdū valentē corde credere ad iuſtitiā/ ⁊ ore cōfiteri ad ſalutē. Totū hoc fit per verbū/ de quo dñs ait. ¶ Jā vos mūdi eſtis ꝓpter verbū Tex.
qđ locut⁹ ſum vobis. Manete inq̄t in me: ⁊ ego in vobis. Nō eo modo illi in ipo ſicut ipſe in illis: vtrūq̄ eñ ꝓdeſt: nō ipſi ſed illis. Ita ſunt q̄ppe in vite palmites: vt viti nō cōferāt/ ſed inde accipiāt vt viuāt. Ita vō vitis eſt in palmitib⁹: vt vitale alimētū ſubminiſtret eis/ non ſumat ab eis: ac ꝑ hoc ⁊ manētem in ſe habere chriſtū ⁊ manere in chriſto: diſcipulis ꝓdeſt vtrūq̄/ non chriſto. Nā p̄ciſo palmite pōt de viua radice ali⁹ pullulare: q̄ aūt p̄ciſus eſt/ ſine radice nō pōt viuere. Deniq̄ adiūgit ⁊ dicit. ¶ Sicut palmes nō pōt ferre fructū a ſemetipo/ niſi māſerit in vite: ſic nec vos/ niſi in me māſeritis. Magna grē cōmēdatio fratres mei. Corda inſtruit humiliū: ora obſtruit ſupboꝝ. Comendatio grē.
Ecce cui ſi audēt reſpōdeāt: q̄ ignorātes dei iuſtitiā et ſuā volētes cōſtituere/ iuſtitie dei nō ſunt ſubiecti. Ecce cui rñdeāt ſibi placētes: ⁊ ad bona opa faciēda/ deum Rom.x.
ſibi neceſſariū nō putātes. Nōne huic reſiſtunt veritati/ hoīes mēte corrupti/ reprobi circa fidē: q̄ reſpōdent ⁊ loquūtur iniquitatē dicētes. A deo habem⁹ q̄ hoīes ſum⁹: ij.Ti.iij.
a nobiſmetipſis aūt q̄ iuſti ſum⁹? Quid dicitis: qđ voſipſos decipitis: nō aſſertores/ ſꝫ p̄cipitatores liberi arbitrij ex alto elationis per inania p̄ſumptionis in profunda ſubmerſi? Nēpe vox veſtra eſt: qđ homo ex ſemetipſo facit iuſtitiā/ hoc eſt altū elationis veſtre. Sed veritas contradicit et dicit. Palmes nō pōt ferre a ſemetipo/ niſi māſerit in vite. Ite nūc per abrupta; ⁊ nō habētes vbi figamini/ ventoſa loquacitate iactamini. Hec ſunt inania p̄ſumptionis veſtre. Sed qđ vos ſequat̄ videte: ⁊ ſi eſt in vobis vll⁹ ſenſus/ horrete. Qui eñ a ſemetipo ſe fructū exiſtimat ferre/ in vite nō eſt. Qui in vite nō eſt/ in chriſto nō eſt. Qui eñ in chriſto nō eſt/ chriſtian⁹ nō eſt. Hec ſūt ꝓfunda ſubmerſionis veſtre. Etiā atq̄ etiam conſiderate: qđ adhuc veritas adiūgat ⁊ dicat. ¶ Ego ſum vitis/ Tex.
et vos palmites. Qui manet in me ⁊ ego in eo/ hic fert fructū multū: q: ſine me nihil poteſtis facere. Ne q̄ſq̄ putaret ſaltē aliquē fructū paruū poſſe a ſeipo palmitē ferre/ cū dixiſſet: hic fert fructū multū/ nō ait: q: ſine me parū poteſtis facere/ ſed nihil poteſtis facere. Siue ergo parū/ ſiue multū/ ſine illo fieri nō poteſt/ ſine quo nihil fieri pōt: q: etſi parū attulerit palmes/ eū purgat agricola vt plus afferat. Tamen niſi in vite māſerit ⁊ vixerit de radice/ quātūlibet fructū a ſemetipſo nō poteſt ferre. Quis aūt chriſtus vitis nō eſſet/ niſi homo eſſet: tamē iſtā gratiam palmitibus nō p̄beret/ niſi etiam de⁹ eſſet. Uerū q: ita ſine gratia nō pōt viui/ vt mors in poteſtate ſit libe
ri arbitrij. ¶ Si qs inq̄t in me non manſerit/ mittet̄ fo Tex.
ras ſicut palmes ⁊ areſcet: ⁊ colligent eum ⁊ in ignē mittent/ ⁊ ardet. Ligna itaq̄ vitis tāto ſunt contēptibiliora ſi in vite non manſerint: quanto glorioſiora ſi manſerint. Deniq̄ ſicut de his etiam per Ezechielem ꝓphetam do Ezec.xv.
minus dicit: p̄ciſa nullis agricolarum vſibus proſunt/

Digitized by Google

nullis ſabilibus operibus deputatur. Unum e duobus
palmiti cōgruit: aut vitis aut ignis. Si in vite non eſt/in
Tex. igne erit. Ut ergo in igne non ſit/in vite ſit. ¶ Si manſe
ritis in me (inquit) ⁊ verba mea in vobis manſerint: qđ/
cūq; volueritis petetis/⁊ fiet vobis. Manendo q̄ppe in
chriſto quid velle poſſunt/niſi qđ cōuenit chriſto? Quid
velle poſſunt manēdo in ſaluatore/niſi qđ non alienum
Concor eſt a ſalute? Aliud quippe volumus/q: ſumus in chriſto:
dia chri/ et aliud volumus/q: ſumus adhuc in hoc ſeculo. De mā/
ſti ⁊ ſan/ ſione nāq; huius ſeculi nobis aliquando ſurrepit: vt hoc
ctorum. petamus qđ nobis non expedire neſcimus. Sed abſit vt
fiat nobis ſi manem⁹ in chriſto: qui non facit qđ petim⁹/
niſi qđ expedit nobis. Manentes ergo in eo cum verba
eius in nobis manent: quodcūq; voluerimus/petim⁹ et
fiet nobis: q: ſi petimus ⁊ nō fiet: nō hoc petimus quod
habet manſio in eo: nec qđ habent verba eius que manēt
in nobis: ſed quod habet cupiditas ⁊ infirmitas carnis:
que nō eſt in eo: ⁊ in qua nō manēt verba eius. Nā vtiq;
ad verba eius pertinet oratio illa quā docuit vbi dicim⁹.
Mat. vi Pater noſter qui es in celis. Ab huius orationib⁹ verbis
et ſenſibus non recedamus petitionibus noſtris: ⁊ quic/
quid petierimus/fiet nobis. Tunc em̄ dicenda ſunt v̄ba
eius in nobis manere: qn̄ facimus q̄ p̄cepit: ⁊ diligimus
que p̄miſit. Quādo aūt verba eius manent in memoria
nec inueniunt̄ in vita: nō computat̄ palmes in vite: q: vi
tam nō attrahit ex radice. Ad hāc differentiā valet quod
Ps. cxi. ſcriptū eſt. Memoria retinētibus mādata eius vt faciāt
ea. Multi em̄ memoria retinēt vt cōtēnant: vel etiā deri/
deant ⁊ oppugnēt ea. In his verba chriſti nō manent: q:
tangūt/⁊ quodāmodo nō coherēt: ⁊ ideo nō erunt in be
neficium/ſed in teſtimonium. Et q: ſic inſunt eis/vt non
maneāt in eis: ad hoc tenētur ab eis/vt iudicent̄ ex eis.

¶ De apoſtolis. Matthei. X.

¶ In illo tempore: Miſit Ieſus duodecim di/
ſcipulos ſuos precipiens eis et dicens. In viam
gentium ne abieritis: et in ciuitates Samarita/
norum ne intraueritis: ſʒ potius ite ad oues que
perierunt domus Iſrael. Et reliqua. Homilia
beati Gregorii pape.

Um conſtet: q: redē/
ptor noſter in mūdo pro redēptione gentium
venit: cū Samaritanos quotidie ad fidē voca
ri cōſpicimus: q̄d eſt quod in predicatiōe diſcipulos mit/
Tex. tens dicit. ¶ In viam gentiū ne abieritis: ⁊ in ciuitates
Samaritanoꝝ ne intraueritis: ſed potius ite ad oues q̄
perierūt dom⁹ Iſrael: niſi hoc qđ ex facti fine colligim⁹
q: prius ſoli Iudee voluit/⁊ poſtmodū cunctis gētibus
predicari: vt dum illa conuerti vocata renueret: predica/
tores ſancti ⁊ ad vocationē gentium per ordinem veni/
rent: quatenus redēptoris noſtri predicatio a propiis re/
pulſa/gentiles populos quaſi extraneos q̄reret: ⁊ quod
Iudeis fiebat in teſtimoniū: hoc gētibus gratie eſſet in/
cremētū. Erāt etiā tunc q̄ de Iudea vocandi eſſent/⁊ de
Allego/ gentibus vocandi non eſſent. Nā in apoſtoloꝝ actib⁹ p̄/
ria pul/ dicante Petro legimus: ⁊ prius Hebreorum tria milia: ⁊
cherria. poſtmodū quinq; milia crediđiſſe. Et cū predicare apo/
ſtoli gētibus in Aſia voluiſſent: per ſpiritū prohibiti eſſe
memorant̄: ⁊ tamen ipſe ſpūs qui prius predicationē p̄/
hibuit: hanc Aſianoꝝ cordib⁹ poſtmodū infudit. Nā diu
eſt q̄ Aſia cūcta iam credidit. Idcirco ergo prius prohi/
buit qđ poſtmodū fecit: q: tūc in illa erant qui ſaluandi
nō erant: tunc in illa erāt/qui nec ad vitam reparari me/
rerētur: ſed tamen vtiliter eis predicationis officiū ſub/
trahitur: ne grauius de contēpta predicatione iudicari
mererētur. Subtili ergo occultoq; iudicio/a quorūdam
aurib⁹ predicatio ſancta ſubtrahitur: quia ſuſcitari p̄ gra
tiam nō merentur. Unde neceſſe eſt fratres chariſſimi/

vt in omne quod agimus/omnipotētis ſuper nos dñi cō
ſilia occulta timeam⁹: ne dū mens noſtra exterius fuſa a
ſua ſe volūtate non reuocat: intus cōtra eam iudex terri
biliter aduerſa diſponat. Quod bene Ps. intuens ait.
Uenite et videte opera dei q̄ terribilis in conſiliis ſuper Ps. lxv.
filios hoīm. Uidit nāq; q̄ alius miſericorditer vocatur:
alius iuſtitia exigente repellitur: et q: alia parcēdo/alia
iraſcēdo dñs diſponit: expauit qđ penetrare non potuit:
et quē nō ſolū inueſtigabilē/ſed etiā in q̄buſdā ſuis ſentē
tiis valde inflexibilē vidit/terribilē in conſiliis memora/
uit. Miſſis autē predicatorib⁹ q̄d precipiatur audiam⁹.
¶ Euntes predicate/dicētes: q: appropinquabit regnum Tex.
celoꝝ. Hoc iam fratres chariſſimi: etiam ſi euāgelium ta
ceat/mūdus clamat. Ruine nāq; illius voces eius ſunt.
Qui em̄ tot attrit⁹ perſecutiōib⁹ a glīa ſua cecidit: qua/
ſi iam nobis e vicino regnū aliud qđ ſequit̄ oſtēdit. Ipſis
iam ⁊ a quibus amatur/amarus eſt. Ipſe eius ruine pre
dicant/q̄ amādus non eſt. Si em̄ ruinā ſui domus quaſ/
ſata minaret̄: quiſq̄s in illa habitaret fugeret: ⁊ qui ſtan/
tē dilexerat: recedere quātocius cadēte feſtinaret. Si
igitur mūdus cadit/⁊ nos eū amando amplectimur/op
primi volumus potius q̄ habitare: q: nulla nos ratio a
ruina illius ſeparat/quos eius paſſiōib⁹ amor ligat. Fa/
cile ergo eſt nūc iam cū deſtructa oīa cernimus: animuʒ
noſtrū ab eius dilectione diſiūgere: ſed hoc in illo tp̄e dif
ficillimū fuit: qm̄ tunc predicare celoꝝ regnuʒ inuiſibile
mittebat̄: cū longe lateq; oēs cernerēt florere regnū ter/
rarū. Unde ⁊ adiūcta ſunt predicatorib⁹ ſanctis miracu/
la/vt fidem verbis daret virtus oſtenſa: ⁊ noua facerent
q̄ noua predicarent: ſicut in hac eadē lectione ſubiungit̄.
¶ Infirmos curate: mortuos ſuſcitate: leproſos mūdate Tex.
demones eiicite. Florente mūdo/creſcente humano ge/
nere diu in hac vita ſubſiſtente carne/exuberante rerum
opulētia: q̄s cū audiret eſſe vitā aliā crederet? Quis inui
ſibilia viſibilibus preferret? Sed ad ſalutem redeūtibus
infirmis: ad vitā reſurgētibus mortuis: carnis mūditiaʒ
recipiētibus leproſis: ereptis a iure immūdoꝝ ſpirituuʒ Ratio
demoniacis: tot viſibilib⁹ miraculis exactis/q̄s nō crede miracu/
ret qđ de inuiſibilib⁹ audiret. Ad hoc q̄ppe viſibilia mi/ lorum vi
racula coruſcant: vt corda vidētiū ad fidē inuiſibiliū per/ ſibilium
trahant: vt p̄ hoc qđ mirū foris agit̄: hoc qđ intus eſt/lō
ge mirabilius eſſe ſentiat̄. Unde nūc quoq; cum fideliuʒ
numeroſitas excreuit: intra ſanctā eccleſiā multi ſunt q̄
vitā virtutū tenēt/⁊ ſigna virtutū nō habēt: q: fruſtra mi
raculū foris oſtendit̄/ſi deeſt qđ intus operet̄. Nā iuxta
magiſtri gentium vocē. Lingue in ſignū ſunt: nō fideli/ j. co. xiiii.
bus/ſed infidelib⁹. Unde ⁊ idē inter predicationis verba
dormiētem cadentēq; de feneſtra Eutichum/a vita fun/ Act. xx.
ditus extinctum/coram cunctis infidelibus orando ſuſci Actuū
tauit. Mitilene adueniens et plenam infidelibus inſulā xxviii.
ſciens/patrē Publii dyſenteria/febribuſq; vexatum oran/
do ſaluauit. Peregrinationis ſue comitem/et ſancte pre
dicationis adiutorem Timotheū ex infirmitate ſtoma/
chi laceſſētem: non verbo curauit/ſed medicinali dicto
reparauit dicens. Modico vino vtere propter ſtomachū j. Timo. v.
et frequentes tuas infirmitates. Qui ergo infirmū infi/
delem vna prece ſaluat: cur ⁊ egrotum ſocium prece non
roborat? Quia nimirum ille foris per miraculum ſaluan
dus erat: qui viuus interius non erat: vt per hoc quod
exterior poteſtas oſtenderet/hunc ad vitam interior vir/
tus animaret. Egrotante autem ſocio fideli/exhibenda
foris ſigna non fuerant: qui ſalubriter intus viuebat. Sʒ
conceſſa poteſtate predicationis/conceſſis virtutum mi
raculis: quid redemptor noſter adiūgat/audiamus.
¶ Gratis accepiſtis/gratis date. Preſciebat nāq; non/ Tex.
nullos hoc ipſum donum ſancti ſpiritus in vſum nego/
tiationis inflectere: et miraculorum ſigna ad auaritie
obſequium declinare. Hinc eſt enim q̄ Simon magus Act. viii.
per impoſitionem manus edita miracula concupiſcens/
percipere donuʒ ſpiritus ſancti pecunia voluit: ſcilicet vt

Digitized by Google

deterius vēderet qđ male comparaſſet. Hinc de templo
Joan.ij. redempto: noſter flagello de reſticulis facto/turbas eie-
cit: cathedras vendentium columbas euertit. Colūbas
quippe vendere/eſt impoſitionē manus qua ſpiritꝰ acci-
pitur: nō ad vite meritum/ſed ad premiū dare. Sed ſunt
nōnulli qui quidē nummorum premia ex ordinatione nō
accipiūt: ⁊ tamē ſacros ordines ꝑ humana gratia largiū-
tur: atq; de largitate eadem laudis ſolūmodo retributio-
nem querūt. Hi nimirū qđ gratis acceptū eſt/gratis nō
tribuunt: q: de impenſo officio ſanctitatis/numū fauoris
expetunt. Unde bene cum iuſtū virū deſcriberet/prophe-
Eſaie ta ait. Qui excutit manꝰ ſuas ab omni munere. Neq; eīm
xxxiij. dicit: qui excutit manꝰ ſuas a munere/ſed adiunxit/ab oī:
quia aliud eſt munꝰ ab obſequio: aliud eſt munus a ma-
Munꝰ nu: aliud munus a lingua. Munus quippe ab obſequio
triplex eſt ſubiectio indebite impenſa: munꝰ a manu eſt pecunia
prohibe- munus a lingua fauor. Qui ergo ſacros ordines tribuit
tur. tunc ab omni munere manus excutit: quando in diuinis
non ſolum nullā pecuniam/ſed etiam humanam gratiā
nō querit. Sed vos fratres chariſſimi quos ſecularis ha-
bitus tenet: cum que ſunt veſtra cognoſcitis/mentis ocu-
los ad veſtra reuocate. Cuncta ergo vos viciſſim gratis
agite: nolite operis veſtri in hoc mundo retributionem
querere: quem cum tanta iam cernitis velocitate defeciſ-
ſe. Sicut mala acta abſcondi vultis ne alij videant. Ita ⁊
bona ne ad humanā laudē appareant cauete. Neq; ma-
la quoquo modo nec bona/pro tēporali retributione fa-
ciatis. Ipſum teſtem veſtri operis querite/quem iudi-
cē ſuſtinetis. Occulta nunc eſſe bona veſtra videat: vt ea
retributionis ſue tempore in publico oſtendat. Sicut car-
ni veſtre ne deficiat cibos quotidie prebetis: ſic mētis ve-
ſtre quotidiana alimenta bona ſint opera. Cibo corpus
paſcitur: pio opere ſpiritꝰ nutriatur. Quod moriture car-
ni tribuitis: victure imperpetuū anime non negetis. Si
quādo enim repentinus ignis habitaculū abſumit: quiſ-
quis eiꝰ poſſeſſor extiterit/rapit qđ valuerit ⁊ fugit. Lu-
crum deputat ſi qđ ſecum ex ignibus tollat. Ecce tribula-
tionū flamma mundū concremat: ⁊ cuncta que in eo ſpe-
cioſa videbātur/finis iam ꝓximus velut ignis deuaſtat.
Lucrum ergo fratres maximū credite: ſi vobiſcum aliqđ
Lucrū de illo rapiatis: ſi quid fugiētes tollitis: ſi hoc qđ perire
maximū remanendo poterat/ad retributionem perpetuā vobis
quale. largiendo ſeruatis. Terrena quippe omnia ſeruando to-
taliter amittimus: ſed bene largiendo ſeruamꝰ. Cū velo-
citate tēpora fugiunt: ad videndū ergo citius iudicē no-
ſtrū/q: cum magna importunitate compellimur: ei ex bo-
nis actibꝰ feſtināter preparemur: adiuuante dño noſtro
Jeſu chriſto: qui viuit ⁊ regnat cum patre in vnitate ⁊c.

De apoſtolis. Joannis. XV.

In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis.
Hec mando vobis vt diligatis inuicem. Si mū-
dus vos odit: ſcitote q: me priorē vobis odio ha-
buit. Et reliq̄. Homilia btī Auguſtini epiſcopi.

In lectione euangeli-
ca que hanc antecedit dixerat dñs. Nō vos me
elegiſtis/ſed ego elegi vos ⁊ poſui vos vt eatis
Joā. xv. ⁊ fructū afferatis: ⁊ fructus veſter maneat: vt quodcūq;
petieritis patrē in noīe meo det vobis. De quibus verbis
iā nos qđ dedit dñs diſſeruiſſe meminiſtis. Hic autē dicit
in lectione quā mō cū recitaretur audiſtis: hec mādo vobis
vt diligatis inuicē. Ac per hoc intelligere debemꝰ: hunc
eſſe fructū noſtrum/de q̄ ait. Ego elegi vos vt eatis ⁊ fru-
ctum afferatis: ⁊ fructꝰ veſter maneat. Et qđ adiunxit: vt
quodcūq; bonū petieritis patrē in nomie meo det vobis
nūc vtiq; dabit nobis ſi diligamꝰ inuicem: cū ⁊ hoc ipſum
ipſe dederit nobis qui nos elegit non habentes fructum
quia nō cū nos elegeramꝰ: ⁊ poſuit nos vt fructū affera-
mus hoc eſt inuicē diligamꝰ. Quē fructū ſine illo habere
nō poſſumꝰ: ſicut palmites facere ſine vite nihil poſſunt.
Charitas ergo eſt fructus noſter/quam diffinit apoſtolꝰ j. Ti. j.
de corde puro ⁊ conſcientia bona ⁊ fide non ficta: hac di-
ligimꝰ inuicē/hac diligimus deū. Neq; eīm vera dilectio-
ne diligeremus inuicē/niſi diligentes deū. Diligit enim
vnuſquiſq; proximū ſuū tāq̄ ſeipſum ſi diligit deū. Nā ſi
deū nō diligit: nō diligit ſeipſū. In his eīm charitatis duobꝰ
preceptis: tota lex pendet ⁊ ꝓphete. Hic eſt fructꝰ noſter Mat.
De fructu itaq; nobis mandans. Hec quippe mādo vo- xxij.
bis vt diligatis inuicem. Unde ⁊ apoſtolus Paulus: cū Tex.
contra opera carnis cōmendare fructum ſpiritus vellet/
a capite hoc poſuit. Fructus inquit ſpiritus charitas eſt. Gal. v.
Ac deinde cetera tāq̄ ex iſto capite exorta vel religata cō-
texuit: q̄ ſunt gaudium/pax/longanimitas/benignitas/
bonitas/fides/manſuetudo/continētia/caſtitas. Quis
autem bene gaudet: qui bonum nō diligit vnde gaudet?
Quis pacem veram/niſi cū illo poteſt habere quem ve-
raciter diligit? Quis eſt longanimis in bono opere perſe- veraꝫ ſi-
ueranter manendo/niſi ferueat diligendo? Quis eſt be- gna vir-
nignus/niſi diligat cui opitulatur? Quis bonus/niſi di- tutum.
ligendo efficiatur? Quis ſalubriter fidelis/niſi ea fide q̄
per dilectionem operatur? Quis manſuetus vtiliter cui
dilectio non moderetur? Quis ab eo continet vnde tur-
patur/niſi diligat vnde honeſtatur? Merito itaq; magi-
ſter bonus dilectionem ſic ſepe cōmēdat: tanq̄ ſola pre-
cipienda ſit: ſine qua non poſſunt prodeſſe cetera bona:
⁊ que nō poteſt haberi ſine ceteris bonis: quibus homo
efficitur bonꝰ. Pro hac autē dilectione patienter debemꝰ
etiam odia mundi ſuſtinere. Neceſſe eſt enim vt nos ode-
rit: quos cernit nolle quod diligit. Sed plurimū nos de
ſeipſo dñs conſolatur: qui cū dixiſſet: hec mando vobis vt
diligatis inuicē: adiecit atq; ait. Si mundus vos odit Tex.
ſcitote q: me priorem vobis odio habuit. Cur ergo ſe mē-
brū ſuper verticem extollit? Recuſas eſſe in corpore/ſi nō
vis odium mundi ſuſtinere cum capite. Si de mūdo Tex.
inq̄t eſſetis mūdus qđ ſuum erat diligeret. Uniuerſe hoc
vtiq; dicit eccle: quā plerūq; etiā ipſiꝰ mundi noīe appel-
lat/ſicut eſt illud. Deus erat in chriſto/mūdū recōcilians ij. Co. v.
ſibi. Itēq; illud. Non venit filius hoīs vt iudicet mūdum Joā. iij.
ſed vt ſaluetur mūdus per ipſum. Totus ergo mūdus ec-
cleſia eſt: ⁊ totꝰ mūdus odit eccleſiā. Mūdus ḡ odit mū-
dum: inimicus recōciliatū/dānatꝰ ſaluatū: inquinatꝰ mū-
datum. Sed iſte mūdus quē deꝰ in chriſto recōciliat ſibi:
⁊ qui per chriſtū ſaluatur: ⁊ cui ꝑ chriſtū omne pctm̄ donatur
de mūdo electꝰ eſt inimico/dānato/cōtaminato. Ex ea-
dem quippe maſſa q̄ ſic tota in Adā periīt fiunt vaſa mi-
ſericordie: in q̄bus eſt mūdus pertinēs ad recōciliationē
quā mūdus odit/ex eadē maſſa/ꝑtinēs ad vaſa ire: q̄ ꝑfe-
cta ſunt ad perditionē. Denique cū dixiſſet dñs: ſi de mūdo
eſſetis: mūdus quod ſuū erat diligeret/cōtinuo ſubiecit.
Quia vero de mūdo nō eſtis: ſed ego elegi vos de mun- Tex.
do: ꝓpterea odit vos mūdus. Ergo ⁊ ipſi inde erāt: vñ vt
nō eſſent/electi ſunt inde: nō meritis ſuis quorum nulla pre-
ceſſerāt bona opera: nō natura q̄ tota fuerat ꝑ liberū ar-
bitriū in ipſa radice viciata: ſed gratuita/hoc eſt vera grā.
Qui eīm de mūdo mundū eligi fecit: qđ eligeret nō inue- Que-
nit. Si autē queratur quō ſe diligat mundus ꝑditionis qui iſtū pul-
odit mundū redēptionis: Diligit ſe falſa dilectione nō vera. chra.
ra: proinde falſo ſe diligit ⁊ vere odit. Qui eīm diligit ini-
quitatē/odit aīam ſuam. Sed diligere ſe dicitur: q̄ iniq̄tatē
qua iniquus eſt diligit: et rurſus odiſſe ſe dicitur qui quod
ei nocet diligit. Odit ergo in ſe naturam/diligit vitium.
Odit quod factus eſt per dei bonitatem: diligit quod in
eo factū eſt per liberam voluntatē. Unde nos quoq; illū
diligere ⁊ prohibemur ſi recte intelligimus et iubemur.
Prohibemur ſcilicet vbi nobis dicitur: nolite diligere mūdū:
iubemur autem vbi nobis dicitur: diligite inimicos vr̃os Joan. ij.
Ipſi ſunt eīm mūdꝰ q̄ nos odit. Ergo ꝓhibemur diligere Luce. vj.
in illo qđ ipſe diligit i ſeipſo: ⁊ iubemur diligere in illo/qđ

ipſe odit in ſeipſo: dei ſcʒ opificium: ⁊ diuerſas bonitatis
ſue conſolationes. Uitiū quippe in illo diligere prohibe-
mur/iubemurq̧ diligere naturā cū ipſe in ſe diligat vitiū
oderitq̧ naturā: vt nos eū ⁊ diligamꝰ ⁊ oderimꝰ recte/cū
Tex. ſeipſe diligat oderitq̧ peruerſe. ¶ Mementote ſermo-
nis mei quē ego dixi vobis: nō eſt ſeruus maioꝛ dn̄o ſuo.
Si me perſecuti ſunt: ⁊ vos perſequentur. Si ſermonem
meū ſeruauerūt/⁊ veſtrū ſeruabūt. Dicendo aūt: non eſt
ſeruus maioꝛ dn̄o ſuo/nōne euidēter oſtendit/quēadmo
dū intelligere debeamus quod ſuperius dixerat: iā non
dicā vos ſeruos? Ecce enim ſeruos eos dicit: nā quid eſt
aliud: nō eſt ſeruus maioꝛ dn̄o ſuo/niſi ſi me pſecuti ſunt
et vos perſequentur? Manifeſtū eſt igit̃ illū ſeruū qui non
Seruus quis ſit ſpiritua-liter. manet in domo in eternū: illū pertinentē ad timoꝛē: queʒ
foꝛas charitas mittit/eſſe intelligendū: vbi dictū eſt: iam
nō dicam vos ſeruos: hic autē vbi dicit̃: nō eſt ſeruus ma
ioꝛ dn̄o ſuo: ſi me pſecuti ſunt: ⁊ vos perſequētur: illum ſi-
gnificari ſeruū pertinētē ad timoꝛē caſtū: qui pmanet in
Mat. xxv. ſeculū ſeculi. Hic em̄ ſeruus eſt auditurꝰ. Euge ſerue bo-
ne intra in gaudiū dn̄i tui. ¶ Sed hec oia inquit facient
Tex. vobis ꝓpter nomē meū: q2 neſciunt euʒ q̄ me miſit. Que
oia facient niſi que dixit: odio habebūt ſcʒ ⁊ perſequētur
ſermonēq̧ contēnent? Nā ſi ſermonē nō ſeruarent eoꝝ:
nec tamē odiſſent eos/neq̧ perſequerent̃: vel etiā ſi odiſ-
ſent/nec t̄n perſequerent̃: non oia facerent. Hec aūt oia
faciēt vobis inquit ꝓpter nomē meū. Quid eſt aliud dice
re q̄ me in vobis odio habebūt: me in vobis perſequent̃
⁊ ſermonē veſtrum/q2 meus eſt: ideo non ſeruabūt. Hec
em̄ oia facient vobis ꝓpter nomē meū/non veſtrum/ſed
meū. Tanto igitur miſerioꝛes: q̄ propter hoc nomē iſta fa
ciūt: quanto beatioꝛes q̄ ꝓpter hoc nomen iſta patiūtur:
Mat. v. ſicut ipſe alio loco dicit. Beati qui perſecutionē patiunt̃
ꝓpter iuſtitiā: hoc eſt em̄ ꝓpter me/vel ꝓpter nomē meū
j. Coꝛ. j. Quia ſicut docet apl's: factꝰ eſt nobis ſapiētia a deo ⁊ ſan
ctificatio ⁊ redēptio: vt quēadmodū ſcriptū eſt. Qui glo
riatur in dn̄o gloꝛiet̃. Faciūt quippe iſta mali malis: ſʒ nō
ꝓpter iuſtitiā: ⁊ ideo miſeri vtrinq̧: ⁊ q̄ faciunt/⁊ qui pa
tiunt̃. Faciūt ⁊ boni malis: vbi et̄ſi faciūt iſti ꝓpter iuſti-
tiā/nō t̄n illi ꝓpter iuſtitiā patiunt̃. Sed queri pōt: ſi etiā
mali pſecutionē faciūt malis: ſicut impij reges ⁊ iudices:
cū eſſent pſecutoꝛes pioꝝ/vtiq̧ ⁊ homicidas ⁊ adulteros
⁊ quoſcūq̧ maleficos q̄s cōtra leges publicas feciſſe co-
gnoſcerēt puniebant: quō intelligendū eſt quod ait dn̄s.
Tex. ¶ Si de mūdo fuiſſetis: mūdus quod ſuuʒ eſt/diligeret.
Neq̧ em̄ q̄s punit mūdus/diligit: a quo videmꝰ ſupradi-
cta ſcelerū genera plerūq̧ puniri: niſi quia mūdus eſt in
eis/a q̄bꝰ talia ſcelera vel puniunt̃ vel patiunt̃: mūdus ⁊
in eis a q̄bꝰ talia ſcelera diligunt̃. Mundus itaq̧ ille qui
intelligit̃ in malis atq̧ impijs: ⁊ odit qđ ſuū eſt ex ea par
te hoim q̄ ſceleratis nocet: ⁊ diligit qđ ſuū eſt/ex ea parte
hoim qua eiſdē ipſis cōſceleratis fauet. Ergo hec oia fa-
cient vobis ꝓpter nomē meū: vel ita dictum eſt ꝓpter qđ
vos patimini: vel ita ꝓpter qđ ⁊ ipſi faciūt: q2 ⁊ hoc in vo
Tex. bis dn̄i perſequunt̃ oderūt. Et addidit. ¶ Quia neſciunt
eū q̄ me miſit. Hoc ſm eā ſciētiā dictū itelligēdū eſt: de q̄
Cōſum-mata ſci-entia. ⁊ alibi ſcriptū eſt. Scire aūt te ſenſus eſt cōſummatꝰ. Hac
quippe ſciētia qua ſciūt patrē a q̄ miſſus eſt chꝛiſtus: nul-
lo modo pſequunt̃ eos q̄s colligit chꝛiſtꝰ: q2 ⁊ ipi cum eis
Tex. colligūt̃ a chꝛiſto. ¶ Si nō veniſſem ⁊ locutꝰ eis fuiſſem
pct̄m nō haberēt. Superiꝰ dixerat dn̄s: ſi me pſecuti ſunt
⁊ vos pſequētur: ſi ſermonē meū ſeruauerūt et veſtrū ſer-
uabūt: ſed hec oia faciēt vobis ꝓpter nomē meū: quia ne
ſciunt eū qui me miſit. De q̄bꝰ autē hoc dixerit ſi q̄ramus
inuenimꝰ eū ad hec v̄ba veniſſe/ab eo qđ dixerat: ſi mun
dus vos odit: ſcitote quia me prioꝛeʒ vobis odio habuit.
Nūc vero qđ addidit: ſi nō veniſſem ⁊ locutꝰ fuiſſem eis.
peccatū non haberēt: iudeos oſtendit expꝛeſſius. De his
ergo ⁊ illa dicebat: nam hoc indicat verboꝛum ipſa con-
textio. Iudei ergo perſecuti ſunt chꝛiſtū: qđ euidētiſſime
indicat euangeliū: iudeis locutus eſt chꝛiſtꝰ/non alijs gē
tibus. In eis ergo voluit intelligi mūdū: q̄ odit chꝛiſtū et
diſcipulos eius: immo vero nō eos ſolos: ſed hos quoq̧
ad eundē mundū pertinere monſtrauit. Quid eſt ergo:
ſi nō veniſſem: ⁊ locutus eis fuiſſem peccatum non habe
rent? Nunquid ſine peccato erant iudei anteq̄ chꝛiſtꝰ ad
eos in carne veniſſet? Quis hoc vel ſtultiſſimus dixerit?
Sed magnū quoddā peccatū non omne peccatū/quaſi
ſub generali noīe vult intelligi. Hoc eſt em̄ peccatuʒ quo
tenentur cūcta peccata: quod vnuſquiſq̧ ſi non habeat
dimittunt̃ ei cuncta peccata. Hoc eſt autem: q2 non credi
derunt in chꝛiſtū/qui propterea venit/vt credatur in eū.
Hoc peccatū ſi nō veniſſet: non vtiq̧ haberēt. Aduentus
quippe eiꝰ quantū credētibꝰ ſalutaris/tantū non credēti
bus exitiabilis factus eſt: tanq̄ et ipſe caput et pꝛinceps
apoſtoloꝝ quod de ſe ipſi dixerūt extiterit: quibuſdā qui-
dem odoꝛ vite in vitā: quibuſdā vero odoꝛ moꝛtis in moꝛ- ij. Coꝛ. ij.
tem. Sed qđ adiungit atq̧ ait. ¶ Nūc aūt excuſationem Tex.
nō habēt de peccato ſuo: pōt mouere querētes/vtrum hi
ad q̄s nō venit chꝛiſtꝰ/nec locutus eſt eis: habeant excu-
ſationē de peccato ſuo. Si em̄ nō h̄nt/cur hic dictū eſt/ꝓ-
pterea iſtos nō habere: q2 venit ⁊ locutꝰ eſt eis? Si auteʒ
habēt: vtrū ad hoc habeant vt a penis alienent̃: an vt mi
tius puniātur? Ad hec inquiſita (pꝛo captu meo dn̄o do-
nante) reſpōdeo: habere illos excuſationē/non de omni
peccato ſuo/ſed de hoc pct̄ō quo in chꝛiſtū nō crediderūt Que-ſtio ſol-uitur.
ad quos nō venit et quibus nō eſt locutꝰ. Sed non in eo
ſunt numero hi ad q̄s in diſcipulis venit: ⁊ q̄bus per diſci
pulos eſt locutꝰ: qđ ⁊ nunc facit. Nam per eccleſiaʒ ſuam
venit ad gentes: ⁊ per eccleſiam ſuaʒ loquitur gentibus.
Ad hoc em̄ ꝑtinet qđ ait. Qui vos recipit/me recipit: et
qui vos ſpernit/me ſpernit. An vultis (inquit apoſtolus
Paulus) experimentum accipere/eius qui in me loquit̃
chꝛiſtus? Reſtat inquirere vtrum hi qui pꝛius q̄ chꝛiſtus
in eccleſiam veniret ad gentes: ⁊ pꝛius q̄ euangeliū eius
audirent: vite huius ſiue preuenti ſunt ſiue preueniūtur:
poſſunt habere hanc excuſationem? Poſſunt plane: ſed Roꝫ. ij.
nō ideo poſſunt effugere damnationē. Quicūq̧ em̄ ſine
lege peccauerunt/ſine lege ⁊ peribunt: ⁊ quicūq̧ in lege
peccauerūt/per legem iudicabunt̃. Tanta eſt autem ſup
plicioꝝ/quanta eſt diuerſitas peccatoꝝ. Que quomodo
ſe habeat/altius iudicat ſapientia diuina: q̄ coniectura
ſcrutatur aut effatur humana. Iſti certe ad quos venit ⁊
quibus locutus eſt chꝛiſtus: non habent de magno infi-
delitatis peccato illam excuſationem: qua poſſent dice-
re non vidimus/non audiuimus/ſiue non acceptaretur
excuſatio ab illo/cuius inſcrutabilia ſunt iudicia/ſiue ac
ceptaretur/et̄ſi non ab omni damnatione liberarentur/
certe vt aliquanto lenius damnaretur. ¶ Qui me odit Tex.
inquit: ⁊ patrem meum odit. Hic nobis foꝛtaſſe dicatur.
Quis poteſt odiſſe quem neſcit? Et vtiq̧ anteq̄ diceret:
ſi non veniſſem ⁊ locutus eis fuiſſem/peccatum non ha Tex.
berent/dixerat diſcipulis ſuis. ¶ Hec faciēt vobis: quia
neſciunt eum qui me miſit. Non itaq̧ diſſimulanda na-
ſcitur q̄ſtio: quomodo poſſint odiſſe quē neſciunt? Si em̄
deum non quod eſt ipſe: ſed neſcio quid aliud eum ſuſpi-
cantur aut credunt: ⁊ hoc oderunt: vtiq̧ non ipſum ode-
runt: ſed quod ſua mendaci ſuſpicione vel vana credulita
te concipiūt. Si autem quod eſt hoc de illo ſentiūt: quo-
modo eum neſcire dicuntur? Et de hominibus quidē fie
ri poteſt: vt eos ſepe quos nūq̄ vidimus diligamus: ac ꝑ
hoc nec illud ecōtrario impoſſibile eſt: vt eos quos nūq̄
vidimus oderimus. Fama quippe de aliquo ſermocinā-
te ſeu bene ſeu male: fit nō immerito: vt amemus vel ode
rimus ignotum. Sed ſi fama ſit verax: quomodo eſt de q̄
vera didicimus/dicendus ignotus? An quia eius faciem
non vidimus? Quam cum ⁊ ipſe non videat: nulli tamē
poteſt notioꝛ eſſe q̄ ſibi. Non igit̃ in eius facie coꝛpoꝛa-
li nobis intimatur cuiuſq̧ notitia. Sed tūc nobis ad co
gnitionem patet: q̄n eius moꝛes ⁊ vita non latent. Alio-
qn nec ſeipm̄ noſſe q̄ſq̄ pōt: q̄ videre faciē ſuā non poteſt.

Digitized by Google

Sed vtiq̄ tanto certius q̄ not⁹ eſt alijs ipſe ſe nouit: quā
to certius interiori cōſpectu pōt videre quod ſapit: vide/
re qđ cupit: videre qđ viuit. Que cū aperiunt̄ ⁊ nobis tūc
vere fit cognitus nobis. Proinde ſicut fieri pōt/ vt homo
bonus hoīem bonū oderit neſciēs: vel potius diligat ne/
ſciens: ipſum eñ diligit cum bonū diligit: q: id qđ eſt ille
hoc iſte diligit: oderit autē neſciēs nō ipſum: ſed qđ putat
eſſe ipm̄. Ita fieri pōt: vt etiā hō iniuſtus oderit hoīem
iuſtū: ⁊ dū eſtimat ſe ſui ſimilē iniuſtū diligere/ neſciens di
ligat iuſtum: ⁊ tñ dum eū credit iniuſtū/ diligat nō ipſum
ſed qđ putat eſſe ipm̄: queadmodū autē hoīem: ita ⁊ deū.
Deniq̄ ſi interrogarent̄ iudei: vtrū diligerēt deum: quid
ſe aliud q̄ diligere reſpōderēt? Nec ex aio mētientes/ ſed
errādo potius opinātes. Quō eñ diligerēt patrē verita/
tis qui haberent odio veritatē? Nolūt eñ facta ſua dāna
Iudeoꝝ ri: ⁊ hoc habet veritas/ vt talia facta dānentur. Tantum
reprehē/ ergo oderunt veritatem: quantum oderunt ſuas penas:
ſio. quas talibus irrogat veritas. Neſciūt aūt illam eſſe veri/
tatem: que tales quales ipi ſunt damnat. Oderunt ergo
quam neſciunt: ⁊ cum illā oderūt profecto ⁊ eū de quo na
ta eſt/ niſi odiſſe nō poſſunt. Ac per hoc q: veritatem qua
iudicante dānantur: de patre deo natam neſciunt: vtiq̄
etiā ipſum ⁊ neſciunt ⁊ oderūt. O miſeros homines/ qui
cum eſſe volunt mali: nolūt eſſe veritatem qua dānantur
mali. Nolunt eñ eam eſſe quod eſt: cū ſeipſos debeāt nol
le eſſe quod ſunt: vt ipſa manēte mutentur/ ne ipſa iudicā
Tex. te damnent̄. Deinde dñs addidit. ❡ Si opera nō feciſſē
in eis que nemo ali⁹ fecit peccatū non haberent. Pecca/
tum ſcilicet illud magnū/ de quo ⁊ ſuperius ait: ſi non ve/
niſſem ⁊ locutus eis fuiſſem/ peccatū non haberent: hoc
eſt peccatū quo in eum loquentē ⁊ operantem non credi
derūt. Neq̄ eñ nullū habebāt peccatū/ anteq̄ loqueret̄
eis ⁊ operaret̄ in eis: ſed hoc peccatū quo in eū non credi
derūt/ ideo ſic cōmemorat̄: quia ipſo peccato tenentur et
cetera. Hoc eñ ſi nō haberent/ ⁊ in eū crederent: dimitte
rentur ⁊ cetera. Sed quid eſt hoc quod cū dixiſſet: ſi opa
non feciſſem in eis/ mox addidit: q̄ nemo alius fecit? Nul
la quippe in operib⁹ chriſti vident̄ eſſe maiora q̄ ſuſcita/
tio mortuoꝝ: quod ſcim⁹ etiā antiquos feciſſe ꝓphetas.
Fecit enim hoc Helias: fecit Heliſe⁹: et cum in hac carne
viueret: et cum in ſuo monumēto ſepultus iaceret. Nam
quidam portantes mortuum: cum irruentibus hoſtibus
iiij. Reg. eo refugiſſent/ eūq̄ ibi poſuiſſent: cōtinuo reſurrexit. Fe/
xvij. cit tamen aliqua chriſtus que nemo alius fecit: q̄ ſcilicet
iiij. reg. quinq̄ milia hoim de quinq̄: ⁊ quatuor milia de ſeptem
iiij. panib⁹ pauit: q̄ ſuper aquas ambulauit/ et Petro vt hoc
iiij. Re/ faceret preſtitit: q̄ aquā mutauit in vinū: q̄ aperuit oc'os
gū. xiij. ceci nati: ⁊ alia multa que cōmemorare lōgū eſt. Sed re/
mat. xiiij ſpondetur nobis: ⁊ alios feciſſe q̄ ipſe nō fecit: et q̄ nemo
Mat. xv alius fecit. Quis eñ niſi Moyſes Egyptios plagis tot
mat. xiiij tātiſq̄ ꝑcuſſit: diuiſo mari rubro/ populū duxit: manna de
Ioan. ij. celo eſurientib⁹ impetrauit: aquā de petra ſitientib⁹ fudit?
Ioan. ix. Quis niſi Ieſu naue populo trāſituro Iordanis fluēta
Exo. vij. diuiſit: ⁊ currentē ſolē emiſſa ad dñm oratione frenauit ⁊ ſi/
exo. xiiij. xit? Quis p̄ter Samſonē ꝓpter ſuā ſitim maxilla mortui
Exo. xvi. aſini exudante ſatiatus eſt? Quis preter Heliam curru
exo. xvij. igneo in alta ſubuectus eſt? Quis preter Heliſeū quod
Ioſue. iiij pauloante memoraui: ſepulto ſuo cadauere/ cadauer al/
Ioſue. x. terius reddidit vite? Quis preter Danielē inter ora inclu
iudic. xv. ſorum ſecū leonū eſurientiū vixit innocuus? Quis p̄ter
iiij. re. ij. tres viros Ananiā/ Azariā/ Miſaelē/ in flāmis ardētib⁹
iiij. regū ⁊ non vrentib⁹ deambulauit illeſus? Pretereo cetera qm̄
xiij. hec ſatis arbitror eſſe quib⁹ demonſtret̄/ ⁊ alios ſanctos
Dañ. vi. quedā opera mirāda feciſſe: que nemo alius fecit. Sed q̄
Dañ. iij. tam multa vitia ⁊ malas valitudines vexationeſq̄ mor/
taliū tāta poteſtate ſanaret: nullus oino legit̄ antiquoꝝ.
Ut eñ taceant̄ q̄ iubēdo ſicut occurrebāt ſaluos ſingu/
Mar. i. los fecit: Marc⁹ euāgeliſta quodā loco ait. Veſpere aūt
facto cū occidiſſet ſol: afferebāt ad eū oēs male habētes
et demonia habentes: et erat ois ciuitas congregata ad
ianuam: ⁊ curauit multos qui vexabantur varijs lāguo/
ribus: et demonia multa ejciebat. Id autem cum comme/
moraſſet Mattheus: etiā teſtimonium ꝓpheticum addi
dit/ dicens. Ut adimpleret̄ quod dictum eſt ꝑ Eſaiā pro/ Mat.
phetam/ dicentem. Ipſe infirmitates noſtras recepit: et viij.
egrotationes portauit. Item in alio loco dicit Marcus. Eſa. liij.
Et quocūq̄ introibat in vicos/ vel in villas/ aut in ciui/ Mar. vi
tates: in plateis ponebant infirmos: ⁊ deprecabantur eū
vt vel fimbriā veſtimēti eius tangerent: ⁊ quotquot tan/
gebant eū/ ſalui fiebant. Hec nemo alius fecit in eis. Si
eñ intelligendū eſt quod ait in eis: nō inter eos vel corā
eis prorſus in eis/ q: ſanauit eos. Hec quippe intelligi vo
luit: que non ſolū facerent admirationem/ verūetiā ma/
nifeſtā conferrēt ſalutē: pro quibus bñficijs vtiq̄ amorē/
nō odiū retribuere debuerūt. Oia quidē ceteroꝝ mira/
cula ſuperat/ q̄ natus eſt de virgine/ matriſq̄ integritatē Miracu
ſolus potuit nec cōcept⁹ violare nec nat⁹: ſed hoc nec co/ lū Ieſu
rā eis factū eſt nec in eis. Ad cognoſcendā quippe huius maximū
miraculi veritatē: nec cōmuni cū eis aſpectu/ ſed diſcreto
ab eis diſcipulatu apoſtoli ꝑuenerūt. Iā vero illud quod
die tertia i carne in qua occiſus fuerat/ de ſepulcro ſe red
didit viuū: ⁊ nūq̄ deinde moritur⁹ cū illa aſcendit in celū
ſuperat etiā cūcta q̄ fecit. Sed neq̄ hoc factum eſt in Iu
deis neq̄ corā eis ⁊ nondū hoc fecerat qñ dicebat: ſi opa
nō feciſſem in eis q̄ nemo alius fecit. Nimirū ꝗ ſunt illa q̄
in eoꝝ valitudinib⁹ tāta miracula ſalutis oſtēdit: quāta
in illis antea nemo donauit. Hec eñ viderunt: et hoc eis
exprobrans adiungit ⁊ dixit. ❡ Nūc autē ⁊ viderūt ⁊ ode Tex.
runt ⁊ me ⁊ patrē meū. Sed vt impleatur ſermo qui in le
ge eorum ſcript⁹ eſt: q: odio habuerūt me gratis. Eoꝝ le
gem dicit non ab ipſis inuentā/ ſed ipſis datam: ſicut dici
mus. Panem noſtrū quotidianū: quē tamen a deo peti Mat. vi
mus/ addendo/ da nobis. Gratis autē odit q̄ nullum ex
odio cōmodū querit nec incōmodum fugit. Sic oderūt
deum impij: ſic diligunt iuſti. Hoc eſt gratis: vt alia p̄ter
illū non expectent bona: qm̄ ipſe erit in oibus oia: quiſq̄s
vero altius attēderit chriſtū dicentē: ſi opa non feciſſem
in eis q̄ nemo alius fecit: ſed hec ⁊ ſi pater aut ſpiritusſan
ctus fecit/ nemo ali⁹ fecit: q: totius trinitatis vna eſt ſub/
ſtantia inueniet ipſum feciſſe/ ſi qñ quiſpiā homo dei tale
aliquid fecit. Poteſt quippe ipſe cuncta ꝑ ſeipſum: nemo
autē pōt aliq̄d ſine ipſo. Chriſtus nāq̄ cū patre ⁊ ſpūſan/
cto nō tres dij: ſed vnus deus: de quo ſcriptū eſt. Benedi/
ctus dñs deus Iſrael/ qui facit mirabilia ſolus. Nemo ꝗ
ali⁹ fecit q̄cūq̄ in eis opa fecit: qm̄ q̄ſq̄s ali⁹ hō aliq̄d eoꝝ
fecit/ ipo faciente fecit: hec aūt ipe nō illis faciētib⁹ fecit.

❡ De apoſtolis. Ioannis. XV.

❡ In illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis.
Hoc eſt preceptū meum vt diligatis inuicē: ſicut
dilexi vos. Et reliq̄. Homilia btī Gregorij pape.

DUm cuncta ſacra elo
quia dñicis plena ſunt preceptis: q̄d eſt quod
de dilectione quaſi de ſingulari mādato dñs
dicit. ❡ Hoc eſt ꝓceptū meū vt diligatis inuicē: niſi quia
omne mandatū ex ſola dilectione eſt: ⁊ oia ꝓcepta vnum Tex.
ſunt? Quia q̄cq̄d ꝑcipit̄: in ſola charitate ſolidat̄. Ut eñ
multi arboris rami ex vna radice ꝓdeūt: ſic mlte v̄tutes
ex vna charitate generant̄. Nec hȝ aliq̄d viriditatis ram⁹
boni opis/ ſi non manet in radice charitatis. Precepta ꝗ
dñica: ⁊ multa ſunt ⁊ vnū. Multa ꝑ diuerſitatē opis: vnū
in radice dilectiōis. Qualiter aūt iſta dilectio tenēda ſit
ipſe inſinuat: q̄ in pleriſq̄ ſcripture ſue ſentētijs ⁊ amicos
iubet diligi in ſe/ ⁊ inimicos ꝓpter ſe. Ille enim veraciter Prece/
charitatē hȝ/ q̄ ⁊ amicū diligit in deo: ⁊ inimicū diligit pro/ pta dñi
pter deū. Nam ſunt nōnulli qui diligūt ꝓximos ſed per multa et
affectū cognatiōis ⁊ carnis: qb⁹ tñ in hac dilectiōe ſacra vnum.
eloq̄a nō contradicūt. Sed aliud eſt qđ ſponte impendit̄

Digitized by Google

nature:aliud qđ preceptis dñicis ex charitate debet obe
diētie. Hi nimirū ⁊ proximū diligūt:⁊ tñ illa ſublimia di
lectionis p̄mia nō aſſequunt:q: amorē ſuum nō ſpiritua
liter/ſed carnaliter impendūt. Proinde cū dñs diceret:h
eſt p̄ceptū meū/vt diligatis inuicē:protin⁹ addidit/ſicut
dilexi vos. Ac ſi aperte dicat. Ad hoc amate/ad qđ ama
ui vos. Qua in re fratres chariſſimi ſolerter intuēdum
eſt/ꝙ antiquus hoſtis dū mentes nr̄as ad rerū tp̄aliū di
lectionē trahit/infirmiorē contra nos ꝓximū excitat:qui
ea ipſa que diligim⁹ auferre moliat. Nec curat antiquus
hoſtis hec faciēs vt terrena tollat:ſed vt charitatē in no
bis feriat. Nā in odio repente exardeſcim⁹:et dū foris in
uicti eſſe cupimus/intus grauiter ferimur. Dū parua fo
ris defendim⁹/intus amittim⁹ maxima:q: dū rē diligim⁹
tēporalē/verā amittim⁹ dilectionē. Ois quippe q̄ noſtra
tollit inimic⁹ eſt. Sed ſi odio ceperim⁹ habere inimicum
intus eſt qđ perdim⁹. Cū ḡ aliqđ exterius a ꝓximo pati
mur:contra occultū raptorē interius vigilem⁹: qui nūq̄
melius vincit/niſi cū raptor exteri⁹ amatur. Una quippe
Proba- ⁊ ſumma eſt ꝓbatio charitatis:ſi ⁊ ipſe diligit qui aduer
tio ſum- ſatur. Hinc eſt ꝙ ipſa veritas ⁊ crucis patibulū ſuſtinet:⁊
me cha- tamen ipſis ſuis ꝑſecutorib⁹ affectū dilectionis impēdit/
ritatis. dicens. Pater ignoſce illis:q: neſciūt quid faciūt. Quid
ḡ mirū ſi inimicos diligāt diſcipuli dū viuunt:qñ ⁊ tūc ini
micos diligit magiſter cū occidit. Cui⁹ dilectiōis ſummā
Tex. exprimit cū ſubiūgit. ¶ Maiorē hac dilectione nemo hꝫ
q̄ vt aiam ſuam ponat q̄s pro amicis ſuis. Mori etiā pro
inimicis dñs venerat:⁊ tñ poſiturū ſe aiam pro amicis di
cebat:vt ꝑfecto nobis oſtenderet:q: dum diligēdo lucrū
de inimicis facere poſſumus/etiā ipſi amici ſunt q̄ perſe
quūtur. Sed ecce nos vſq; ad mortē nemo ꝑſequit. Un̄ ḡ
ꝓbare poſſum⁹/an diligim⁹ amicos? Sed eſt qđ in pace
ſancte eccleſie fieri debeat:vnde clareſcat:ſi perſecutionis
tp̄e mori ꝓ dilectiōe valeam⁹. Certe iſdem Joānes dicit.
j. Joā. iij Qui habuerit ſubſtantiā mūdi huius ⁊ viderit ꝓximum
ſuū neceſſitatē patientē:⁊ clauſerit viſcera ſua ab eo:quō
charitas dei manet in eo? Hinc etiā Joānes baptiſta ait.
Luce. iij Qui habet duas tunicas/det nō habēti. Qui ḡ tranq̄lli
tatis tp̄e non dat ꝓ deo tunicā ſuā:qñ in ꝑſecutionis tp̄e
daturus eſt aiam ſuā? Uirtus ergo charitatis vt inuicta
ſit in perturbatione/nutriatur per miam in tranquilli
tate:quatenus oipotenti deo primū diſcat ſua impēdere/
Tex. poſtea ſe. Seq̄t. ¶ Uos amici mei eſtis. O quāta eſt mia
conditoris noſtri. Serui digni non ſuimus/⁊ amici voca
mur. Quanta eſt dignitas hoīm/eſſe amicos dei. Sꝫ au
Tex. diſtis gloriā dignitatꝫ:audite ⁊ laborē certaminis. ¶ Si
feceritis q̄ ego precipio vobis. Amici mei eſtis/ſi ego que
p̄cipio facitis. Ac ſi aperte dicat. Gaudetis de culmine/
penſate quibus laboribus peruenit ad culmen. Certe dū
filij Zebedei interueniente matre quererent/vt vnus
a dextris dei:⁊ alius a ſiniſtris ſedere debuiſſent/audie
runt. Poteſtis bibere calicem quem ego bibiturus ſum?
Mat. xx Jam locum celſitudinis querebant: ad viam illos veri
tatis reuocat/per quam ad celſitudinem venirent. Ac ſi
Doctria dicatur. Jam vos delectat locus celſitudinis: ſed prius
moralis. via exerceat laboris. Per calicē pertingitur ad maieſtatē
Si mens veſtra appetit qđ demulcet:prius bibite qđ do
let. Sic ſic per amarū poculū cōfectionis ꝑuenit ad gau
Tex. diū ſalutis. ¶ Jam non dicam vos ſeruos:q: ſeru⁹ neſcit
quid faciat dñs eius. Uos autē dixi amicos meos:q: oia
que audiui a pr̄e meo/nota feci vobis. Que ſunt oia que
audiuit a patre ſuo:q̄ nota fieri voluit ſeruis ſuis/vt eos
efficeret amicos ſuos niſi gaudia interne charitatis/niſi
illa feſta superne patrie:que q; nr̄is quotidie mentibus ꝑ
aſpirationē ſui amoris imprimit? Dū em̄ audita ſupercele
ſtia amamus/amata iam nouimus:q: amor ipſe noticia
eſt. Oia ergo eis nota fecerat:quia a terrenis deſiderijs
immutati/amoris ſummi facib⁹ ardebant. Iſtos ꝓ ami
cos dei aſpexerat propheta cū dicebat. Mihi autē nimis
honorificati ſunt amici tui de⁹. Amicus em̄ quaſi animi

cuſtos vocatur. Quia igitur pſalmiſta proſpexit electos
dei a mūdi huius amore ſeparatos/cuſtodire in mādatis
celeſtibus voluntatē dei:miratus eſt amicos dei/dicens.
Mihi autē nimis honorati ſunt amici tui deus. Et tāq̄
ſi ab eo ꝓtinus cauſas honoris tanti nobis inſinuari q̄re
remus/ilico adiunxit. Nimis cōfortat⁹ eſt principat⁹ eoꝝ.
Ecce electi dei carnē domāt: ſpiritum roborant/demoni
bus imperāt/virtutibus coruſcant/preſentia deſpiciunt
eternā patriam cū voce ⁊ moribus predicant/etiam iam
moriendo diligunt: atq; ad illā per tormēta pertingunt.
Occidi poſſunt/⁊ flecti nequeunt. Nimis ergo conforta
tus eſt principatus eoꝝ. In iſta ipſa paſſione qua cecide Dei te-
runt in morte carnis/vide quantū fuerit culmen mentis. ſtes innu-
Unde hoc:niſi q: cōfortatus eſt principatus eorum. Sed meri.
ſic magni forſitan pauci ſunt:ſubiūxit. Dinumerabo eos:
⁊ ſuper arenā multiplicabuntur. Per totum mundū fra
tres aſpicite martyribus plenus eſt. Jā fere tot qui videa
mus non ſumus:quot veritatis teſtes habeam⁹. Deo er
go numerabiles:nobis ſuper arenā multiplicati ſunt:q̄
quanti ſint a nobis cōprehendi nō poſſunt. Sed q̄ſquis
ad hanc peruenit dignitatē vt amicus vocetur dei/ſeſe in
ſe conſpiciat:dona autem que percepit ſuper ſe:nihil ſuis
meritis tribuat:ne ad inimicitias erumpat. Un̄ ⁊ ſubdit Tex.
¶ Non vos me elegiſtis:ſed ego elegi vos:et poſui vos
vt eatis ⁊ fructum afferatis. Poſui ad gratiam: plātaui
vt eas volendo:fructū afferatis operando. Eatis em̄ vo
lendo dixi:quia velle aliquid facere:mente ire eſt. Qua Tex.
lem vero fructum afferre debeant ſubditur. ¶ Et fruct⁹
veſter maneat. Omne quod ſm̄ preſens ſeculū laboram⁹
vix vſq; ad mortē ſufficit. Mors nāq; interueniēs:fructū
noſtri laboris abſcidit. Quod vero pro vita eterna agit:
etiā poſt mortē ſeruat:⁊ tūc apparere incipit:cum laboꝝ
carnaliū fructus ceperit non videri. Ibi ergo illa retribu
tio inchoat:vbi iſta terminat. Quiſquis igitur iam eter
na cognouit:apud eius animū iā temporales fructus vi
leſcant. Tales fructus operemur:qui maneant:tales fru
ctus operemur:qui cū mors cūcta interemit:ipſi exordiū
a morte ſumant. Nam ꝙ a morte incipiant fructus dei te
ſtatur propheta q̄ ait. Cū dederit dilectis ſuis ſomnū/hec
eſt hereditas dñi. Omnis qui dormit in morte/perdit he
reditatem. Sed cū dederit dilectis ſuis ſomnū:hec eſt he
reditas dñi:quia electi dei poſtq̄ peruenerint ad mortē
tunc inuenient hereditatem. Sequitur. ¶ Ut quodcūq; Tex.
petieritis patrē meū in nomie meo det vobis. Ecce hic di
cit:quodcūq; petieritis patrē meū in nomine meo dabit
vobis. Rurſum alibi per eundem euangeliſtam dicit. Si Joā. xvj.
quicq̄ petieritis patrem in nomine meo dabit vobis:vſq;
modo nō petiſtis quicq̄ in nomine meo. Si omne qđ pe
timus in noie filij dat nobis pater:quid eſt qđ Paul⁹ ter
dñm rogauit/⁊ exaudiri nō meruit/ſed dictū eſt illi. Suf
ficit tibi gratia mea:nam virtus in infirmitate ꝑficit. Nū ij. Co. xij
quid ille tam egregius predicator/in filij noie non petijt?
Quare aūt non accepit qđ petijt? Quomodo ergo verū
eſt:quia quicq̄d petierim⁹ patrē in nomie filij/dat nobis
pater:ſi auferri a ſe angelū ſathane petijt apoſtol⁹ in no In noie
mine filij:⁊ tamen qđ petijt non accepit. Sed quia nomē Jeſu q̄-
filij Jeſus eſt: Jeſus autē ſaluator/vel etiā ſalutaris dicit. modo
Ille ergo in noie ſaluatoris petit:qui illud petit qđ ad ve petitur.
ram ſalutē pertinet. Nam ſi id qđ non expedit petitur nō
in nomine Jeſu petit pater. Un̄ ⁊ eiſdē apl̄is adhuc infir
mantibus dñs dicit. Uſq; modo nō petiſtis quicq̄ in no Joā. xvj.
mine meo. Ac ſi aperte dicat. Nō petiſtis in noie ſaluato
ris:q̄ neſcitis q̄rere eternā ſalutē. Hinc eſt ꝙ et Paulus
nō exauditur:q: ſi liberaret a tentatione/ei non ꝓdeſſet
ad ſalutē. Ecce videmus fratres chariſſimi:ꝙ multi ad ſo
lēnitatem martyris conueniſtis/genua flectitis/pectus
tūditis: voces oronis ac cōfeſſiōis emittitis:faciē lachry
mis rigatis. Sed penſate queſo petitiones vr̄as:videte ſi
i noie Jeſu petitꝭ.i.ſi gaudia ſalutꝭ eterne poſtulatis. In
domo ei Jeſu Jeſū nō q̄ritis: ſi i eternitatꝭ tēplo ipoꝛtune

Digitized by Google

ꝓ tempoꝛalibus exoꝛatis. Ecce alius in oꝛatione querit
vxoꝛē: alius petit villā: aliꝰ poſtulat veſtē: aliꝰ dari ſibi de-
precat̄ alimentū. Et quidē dū hec deſunt/ ab oīpotēti deo
petenda ſunt. Sed meminiſſe cōtinue debemꝰ: qd̄ ex mā-
Mat. vj. dato eiuſdē redēptoꝛis nr̄i accepimꝰ. Pꝛimū q̄rite regnū
dei ⁊ iuſtitiā eius: ⁊ hec oīa adijcientur vobis: ⁊ hec itaq̄
ab Jeſu petere nō eſt errare/ ſi nō nimie petāt̄. Sȝ adhuc
qd̄ eſt grauius: alius poſtulat moꝛtē inimici/ eūq̄ quē gla-
dio nō pōt pſequi/ pſequit̄ oꝛatione. Et viuit adhuc q̄ ma-
ledicit̄: ⁊ tn̄ is q̄ maledicit: iā de moꝛte illiꝰ reus tenetur.
Jubet autē deꝰ vt diligat̄ inimicꝰ: ⁊ tn̄ rogat̄ deꝰ vt occi-
dat inimicū. Quiſq̄s itaq̄ ſic oꝛat in ipſis ſuis ꝑcibꝰ con-
tra ꝯditoꝛē pugnat. Vn̄ ⁊ ſub Jude ſpecie d̄r: Fiat ōro eiꝰ
in peccatū. Oꝛatio quippe in pctm̄ eſt illa petere q̄ ꝓhi-
Mat. xj. bet ipſe q̄ petitur. Hinc veritas dicit. Cū ſtatis ad oꝛandū
remittite ſi q̄d habetis in coꝛdibꝰ veſtris. Quā virtutē re-
miſſionis apertiꝰ oſtendimꝰ: ſi vnū teſtimoniū veteris te-
ſtamēti pꝛoferamꝰ. Certe cū Judea cōditoꝛis ſui iuſtitiā
culpis exigentibꝰ offendiſſet/ ꝓphetā ſuū ab oꝛatiōe dn̄s
Hie. vij. ꝓhibet dicēs. Nō aſſumas laudē ⁊ ōronē ꝓ eis. Si Moy-
Hier. xv. ſes ⁊ Samuel ſteterint corā me: nō eſt aīa mea ad populū
iſtū. Quid eſt qd̄ intermiſſis/ relictiſq̄ tot patribus: ſoli
Moyſes ⁊ Samuel in mediū deducunt̄: quoꝝ mira ob-
tinendi virtus oſtendit̄/ dū nec ipſi intercedere poſſe dicū-
tur. Ac ſi aperte dicat. Nec illos ꝓ eis audio quos ꝓpter
magnū petitionis meritū minime contēno. Quid g̃ eſt
q̄ Moyſes ⁊ Samuel ceteris patribꝰ in poſtulatiōe ꝑfe-
runtur: niſi q̄ duo hi tātūmodo in cūcta teſtamēti veteris
ſerie/ etiā pro inimicis ſuis legunt̄ exoꝛaſſe. Vnꝰ a popu-
lo lapidibꝰ impetit̄: ⁊ tn̄ ꝓ lapidatoꝛibus ſuis depꝛecatur
j. Re. xij. Alter ex pꝛincipatu deijcit̄: ⁊ tn̄ petitus vt exoꝛaret fatet̄
dicēs. Abſit a me hoc peccatū in dn̄o: quo ceſſem oꝛare ꝓ
vobis. Si Moyſes ⁊ Samuel ſteterint coꝛam me: nō eſt
aīa mea ad populū iſtū. Ac ſi aperte dicat. Nec illos mō ꝓ
amicis audio/ q̄s magne virtutis merito oꝛare etiā ꝓ ini-
micis ſcio. Virtꝰ g̃ vere ōronis eſt celſitudo charitatꝭ. Et
tunc q̄ſq̄ qd̄ recte petit adipiſcit̄: cū eiꝰ animꝰ in petitiōe
nec inimici odio fuſcat̄. Sed plerūq̄ reluctantē animū
Deꝰ mē- vincimus: ⁊ ſi iā ꝓ inimicis oꝛamꝰ. Effundit ꝓ aduerſa-
tē iudi- rijs precē/ ſed vtinā coꝛ teneat amoꝛē. Nā ſepe et oꝛationē
cat. pro inimicis nr̄is impēdimus/ ſed hāc ex ꝑceptione potiꝰ
fundimꝰ q̄ ex charitate. Nā ⁊ vitā inimicoꝝ petimꝰ ⁊ ta-
men ne exaudiamur timemꝰ. Sed q: internꝰ iudex mētē
potiꝰ q̄ verba cōſiderat: ꝓ inimico nil poſtulat/ qui ꝓ eo
ex charitate nō oꝛat. Sed certe in nobis inimicꝰ grauiter
deliquit/ dāna intulit/ iuuantes leſit/ amantes pſecutꝰ eſt
Retinēda hec eſſent/ ſi remittēda nobis delicta nō eſſent
Aduocatꝰ etenī noſter precē nobis in cauſa nr̄a cōpoſuit
⁊ ipſe eiuſdē cauſe iudex eſt q̄ aduocatꝰ. Precī autē quā
Mat. vj. cōpoſuit/ cōditionē inſeruit dicēs. Dimitte nobis debita
nr̄a: ſicut ⁊ nos dimittimus debitoꝛibꝰ nr̄is. Quia g̃ ipſe
iudex venit q̄ aduocatus extitit: ipſe precē exaudit q̄ fecit
Aut ergo nō faciētes dicimꝰ: dimitte nobis debita noſtra
ſicut ⁊ nos dimittimꝰ debitoꝛibꝰ nr̄is: ⁊ noſmetipſos hoc
dicendo ampliꝰ ligamꝰ: aut foꝛtaſſe hāc cōditionē in oꝛa-
tione intermittimꝰ: ⁊ aduocatꝰ nr̄ precē quā cōpoſuit nō
recognoſcit: atq̄ apud ſe pꝛotinus dicit. Scio qd̄ monui:
nō eſt ipſa ōro quā feci. Quid g̃ nobis agendū eſt fratres
niſi vt ꝟe charitatis affectū impēdamꝰ fratribꝰ: Nulla in
coꝛde malitia remaneat. Cōſideret oīpotēs deꝰ erga ꝓxi-
Luce. vj. mū charitatē noſtrā: vt nr̄is iniq̄tatibꝰ impendat pietatē
ſuam. Memētote q̄ monemur. Dimittite ⁊ dimittet̄ vo-
bis. Ecce ⁊ debet̄ nobis ⁊ debemꝰ: dimittamꝰ g̃ qd̄ debe-
betur nobis/ vt dimittat̄ qd̄ debet̄ a nobis. Sed ad hec
mēs retinet̄: ⁊ vult implere qd̄ audit ⁊ reluctat̄. Ad mar-
tyꝛis tumbā cōſiſtimꝰ: qui ad celeſte regnū ex qua moꝛte
ꝑuenerit ſcimꝰ. Nos ſi ꝓ chꝛiſto coꝛpus nō ponimꝰ ſaltem
animū vincamꝰ. Placatur deꝰ iſto ſacrificio: appꝛobat in
iudicio pietatis ſue victoꝛiā pacis noſtre. Certamen enī
coꝛdis noſtri reſpicit: ⁊ qui poſt vincētes remunerat/ nūc
decertantes iuuat/ Jeſus chꝛiſtus dn̄s noſter: qui viuit ⁊
regnat deus in ſecula ſeculoꝛum. Amen.

¶ In natali vnius martyꝛis. Sermo.

Quia beati martyꝛis

natalis hodie illuxit dies: quē vobiſcū fratres
chariſſimi nos voluit dn̄s celebꝛare: aliquid do-
nāre illo de martyꝛum gloꝛia ⁊ patiētia diſſeramus. Glo-
ria quidē mundana ab his contēpta eſt: ⁊ ideo patientia
pꝛobata eſt. Nam gloꝛia eoꝛū abſcondita latebat in celis
ditiōis exēplum Paulus egregius predicator dicit? Pro chriſto legatione fungimur: tāq; deo exhortāte per nos: obſecram⁹ pro chriſto/ recōciliamini deo. Ecce inter nos et deum diſcordiam peccando fecimus: ⁊ tamen ad nos deus ſuos legatos prior miſit: vt nos ipſi qui peccauimus ad pacem dei rogati veniamus. Erubeſcat ergo humana ſuperbia: confundatur quiſq; ſi non afficiatur prior ꝑximo: quando poſt culpam noſtram vt ei reconciliari debeamus: et ipſe qui offenſus eſt/ legatis interuenientib⁹ obſecrat deus. Sequitur. ¶ Dico autē vobis: vere ſunt Regnum dei quō capitur.
aliqui hic ſtantes qui non guſtabūt mortē/ donec videāt regnum dei. Regnum dei fratres chariſſimi non ſemper in ſacro eloquio venturum regnū dicitur: ſed nōnūq; preſens eccleſia vocatur. Unde ſcriptum eſt. Mittet filius Matt. xiij.
hominis angelos ſuos: et colliget de regno eius omnia ſcandala. In illo quippe regno ſcandala non erunt: vbi profecto reprobi non admittunť. Quo videlicet exēplo colligitur/ q hoc loco regnum dei preſens eccleſia vocať. Et q: nōnulli ex diſcipulis vſq; adeo in corpe victuri erāt vt eccleſiam dei conſtructam proſpicerent: ⁊ contra hui⁹ mūdi gloriā erectā conſolatoria promiſſione nunc dicif.
¶ Sunt quidam de hic ſtantibus qui nō guſtabūt mor- Tex.
tem: donec videant regnū dei. Sed cum tanta dominus

Digitized by Google

ſubeunde mortis pcepta daret: qd neceſſarium fuit vt ad
hāc ſubito ꝓmiſſionē veniret. Qḋ ſi ſubtiliter perpēda-
mus: quāta diſpēſatione pietatis agaꝛ agnoſcimus. Di-
ſcipulis eīm rudibus/ etiā de pſenti vita aliqd ꝓmittendū
fuit: vt poſſent robuſtius in futuro ſolidari. Sic Iſraeli-
tico ppl'o ex Egypti terra liberādo/ rep:omiſſionis terra
ꝓmittitꝛ: et cū vocandus eſſet ad dona celeſtia/ terrenis
promiſſionib⁹ ſuadeꝛ. Cur hoc? Ut dū eſſet aliqd qḋ e vi-
cino pciperet: illud iā fideli⁹ crederet qḋ de lōginquo au-
dire potuiſſet. Carnalis etēm ppl's ſi parua nō acciperet
magna nō crederet. Oīpotens ergo de⁹ largiēdo terre-
na/ ſuadet ad celeſtia: vt percipiens qḋ videret/ ſperare
diſceret qḋ minime videbat: ⁊ tanto ſolidio: de inuiſibili-
bus fieret: quāto cū ad ſpei certitudinē viſibilia ꝓmiſſa
Pſā. cīiij. fulcirent. Ūn dr. Dedit eis regiones gētiū: ⁊ labo:es po-
puloꝝ poſſederūt: vt cuſtodiāt iuſtificatiōes eius/ ⁊ legē
eius reqrāt. Sic ergo hoc loco rudib⁹ diſcipulis veritas
loquēs/ vidēdū regnū celoꝝ p:omittit in terra: vt hoc ab
eis fidelibus in celo pſumaꝛ. Ex ipſo itaqꝫ regno qḋ iam
videm⁹ in mūdo ſublimatū: ſperemus regnū qḋ in celo
credim⁹ pcipiēdū. Nā ſunt nōnulli q chriſtianitatis noie
cenſenꝛ: ſed chriſtianitatis nō habēt fidē: ſola eſſe viſibi-
lia eſtimāt: inuiſibilia nō appetūt: q: nec eſſe ſuſpicantur
Ad ſanctoꝝ martyꝝ corpora cōſiſtim⁹ fratres mei: nūqd
iſti carnē ſuā in mortē darēt/ niſi eis certiſſime cōſtitiſſet
eſſe vitā ꝓ qua mori debuiſſent? Et ecce q ita crediderūt
Reliqe miraculis coruſcāt. Ad extincta nāqꝫ eoꝝ corpora viuen-
ſcrōꝝ bo- tes egri veniūt/ ⁊ ſanātur: periuri veniūt ⁊ demonio ve-
noiāde. xanꝛ: demoniaci veniūt ⁊ liberanꝛ. Quō ergo viuūt illic
vbi viuūt: ſi in tot miraculis viuunt hic vbi mortui ſunt?
Rē fratres dico breuē vbo ſed nō paruā merito: quā reli-
gioſis qbuſdā ſenio:ibus enarrātib⁹ agnoui. Gothoꝝ
tpe matrona quedā fuit valde religioſa: q ad hoꝝ mar-
tyꝛū eccſiam crebro veniebat. Quadā aūt die dū ex more
ad orandū veniſſet: egrediens duos ſtantes ſub pegrino
habitu monachos inuenit: peregrinos credidit: dari eis
aliqd elecmoſyne precepit: ſed prius ꝙ eius erogator eis
ad largiēdā elecmoſynā appropinquaſſet: aſtiterūt illi vi-
cinius et dixerūt. Tu nos modo viſitas: nos te in die iu-
dicij reqremꝰ: et qcqd poſſum⁹ pſtabim⁹ tibi. Quo dicto
ab eius oculis ablati ſunt. Territa illa ad orandū rediꝫ:
ſeſeqꝫ in lachrymis plixius effudit: et facta eſt poſt hoc tā-
to inſtantio: in prece: quāto certio: de ꝓmiſſione. Si aūt
Heb. xi. iuxta Pauli vocē: eſt fides ſperandarū ſubſtantia rerum
argumētū nō apparētiū: nequaꝙ iam dicim⁹ vt venturā
vitā credatis: q: ecce ipſi qui in illa viuūt: humanis obtu-
tibus viſibiliter p:eſentanꝛ. Quod eīm videri pōt: meli⁹
dicꝛ ſciri ꝙ credi. Uenturā ergo vitā nos dñs magis vo-
luit ſcire ꝙ credere: q eos quos inuiſibiliter recipit/ apḋ
ſe viuere nobis etiā viſibiliter oſtēdit. Hos ergo fratres
chariſſimi/ in cā veſtri examinis quā cū diſtricto iudice
habetis/ patronos facite: hos in die tanti terroris illius
defenſores adhibete. Certe ſi apud quēdā magnū iudi-
cem cauſa quelibet veſtra eſſet die craſtino vētilanda: to-
tus hodiernus dies in cogitatione duceretur: patronū
veſtra fraternitas quereret: magniſqꝫ pcibus ageret/ vt
apud tātū iudicē ſibi defenſor veniret. Ecce diſtrictus iu-
dex Ieſus ventur⁹ eſt: tāti illius angeloꝝ archāgeloꝝqꝫ
concilij terror adhibetur. In illo conuentu cauſa noſtra
diſcutitur: ⁊ tamen patronos modo nō querimus/ quos
tūc patronos habeam⁹. Aſſunt defenſores noſtri ſancti
martyres: rogari volunt/ atqꝫ (vt ita dixerim) querūt vt
queranꝛ. Hos ergo adiutores veſtre orationis qrite: hos
protectores veſtri reatus inuenite: q: ne punire peccato-
Cautio res debeat rogari: vult ⁊ ipſe qui iudicat. Unde ⁊ tā lon-
ſpūalis. go tempore cominatur iram: et tamen miſericorditer ex-
pectat. Sic autem nos miſericordia eius refoueat: ⁊ nul-
lo modo negligentes reddat: ſic pctā noſtra perturbent
vt mens in deſperationē non proruat. Quia ⁊ ſi pſumē-
tes metuimus/ et metuentes ſperamus: eternū regnum
citius adepturi ſumus: per eum qui viuit et regnat deus
per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

De martyribus: Ser. Leonis pap.

Quotieſcūqꝫ fratres
charissimi ſanctoꝝ martyꝛū ſolēnia celebram⁹:
ita ipſis intercedētib⁹ expectem⁹ a dño cōſeq
tēporalia beneficia: vt ipſos martyres imitādo/ accipere
mereamur eterna. Ab eis eīm ſanctoꝝ martyꝛū in verita-
te feſtiuitatū gaudia celebranꝛ: q ipſoꝝ martyꝛū exēpla
ſequūtur. Solēnitates eīm martyꝛū/ exhortationes ſunt
martyriorum: vt imitari nō pigeat qḋ celebrare delectat.
Sed nos volum⁹ gaudere cū ſctis: ⁊ tribulationē mūdi
nolum⁹ ſuſtinere cū illis. Qui eīm ſanctos martyres vel
inquātū potuerit imitari noluerit: ad eoꝝ btitudinē nō
poterit puenire. Sic eīm apl's Paulus pdicat/ dicēs. Si ij. Cor. i.
fuerimus ſocij paſſionū/ erimus ⁊ conſolationū. Et dñs Io. xv.
in euāgelio. Si mundus vos odit: ſcitote q: me priorē vo-
bis odio habuit. Recuſat eſſe in corpore: q odiū mūdi nō
vult ſuſtinere cū capite. Sꝫ dicit aliquis. Et quis eſt qui
poſſit beatoꝝ martyꝝ veſtigia ſequi? Huic ego rñdeo: q:
nō ſolū martyres/ ſed ipm dñm cū ipſius adiutorio ſi vo-
lumus/ poſſum⁹ imitari. Audi nō me: ſed ipm dñm gene-
ri humano clamātē. Diſcite a me: q: mitis ſum ⁊ humilis
corde. Audi ⁊ beatū Petrū apl'm admonētē. Chriſtus ꝓ Mat. xi.
nobis paſſus eſt: relinquēs vobis exēplū/ vt ſeqmini ve- i. Pe. ij.
ſtigia eius. Ecce chriſt⁹ dicit/ diſcite a me: btūs Petr⁹ di-
cit/ vt ſequamini veſtigia eius. Similiter Paul⁹ apl's cla-
mat. Imitatores dei eſtote: ſicut filij chariſſimi. Quid Eph. v.
ad hec rñdebimus fratres: vel quā excuſationē hře pote-
rimus? Si tibi aliqs dicat: vt virtutes quas fecit dñs/ de-
beas imitari: iuſta pōt eſſe excuſatio tua quia virtutes ⁊
miracula facere nō oībus datū eſt. Iuſte ⁊ caſte viuere: ⁊
charitatē cū oībus cuſtodire ex adiutorio/ cunctis prece-
ptū eſt. Nā ⁊ ipſe dñs nō dixit: diſcite a me mortuos ſuſci-
tare: ſupra aqs ſiccis pedibus ambulare. Non hoc dicit.
Sed qd ait? Quia mitis ſum ⁊ humilis corde. Et iterum
Diligite inimicos veſtros: benefacite his q oderunt vos Mat. v.
atqꝫ orate ꝓ pſequētibus ⁊ calūniantib⁹ vos vt ſitis filij
patris veſtri qui in celis eſt: qui ſolē ſuū oriri facit ſup bo-
nos et malos. Et iterū. Eſtote ⁊ vos pfecti: ſicut ⁊ pater
veſter celeſtis pfectus eſt. Et licet ſint alia multa in qb⁹
debeam⁹ dñm ⁊ beatos martyres imitari: iſta tamē duo
precipua ſunt. i. vt mites ſimus ⁊ humiles corde: ⁊ inimi-
cos noſtros toto affectu diligamus. De diligendis inimi- Duo ex-
cis fratres chariſſimi/ null⁹ vnꝙ in veritate ſe poterit ex- pla ſctōꝝ
cuſare. Poteſt mihi aliqs dicere: nō poſſum ieiunare: nō
poſſum vigilare: nūquid poteſt dicere/ nō poſſum dilige-
re? Poteſt dicere nō poſſum res meas totas pauperibus
erogare/ ⁊ in monaſterio deo ſeruire: nunqd pōt dicere/
non poſſum diligere? Si dixeris: quia nō poſſum a vino
et a carnibus abſtinere/ credimus tibi. Si aūt dixeris/ ꝙ
nō poſſis in te peccantib⁹ indulgere: oīno nō credimus.
Et q: nulla nobis remanet excuſatio dū non de cellario/
ſed de corde iſtam elecmoſynā iubemur implere: vt ꝑ viā
vite ad eternā patriā mereamur puenire. Duobus enim
preceptis. i. diliges dñm deū tuū/ ⁊ diliges proximū: qua-
ſi duob⁹ ſpūalibus pedibus/ ſi per viā vere charitatis vo-
lumus currere: ad celeſtē poſſum⁹ patriā feliciter pringe-
re. Iſtis pedibus currebat Paulus apl's/ quādo dicebat
Ego igitur ſic curro/ nō quaſi in incertū. Qui ergo dile- i. Cor. ix.
xerit inimicos ſuos: illud in eo implerur qḋ dixit dñs: vi-
delicet. Ut ſitis filij patris veſtri/ q in celis eſt. Elige mo- Mat. v.
do quod tibi placuerit. Si inimicos dilexeris non ſoluꝫ
amicus: ſed etiā filius dei eſſe mereberis. Si vero inimi-
cos amare nolueris: ꝓpitium deū habere nō poteris: q:
ſcriptū eſt. Qui odit fratrē ſuū/ homicida eſt. Et iterum. i. Io. iij.
Qui odit fratrem ſuū/ in tenebris eſt: ⁊ in tenebris ambu- i. Io. ij.
lat: ⁊ neſcit quo eat: qm̄ tenebre obcecauerūt oculos ei⁹.

Digitized by Google

Et iterū alia ſcriptura eſt. Itinera eoꝝ qui iniuris retinēt dñs labefacit in mortē. Nūqd hec vba mea ſunt fratres chariſſimi? De catholicis libris ⁊ ſanctis libris ꝓferūtur. Ut ergo ne homicide ſim⁹: ne in tenebris remaneam⁹: ſtudeam⁹ nō ſolū amicos/ ſꝫ etiā inimicos diligere: vt pium ⁊ miſericordē dñm poſſim⁹ ſm cautionis ſue vinculū libe-
Mat. vi ra cōſciētia cōuenire. Ipſe em̄ dixit. Si dimiſeritis hoīb⁹ pctā eoꝝ: dimittet ⁊ vobis pater veſter celeſtis pctā veſtra. Si aūt nō dimiſeritis: nec pater veſter dimittet vobis peccata veſtra. Diligēter attēdite fratres: ⁊ ſcitote aliud eſſe in deū peccare/ aliud in hoīem. Quādo em̄ in nobis peccant hoīes: ſi penitentib⁹ veniā nō indulgem⁹ peccatū incurrim⁹. Quādo aliqs in deū peccauerit: ſi ſine grandi diſtrictione indulgere voluerim⁹ participes nos pctis eoꝝ efficimur. Dicit ergo dñs. Si dimiſeritis hoīb⁹ pctā eoꝝ: dimittet ⁊ vobis pr̄ veſter celeſtis pctā veſtra. Rogo fra-
Dulcedo dei exprimitur. tres: q̄d dulci⁹ dici pōt? In ptāte noſtra poſuit/ qualiter in die iudicij iudicemur. Nō dixit: vade in oriētē/ q̄re iuſtitiā: nauiga vſq̄ in occidentē/ vt accipias indulgentiā. Dimitte inimico tuo ⁊ dimittet̄ tibi: indulge/ et indulgebit̄ tibi: da/ ⁊ dabit̄ tibi. Nihil a te extra te q̄rit̄. Ad teipſ ⁊ ad conſcientiā tuā te de⁹ dirigit. In te em̄ poſuit qđ requirit. Nō itaq̄ medicamēta vulnerib⁹ tuis lōge habes inquirere. Peccatorū tuoꝝ indulgentiam ſi vis/ intus in cellario cordis tui poteris inuenire. Sed dicit aliqs. Tanta mala me inimic⁹ me⁹ cōpulit ſuſtinere: vt eū nulla rōne poſſuꝫ diligere. Attendis q̄d tibi fecerit homo: ⁊ non attēdis q̄d tu feceris deo. Si cōſciētiā tuā diligēter diſcutis et inquiris: ſine vlla cōpenſatione maiora tu cōmiſiſti in deū pctā q̄ in te cōmiſerit homo. Et qua fronte vis vt tibi deus dignetur dimittere multū: cū tu nō acq̄eſcis dimittere parū? Sꝫ ſi que hec ſupra dixim⁹ ſpūalia medicamēta: ſicut deo ꝓpitiante cōſueuiſtis libenter accipitis: ⁊ in armario ſancto cōſcientie veſtre recōditū diligētiſſime cuſtoditis: auxiliante dño: venena diaboli nō timebitis: ⁊ ꝑ odiū vel iracundiā: aut nūq̄ vobis amara vulnera ingerunt̄: aut ſi forte ſubrepſerint/ cito per charitatem priſtinam reuocantur. Preſtante domino noſtro Ieſu chriſto: cui eſt honor ⁊ gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

De martyribus. Luce. VI.

In illo tempore: Deſcēdens Ieſus de mōte: ſtetit in loco campeſtri: ⁊ turba diſcipulorum ei⁹: ⁊ multitudo copioſa plebis. Et rel. Homil. Bay.

Non ſolum per myſterium incarnationis de celo in terrā deſcendens dñs Ieſus chriſtus/ humane infirmitati condeſcendere dignat⁹ eſt: ſed etiā in ſanctis ſuis ſermonib⁹ ad humanā ignorantiam inſtruendā/ ita doctrinā ſuam temperauit: vt nō ſolū ꝑfecti ſꝫ etiā min⁹ ꝑfecti cibū vite inuenire poſſent. Deniq̄ vt ſupra euangeliſta retulit: cum aſcendiſſet in montē/ ſecuti ſunt eū eius diſcipuli. Ubi cū perfectiora mandata quaſi capere valentib⁹ dediſſet: nolens propter eos ſimpliciores turbas relinquere: iterū deſcendens de monte ſtetit in loco campeſtri. In quo ſuo facto oſtendit in predicatione iuxta capacitatem auditorū tēperandum eſſe ſermonē doctoꝝ. Mons enim in hoc loco/ perfectiorē ſignificat doctrinam. Loca vero campeſtria/ humiliorē predicationem atq̄ cōmuniorē. Qui em̄
Mat. xiij. tales ſunt/ vt cū apoſtolis audire poſſunt. Uobis datum eſt noſſe myſterium regni dei: ſublimius inſtruendi ſunt. Qui vero propter mentis infirmitatem/ ad altiorem nō poſſunt aſcēdere doctrinam: minimis preceptis ſunt erudiendi: vt qui idonei nequaq̄ exiſtunt ad facienda bona
Mat. xix. ſaltem non ſint procliues ad perpetranda mala. Quod alibi dñs ſuo exemplo oſtendit ꝗdam querenti. Ma-
Luce xviij. giſter quid faciēdo vitam eternam poſſidebo? Quaſi in conuallibus moranti reſpondit. Mādata noſti: nō occides non mechaberis/ nō falſum teſtimoniū dices: nō cōcupiſces rem proximi tui: honora patrem ⁊ matrem. Sed reſpondente: hec omnia cuſtodiui a iuuentute mea: oſtēdit ei montem perfectioris doctrine/ dicens. Adhuc vnū tibi deeſt. Si vis perfectus eſſe: vade ⁊ vende oia que habes ⁊ da pauperibus: ⁊ habebis theſaurum in celo: ⁊ veni ſequere me. Sed q̄ hunc montem difficile q̄ ſeculi diuitijs onerati ſunt aſcendere poſſunt: ſubiunctum eſt ilico. Ille autem abijt triſtis: q̄ multas habebat poſſeſſiones. Huius q̄ exemplū Paulus apoſtolus ſecutus eſt: quādo cum diſcipulis montē aſcēderat/ quibus dicebat. Sapiē-
tiam loquimur inter ꝑfectos. Quaſi cū q̄buſdā inequali- i. Cor. ij.
bus morabat̄ quando dicebat. Ergo fratres nō potui vo- i. Co. iij.
bis loqui quaſi ſpūalibus/ ſed quaſi carnalibus: tāq̄ paruulis in chriſto lac vobis potū dedi/ non eſcā. Nō em̄ oēs oia capiūt: neq̄ em̄ oēs equaliter inſtruunt̄. Aliter quippe admonendi ſunt ſupbi/ aliter humiles: aliter caſti/ aliter adulteri: aliter ebrioſi/ aliter ſobrij: aliter viri/ aliter femine: aliter cōiugati: aliter virgines: aliter pij: aliter ipij: Admonitionis variū argumētū.
aliter cōtemptores mūdi: aliter amatores: aliter pacifici: aliter diſcordes: aliter ſua dantes: aliter aliena rapientes vt ⁊ iſti audiant de promiſſione eterne vite q̄ amēt: et illi de ſupplicio eterno q̄ timeant. Sepe etem̄ qđ vni morbo prodeſt/ alteri nocet. Et venenū cū ſit mors hoīs/ vita eſt ſerpētis: ⁊ leuis ſibulus equos mitigat/ catulos inſtigat. Iuxta hoc ergo exemplū doctores ſuā predicationem debent temperare: vt ⁊ ꝑfecti inueniant qđ ſemꝑ diſcant: infirmi talia audiant in quib⁹ nō refugiant. Qđ ſuo nobis exemplo beat⁹ patriarcha Iacob oſtēdit: qui cum oues auūculi ſui Laban paſceret: ⁊ varia queq̄ ꝓ mercede re-
cepturus eſſet/ tulit virgas populeas ⁊ amygdalinas: q̄s Ge. xxx.
ex parte decorticauit/ ⁊ ex parte cum corticib⁹ reliquit: poſuitq̄ eas in canalib⁹ tpe quo ducebant̄ ad aquandum oues: vt in earū aſpectu conciperent varios fetus. Iacob em̄ paſtor ouiū/ paſtores ſignificat aiaꝝ. Quoꝝ primo di-
ctū eſt. Si diligis me: paſce oues meas. Aqua aūt ſcriptu- Io. xxi.
rā ſanctā ſignificat/ iuxta illud Salomonis. Aqua ꝓfunda Prouer.
verba ex ore viri: ⁊ torrēs redūdans fons ſapiētie. Uirge xviij.
autem varie ſententie ſunt ſcripturarū. Ducunt̄ ad aquādum oues/ cū ad audiendū verbū dei conueniūt fideles. Cūq̄ ex eloquijs diuinis diuerſe ſentētie ad mediū ꝓferūtur: quaſi virge in canalib⁹ ponunt̄. Que ex parte decorticande ſunt: ⁊ ex parte cū corticib⁹ relinquēde. Quia (vt diximus) ꝑfectiores allegorico ſenſu inſtruēdi: ſimplices vo ⁊ minus intelligentes/ iuxta veritatē hiſtorie ſunt paſcendi. Unde ⁊ dñs cū diſcipulos in monte docuit: ⁊ turbas in cōuallib⁹ curare voluit: oſtēdit vt illi qui ex doctrina verboꝝ credere nō poterant: ſaltem ex virtutib⁹ miraculoꝝ crederent. Qđ vt diximus ſuo dñs exemplo decla-
rauit. Quādo deſcēdens de monte ſtetit in loco cāpe- Tex.
ſtri: ⁊ turba diſcipulorū eius/ ⁊ multitudo copioſa plebis ab oi Iudea ⁊ Hieruſalē: ⁊ maritima Tyri et Sydonis: q̄ venerant vt audirent eū. Maritima em̄ hic magni maris loca intelligere debemus: maxime cū Tyro ⁊ Sidone
que in ora de maris ſite ſunt memorātur. In quo loco co- Fama factoꝝ chriſti.
gnoſcim⁹/ quia virtutes eius non ſolum ad iudeorum regnum: ſed etiam ad vicinas ⁊ exteras regiones peruenerant: quando omnes cōcurrebant non ſolum vt audirēt verbum dei: ſed vt ſanarent̄ a languoribus ſuis. Unde et
ſubditur. Et omnis turba querebat eum tāgere: quia Tex.
virtus de illo exibat ⁊ ſanabat omnes. Multi enim eum
tangere cupiebant/ a quo omnis virtus ꝓcedit: ⁊ qui eſt Col. ij.
dei virtus ⁊ dei ſapientia: ⁊ in quo habitat oīs plenitudo diuinitatis corporaliter. Et ideo quia de illo omnis virt⁹ exibat: omnes volebant eum tangere. Nam ⁊ ſupra tangendo leproſum curauerat: et nunc omnis turba querebat eum tangere: vt intelligamus q̄ eius tactus ſanitas
eſt. Quod experta eſt illa mulier q̄ ſanguinis fluxū patie- Lu. viij.
bat̄ duodecim annis: ⁊ cū tetigiſſet fimbriā veſtimēti ei⁹ ſtatim ſanata eſt ab infirmitate ſua. Ad cui⁹ tactū virtus

Digitized by Google

de illo exibat intantum:vt quaſi neſcius dñs quereret/ q̇s
me tetigit?Et diſcipuli eius ad eum.Rabbi:turbe recom
primunt ⁊ affligunt:⁊ dicis q̇s me tetigit?Et ille.Tetigit
Chriſt⁹ me aliquis.Nam ego noui virtutem de me exiſſe.Spiri/
tangitur tualiter vero chriſtum tangit:qui cum verum deũ credit:
ſpiritua/ ⁊ recta fide confitetur.At vero pagani/iudei/et heretici
liter. chriſtum minime tangunt:q: cum verũ deũ credere con/
temnunt:⁊ fide recta hunc confiteri nolũt.Unde ⁊ Ma/
ria que dominũ reſurrexiſſe non credebat:ſed cũ mortuũ
inter mortuos querebat:volenti illum tangere dictũ eſt.
Joã xx. Noli me tangere: nondũ enim aſcendi ad patrẽ meũ.Ac
ſi diceretur.Quia manu fidei me tangere noluiſti:manu
corporis me tangere noli.Curatio vero demonũ/non ſo/
lum per eius preſentiã fiebat:ſed etiã inuocationẽ ipſius
nominis in ſui abſentia:ſicut diſcipuli quoq; dño gaudẽ/
Luce.x. tes dicũt.Dñe in tuo noĩe etiam demonia nobis ſubijciũ
Tex. tur.Sequitur.¶Et ipſe eleuatis oculis in diſcipulos di
cebat.Beati pauperes:q: veſtrũ eſt regnũ dei.Et ſi gene
raliter dñs oĩbus loquebat̃:ſpecialiter in diſcipulos ocu/
los leuauit:q̇s maiori gratia digniores fecit.Eleuatio
quippe oculoꝝ chriſti/ãplioris miſericordie munera ſigni
ficat.Et in diſcipulos oculos leuauit:quos ſpecialius vir
tutibus ditauit:iuxta q̇d alibi legim⁹.Quia cũ dixiſſet ei
quidã:ecce mater tua ⁊ fratres tui foris ſtant/querentes
loqui tecũ:ipſe eleuatis oculis in diſcipulos ſuos dicebat.
Mat.xij Ecce mater mea ⁊ fratres mei.Quid aũt eleuatis ocl'is
dicat audiam⁹.Beati pauperes:q: veſtrũ eſt regnũ dei.
Et que virtus talẽ inter reliquas btitudines tenere de/
bet principatũ/niſi ſpontanea pauptas?Ex ipſa eñ cete/
re virtutes exordiũ quoddã ⁊ originem ſumũt.Sicut de/
niq; ex vna radice arboris multi rami ⁊ folia ꝓdeũt:ſic ex
ſpõtanea paupertate multe virtutes generant̃.Qui eñ
ſpontaneã amat paupertatem:erit miſericors ꝑ largitatẽ
nõ tenax ꝑ auaritiã.Erit cõſequenter ⁊ mitis:q: diuitias
nõ querit ꝑ iactantiã/qui pauptatem diligit cũ humilita/
te.Erit eñ ⁊ pacificus:q: nõ erit occaſio rixãdi/vbi nõ eſt
volũtas acquirendi.Habebit etiã ⁊ cordis mũditiã:q: ſi/
cut illi qui diuitias diligunt/turbulenti ſunt animo:ita q̇
ſpontaneã pauptatẽ amãt/ſoliciti ſunt que dei ſunt quo
placeant deo.Sed illud diligenter cõſiderandum:q: illa
pauptas laudabilis eſt:q̇ aut habere nõ cupit:aut ſi forte
habet propter deum diſtribuẽda relinquit.Unde euãge/
liſta:vt hanc pauptatem ad beatitudinẽ ptinere oſtende
Mat.v. ret/cũ additamento ait.Beati pauperes ſpũ:qm̃ ipſorũ
eſt regnum celoꝝ.Alij eñ ſunt pauperes ſpũ ⁊ rebus:alij
nec rebus nec ſpiritu:alij rebus ⁊ nõ ſpiritu:alij ſpũ ⁊ non
Pauper rebus.Rebus ſunt pauperes ⁊ nõ ſpiritu:qui nihil habẽ/
tas va/ tes multa habere cõcupiſcũt.Spiritu ſunt paupes ⁊ non
ria. rebus/ſicut illi qui ſm apl'm.Tã q̃ nihil habentes et oĩa
ij.Co.vj. poſſidẽtes ſunt:quales fuerũt Abraã/Jacob et Dauid:q̇
regali ſolio ſublimatus erat:pauperem ſe oſtendit ſpũ di
cens.Ego aũt mendicus ſum ⁊ pauper.Et iterũ.Egens
ſum:⁊ in laborib⁹ a iuuentute mea.Nec rebus nec ſpiritu
ſunt pauperes diuites ſupbi:qui facultatib⁹ locupletati/
nihilomin⁹ mẽte ſunt turgidi.De quib⁹ dicit̃ in pſ.Ecce
ipſi peccõres ⁊ abũdãtes in ſeclo obtinuerũt diuitias.Re
bus ⁊ ſpũ ſunt pauperes ꝑfecti monachi:qui ꝓpter deum
oĩa relinquentes:nec corporis ꝓprij ptãtẽ in ſuo arbitrio
relinquũt:⁊ ideo quanto hic ꝓpter deũ pauperiores:tan
to in futuro vita ſunt ditiores:iuxta ꝓmiſſionem dñi dicẽ
Mat. tis.Omnis qui reliquerit domũ/agros/patrẽ ⁊ matrem
xix. fratres ⁊ ſorores/vxorẽ et filios ꝓpter me: centuplũ acci/
Tex. piet/⁊ vitã eternã poſſidebit.¶Beati qui nunc eſuritis
q: ſaturabimini.Quid eſurire vel ſitire debeãt q̇ ad bea/
titudinem peruenire deſiderãt/alius euangeliſta mani/
Mat.v. feſtius declarat dicens.Beati qui eſuriunt ⁊ ſitiunt iuſti
tiam:qm̃ ipſi ſaturabunt̃.Juſtitiã quippe eſurire ⁊ ſitire
eſt precepta dei libenter audire:⁊ libentius opere imple/
re.Tales eñ ſaturabũtur quãdo ad videndũ deũ/cuius
hic mandata cũ magna mentis eſurie ſuſceperunt perdu
centur:dicentes cum pſalmiſta.Ego autem in iuſtitia ap
parebo in conſpectu tuo:ſatiabor dum manifeſtabit̃ glo
ria tua.Unde Salomon ait.Diligite iuſtitiã qui iudica/ Sap.j.
tis terrã.¶Beati qui nunc fletis: q: ridebitis.Beati di/ Tex.
cuntur flentes:non illi qui flent propter temporalium dã
na cõmodorũ/propter amiſſionem charorũ:ſed qui flent
propter remiſſionẽ peccatorũ/vel pro expectatione regni
celorũ:qui veraciter cũ pſalmiſta dicere poſſunt.Deus vi/
tam meã annuntiaui tibi:poſuiſti lachrymas meas in cõ
ſpectu tuo.Et iterum.Fuerũt mihi lachryme mee panes
die ac nocte: dũ dicitur mihi quotidie vbi eſt deus tuus.
Tales enim ridebunt:quando implebit̃ illud quod dñs
ait.Nunc quidẽ triſtitiam habetis:iterum autem videbo Joã.xvj.
vos ⁊ gaudebit cor veſtrũ:⁊ gaudiũ veſtrũ nemo tollet a
vobis.Riſum autem hic non pueriliter accipere debem⁹
ſed mẽtis exultationem ⁊ gaudium.Unde ⁊ Sara ex re/
promiſſione prolis letabunda ait.Riſum mihi fecit deus Ge.xxi.
De quo per beatũ Job dicitur.Et os veracium implebitur Job.viij
riſu.De quo etiã riſu in laudibus eccleſie dicitur.Accinxit Pro.xxxi.
fortitudine lũbos ſuos:⁊ ridebit in die nouiſſimo.Quia
vero per humilitatis meritũ peruenitur ad martyrij pre/
mium:recte poſt alias beatitudines ſubinfert̃.¶Beati Tex.
eritis cũ vos oderint homines:⁊ cum ſeparauerint vos
et exprobrauerint:et eiecerint nomen veſtrũ tãq̃ malum
propter filiũ hominis.Ubi oſtẽditur q: perſecutio prauo
rum nõ eſt timẽda/ſed poti⁹ cum affuerit tolerãda:quia
ſicut dixit Jacob⁹ apoſtol⁹.Beatus vir q̇ ſuffert tẽtatio/ Jaco.j.
nem:quoniã cum probatus fuerit/accipiet coronam vite
quã repromiſit deus diligentib⁹ ſe.Uerũ ſubtilius diſcu/
tiendũ eſt:q: nõ nos ad noſtram ꝑſecutionem prauos ho
mines cõmouere debemus/ſed potius cum iuſtitia et re
ctitudine quantũ poſſum⁹ cum fuerint cõmoti mitigare.
Quod ſi quieſcere noluerint:magis ꝑſecutionem tolerã
dam q̃ iuſtitiã relinquendã.Qđ alius euangeliſta mani
feſtius declarat dicens.Beati qui ꝑſecutionem patiunt̃
propter iuſtitiam/qm̃ ipſorũ eſt regnum celoꝝ.Suſtinẽt Mat.v.
enim multas tribulatiões homicide/adulteri/fures/alie
narum rerum inuaſores.Nec tamen talis perſecutio ad
beatitudinem ꝑducit:que propter iuſtitiã ſuſtinetur.Un
de nos admonet beatus Petrus dicens.Nemo veſtrum
patiat̃ quaſi homicida: aut fur/aut adulter/aut rapax. j.Pe.iiij.
Si aũt vt chriſtianus nõ erubeſcat/ſed glorificet deum in j.Pe.iij.
iſto nomine.Et quis eſt qui vobis noceat/ſi boni emula/
tores fueritis?Sed et ſi quid patimini propter iuſtitiam
beati.Unde recte ſaluator concludit dicens.¶Gaudete
in illa die et exultate: ecce eñ merces veſtra multa eſt in Tex.
celo.Non eñ dolendum eſt in ꝑſecutionibus/ſed potius
gaudendũ:q: quanto hic quiſq; propter iuſtitiam durius
affligit̃:tanto dulcius in celo remunerabit̃.Unde Jaco/
bus admonet dicens.Omne gaudiũ exiſtimate fratres Jaco.j.
cum in tentationes varias incideritis:ſcientes q̃ proba/
tio fidei veſtre multo precioſior eſt auro q̇d per ignẽ pro/
batur.Et alia ſcriptura.Uaſa figuli probat fornax:⁊ ho/ Eccl.
mines iuſtos tẽtatio tribulationis.Hinc ⁊ ſaluator cum xxvij.
diſcipulos ad perſecutionem tolerandam hortaretur ſui
exemplum poſuit dicens.Si me ꝑſecuti ſunt/⁊ vos perſe Joã.xv.
quent̃:ſi ſermonem meũ ſeruauerũt/⁊ veſtrũ ſeruabunt.
Et iterum.Si de mũdo fuiſſetis:mundus q̇d ſuum erat
diligeret:quia vo de mũdo nõ eſtis:ſed ego elegi vos de
mundo/propterea odit vos mũdus.Quapropter ſtudea
mus iuxta dñi preceptum vel exemplũ/ſeculi huius cun/
ctas aduerſitates equanimiter ferre: ſcientes q: ſi electi
ſumus ab eo/nõ ad gaudia mundi/ſed ſicut ipſe miſſus
eſt a patre:quem pro humani generis redẽptione incar/
nari cõſtituit:ad paſſiones mittimur in mũdũ.Inter ſcã/
dala igitur ꝑſecutorum tolerantia ſit paſſionum/terrena
deſideria que ſeparant a deo fugiẽtes:vt celeſtia merea/
mur conſequi premia.Amen.

¶De martyribus. Luce.XXI.

Digitized by Google

¶ In illo tempoꝛe: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis. Cum audieritis pꝛelia ⁊ ſeditiones: nolite terre-
ri. Opoꝛtet pꝛimũ hec fieri: ſed nõdum ſtatim fi-
nis. Tunc dicebat illis. Surget gẽs cõtra gentẽ
⁊ regnũ aduerſus regnũ: ⁊ terremotꝰ magni erũt
ꝑ loca: ⁊ peſtilentie ⁊ fames: terroꝛeſqꝫ de celo: et
ſigna magna erũt. Et reł. Homił. btí Gre. pape.

CUia longius ab vꝛbe
digreſſi ſumus: ne ad reuertendũ nos tardioꝛ
hoꝛa pꝛepediat/ neceſſe eſt vt expoſitionem ſan-
cti euangelij bꝛeuioꝛ ſermo trãſcurrat. Dominus ac redẽ-
ptoꝛ noſter perituri mundi pꝛecurrentia mala denuntiat
vt eo minus perturbent venientia quo fuerint pꝛeſcita.
Minus enim iacula feriunt que pꝛeuidentur. Et nos to-
lerabilius mala mundi ſuſcipimus: ſi contra hec per pꝛe-
Tex. ſcientie clypeum munimur. Ecce etenim dicit. ¶ Cum
audieritis pꝛelia ⁊ ſeditiones/ nolite terreri. Opoꝛtet pꝛi-
mum hec fieri/ ſed nondum ſtatim finis. Penſanda ſunt
verba redẽptoꝛis noſtri: per que nos aliud interius aliud
exterius paſſuros eſſe denũtiat. Bella quippe ad hoſtes
pertinent/ ſeditiones ad ciues. Ut ergo nos indicet inte-
rius exteriuſqꝫ turbari: aliud nos fatetur ab hoſtibꝰ aliud
a fratribus perpeti. Sed his malis pꝛeuenientibus: quia
Tex. nõ ſtatim finis ſequaꝛ / adiungit. ¶ Surget gens cõtra
gẽtem: ⁊ regnum aduerſus regnũ: et terremotus magni
erunt ꝑ loca: ⁊ peſtilentie ⁊ fames/ terroꝛeſqꝫ de celo: ⁊ ſi-
gna magna erũt. Uel ſicut in quibuſdã codicibꝰ inueniꝛ:
terroꝛeſqꝫ de celo ⁊ tempeſtates. Atqꝫ poſt ſubditur. Et ſi-
Signa ante iudicium. gna magna erũt. Ultima tribulatio multis tribulationi-
bus pꝛeueniꝛ: ⁊ per crebꝛa mala que pꝛeueniũt/ indicanꝛ
mala ꝑpetua q̃ ſubſequunꝛ. Et ideo poſt bella et ſeditio-
nes nõ ſtatim finis: q꞉ multa debent mala pꝛecurrere: vt
malũ valeant ſine fine nũtiare. Sed cũ tot ſigna ꝑturba-
tionis dicta ſint: opoꝛtet vt eoꝝ cõſiderationem bꝛeuiter
per ſingula ꝑſtringamus: q꞉ neceſſe eſt vt alia e celo/ alia
e terra / alia ab elementis/ alia ab hoĩbus patiamur. Ait
enĩ. Surget gens cõtra gentem: ecce perturbatio hoĩm.
Erunt terremotus magni per loca: ecce reſpectꝰ ire deſu-
per. Erunt peſtilẽtie: ecce inequalitas coꝛpoꝛum. Erit fa-
mes: ecce ſterilitas terre. Terroꝛeſqꝫ de celo ⁊ tẽpeſtates:
ecce inequalitas aeris. Quia ergo oĩa cõſummãda ſunt
ante cõſummationem oĩa perturbanꝛ: ⁊ qui in cũctis de-
linquimus/ in cũctis ferimur: vt impleaꝛ qḋ dicitur. Pu-
Sap. v. gnabit pꝛo eo oꝛbis terraꝝ cõtra inſenſatos. Oĩa namqꝫ
que ad vſum vite accepimꝰ: ad vſum conuertimus culpe.
Sed cuncta que ad vſum culpe inflexímꝰ ad vſum nobis
vertunꝛ vltionis. Tranquillitate quippe humane pacis
ad vſum vertimur vane ſecuritatis. Peregrinationẽ ter-
re/ pꝛo habitatione dilexĩmꝰ patrie. Salutẽ coꝛpoꝝ/ rede-
gimus in vſum vitioꝛũ. Ubertatis abundantiã: nõ ad ne-
ceſſitatem carnis/ ſed ad ꝑuerſitatem intoꝛſimꝰ volupta-
tis. Ipſa ſerena blandimenta aeris ad amoꝛem nobis ſer-
uire coegimus terrene delectationis. Iure igiꝛ reſtat: vt
ſimul nos oĩa feriant/ q̃ ſimul oĩa vitijs noſtris male ſub-
acta ſeruiebãt: vt quot pꝛius mũdo incolumes habuimꝰ
gaudia/ tot de ſeipſo poſtmodũ cogamur ſentire toꝛmen-
ta. Notandũ ꝟo qḋ diciꝛ: terroꝛeſqꝫ de celo et tẽpeſtates.
Cum tempeſtates hyemales venire ex oꝛdine tempoꝛuꝫ
ſoleãt: cur hoc loco tẽpeſtates venire in ꝑditionis ſigno
pꝛedicunꝛ: niſi ꝙ eas tempeſtates dñs venire denũtiat: q̃
nequaq̃ oꝛdineꝫ tempoꝛũ ſeruãt: que enĩ oꝛdinate veniũt
ſigna nõ ſunt. Sed tempeſtates in ſignũ ſunt: que ipſa qꝫ
tẽpoꝛũ ſtatuta cõfundũt. Qḋ nos qꝫ nuper experti ſumꝰ
qui eſtiuũ tempus oẽ conuerſum in pluuijs hyemalibus
vidimꝰ. Quia aũt cũcta hec nõ de iniuſtitia feriẽtis ſunt
ſed de merito mũdi patiẽtis/ facta pꝛauoꝝ hoĩm pꝛemit-
Tex. tunꝛ cũ diciꝛ. ¶ Sed ante hec oĩa ĩjcient vobis manus
ſuas: ⁊ perſequentur/ ⁊ tradent vos in ſynagogis/ ducen-
tes ad reges ⁊ pꝛeſides ꝑpter nomẽ meũ. Ac ſi aperte di-
cat. Pꝛius coꝛda hominũ/ ⁊ poſt elementa turbanꝛ: vt cũ
rerũ oꝛdo confundiꝛ/ ex qua iam retributione veniat de-
monſtreꝛ. Nã ꝙuis finis mundi ex ipſo ſui oꝛdine pẽdeat
ꝑuerſioꝛes tñ quoſqꝫ inueniẽs/ qui digne ruinis illius op-
pꝛimantur innoteſcit. Et ſubditur. ¶ Ducẽtes ad reges Tex.
⁊ pꝛeſides pꝛopter nomẽ meũ. Cõtingent hec vobis in te-
ſtimonium. In teſtimoniũ vꝫ quoꝛum: niſi eoꝛũ qui aut
perſequendo moꝛtes inferunt: aut videndo non mutanꝛ
Moꝛs quippe iuſtoꝛũ bonis in adiutoꝛiũ eſt/ malis in te-
ſtimoniũ: vt inde peruerſi ſine excuſatione pereant vnde Moꝛs iuſtoꝛũ bona.
electi exemplũ capiunt vt viuant. Sed auditis tot terro-
ribus/ turbari poterant infirmoꝛũ coꝛda/ atqꝫ ideo conſo-
latio adiungitur: cũ pꝛotinus ſubinfertur. ¶ Ponite er- Tex.
go in coꝛdibus veſtris non pꝛemeditari/ quẽadmodũ re-
ſpondeatis. Ego enĩ dabo vobis os ⁊ ſapientiã: cui nõ po-
terũt reſiſtere et contradicere oẽs aduerſarij veſtri. Ac ſi
aperte mẽbꝛis ſuis infirmãtibus dicat. Nolite terreri: no-
lite ꝑtimeſcere: vos ad certamen acceditis/ ſed ego ꝓlioꝛ.
Uos verba editis ſed ego ſum q̃ loquoꝛ. Sequiꝛ. ¶ Tra- Tex.
demini autẽ a parentibus ⁊ fratribus ⁊ cognatis ⁊ ami-
cis: ⁊ moꝛte afficient vos. Minoꝛẽ doloꝛẽ mala ingerũt/ q̃
ab extraneis inferunꝛ. Plus ꝟo in nobis ea toꝛmenta ſe-
uiunt: q̃ ab illis patimur/ de quoꝛũ mẽtibꝰ nõ pꝛeſumeba-
mus: q꞉ cũ dãno coꝛpis mala nos cruciant amiſſe charita-
tis. Hinc eſt enĩ qḋ de Iuda traditoꝛe ꝑ pſalmiſtã dñs di-
cit. Et quidem ſi inimicus meꝰ maledixiſſet mihi ſuppoꝛ- Ps. liiij.
taſſem vtiqꝫ. Et ſi is q̃ oderat me ſuꝑ me magna locutus
fuiſſet/ abſcõdiſſem me foꝛſitã ab eo. Tu ꝟo homo vnani-
mis: dux meus ⁊ notus meus: q̃ ſimul mecũ dulces capie-
bas cibos: in domo dei ãbulauimꝰ cũ cõſenſu. Et rurſum
Homo pacis mee in quo ſperaui: q̃ edebat panes meos Ps. xl.
ampliauit aduerſum me ſupplãtationẽ. Ac ſi de tradito-
re ſuo apertis vocibꝰ dicat. Trãſgreſſionẽ eiꝰ tãto grauiꝰ
pertuli: quãto hanc ab eo qui meus eſſe videbatur ſenſi.
Omnes igiꝛ electi: q꞉ ſummi capitis mẽbꝛa ſunt / caput
quoqꝫ ſuũ in paſſionibꝰ ſequunꝛ: vt ipſos quoſqꝫ aduerſa-
rios in ſua moꝛte ſentiãt/ de quoꝝ vita pꝛeſumebãt: ⁊ tan-
to eis creſcat merces opis: quãto in eis virtutis lucrũ ꝑfi-
cit ex aliene dãno charitatis. Sed q꞉ dura ſunt q̃ pꝛedicũ-
tur de afflictione moꝛtis: ꝑtinus cõſolatio ſubdiꝛ de gau-
dio reſurrectionis/ cũ diciꝛ. ¶ Capillus de capite veſtro Tex.
nõ peribit. Scimꝰ fratres: q꞉ caro inciſa dolet: capillꝰ inci-
ſus non dolet. Ait ergo martyribꝰ ſuis. Capillꝰ de capite
veſtro nõ peribit/ videlicet aperte dicens. Cur timetis ne
pereat qḋ inciſum dolet: qñ ⁊ illud in nobis perire nõ põt
qḋ inciſum nõ dolet. Sequiꝛ. ¶ In patiẽtia veſtra poſſi- Tex.
debitis aĩas veſtras. Idcirco poſſeſſio aĩe in ꝟtute patiẽ-
tie poniꝛ: q꞉ radix oĩm/ cuſtoſqꝫ virtutũ patientia eſt. Per
patientiã vero poſſidemus aĩas noſtras: q꞉ dũ nobiſipſis
dñari diſcimus/ hoc ipſum incipimꝰ poſſidere qḋ ſumus.
Patiẽtia ꝟo eſt aliena mala equanimiter perpeti: contra Patientie laus
eũ quoqꝫ q̃ mala irrogat/ nullo doloꝛe moꝛderi. Naꝫ qui
ſic ꝓximi mala poꝛtat vt tñ tacitus doleat/ ⁊ tp̃s digne re-
tributionis querat: patiẽtiã nõ exhibet/ ſed oſtẽdit. Scri-
ptum qꝑpe eſt. Charitas patiẽs eſt / benigna eſt. Patiẽs j. Co. xiij
nãqꝫ eſt vt aliena mala toleret. Benigna ꝟo eſt: vt ipſos
etiã quos poꝛtat amet. Hinc nãqꝫ ꝑ ſemetipſaꝫ veritas di-
cit. Diligite ĩimicos veſtros: bñfacite his q̃ oderũt vos: ⁊ Mat. v.
oꝛate ꝓ perſequẽtibus ⁊ calũniãtibus vos. Uirtus itaqꝫ
eſt coꝛã hoĩbꝰ aduerſarios tolerare/ ſed virtꝰ coꝛã deo di-
ligere: q꞉ hoc ſolũ deꝰ ſacrificiũ accipit: qḋ ante oculos eiꝰ
in altari boni operis flãma charitatis incẽdit. Sciendũ
ꝟo ꝙ plerũqꝫ ideo patientes videmur: q꞉ retribuere ma-
la nõ poſſumus. Sed qui idcirco malũ nõ retribuit: q꞉ ne-
quaq̃ valet: pꝛoculdubio patiens non eſt: quia patientia
nõ in oſtenſione inquiriꝛ ſed in coꝛde. Per impatiẽtie au-
tem vitium ipſa virtutum nutrix doctrina diſſipaꝛ. Scri- Pꝛo. xix
ptum nãqꝫ eſt. Doctrina viri per patientiã noſcitur. Tan

Digitized by Google

to ergo quiſq̧ minus oſtēditur doctus: quāto conuincit
minus patiens. Neq̧ enim poteſt veraciter bona docen
do impendere: ſi viuēdo neſciat equanimiter aliena ma-
Prouer. xvj. la tolerare. Quanto enim culmine virtus patientie pol-
leat ruſum Salomon indicat dicens. Melior eſt patiēs
viro forti: ⁊ qui dominat̄ animo ſuo / expugnatore vrbiū.
Minor eſt ergo victoria vrbes expugnare: q: extra ſunt
que vincuntur. Maius autem eſt quod per patientiam
vincitur: quia ipſe a ſe animus ſuperatur: et ſemetipſum
ſibimetipſi ſubijcit: quando eum patientia in humilita-
tis tolerantia ſternit. Sciendum vero eſt ꝙ plerūq̧ eue-
nire patiētibus ſolet: vt eo quidem tempore quo aduerſa
patiuntur / vel contumelias audiūt / nullo dolore pulſent̄
⁊ ſic patientiā exhibent / vt cuſtodire etiā cordis innocen
tiam curent. Sed cum poſt paululum hec ipſa que pertu-
lerint ad memoriam reuocant: igne vehementiſſimi do-
loris inſtigantur: argumenta vltionis inquirunt: ⁊ man-
Duplex bellum diaboli. ſuetudinem quam tolerantes habuerunt / in retractione
ſua ſemetipſos diiudicantes perdunt. Callidus nāq̧ ad-
uerſarius bellū contra duos mouet: vnū videlicet inflam
mans / vt cōtumelias prior inferat: alterū vero prouocās
vt cōtumelias leſus reddat. Sed q: iā eius victor extitit /
quē ad ꝓferendas cōtumelias cōmouit: contra illū acri⁹
dolet / quem ad reddēdas iniurias cōmouere nō potuit.
Unde fit vt tota ſe virtute cōtra eū erigat / quem cōtume
lias fortiter ꝑtuliſſe cōſiderat. Quem quia cōmouere in
ipſa iniuriarū iaculatiōe nō potuit: ab aperto certamine
interim recedēs / in ſecreta cogitatione deceptionis tēp⁹
inquirit. Et qui in publico bello perdidit / ad exhibendas
occulte inſidias exardeſcit. Quietis nāq̧ iam tēpore ad
victoris animū redit: ⁊ vel dāna rerū vel iniuriarū iacula
ad memoriam reducit. Cunctaq̧ que illata ſunt ſibi vehe
menter exaggerās / fuiſſe intolerabilia oſtēdit: ⁊ quieſcē-
tis animū tanto furore cōturbat: vt plerūq̧ vir patiēs illa
ſe equanimiter toleraſſe / etiā poſt victoriā captiu⁹ erube-
ſcat: ſeq̧ nō reddidiſſe cōtumelias doleat: ⁊ deteriora re-
pēdere ſi occaſio prebeatur / querat. Quib⁹ ergo iſti ſunt
ſimiles: niſi his q̄ per fortitudinē in campo victores ſunt:
ſed per negligentiā poſtmodū intra vrbis clauſtra capiū
tur? Quib⁹ iſti ſunt ſimiles: niſi his q̄s irruēs grauis lan
guor a vita nō ſubtrahit / ſ; leuiter veniēs recidiua febris
occidit? Ille ṽo veraciter patiētiā ſeruat: q̄ et ad tempus
aliena mala ſine dolore tolerat: ⁊ hec eadē retractās / ꝑtu
liſſe ſe talia exultat: ne bonū patientie quietis tp̄e pereat
qḋ in ꝑturbationib⁹ cuſtodit̄. Sed q: natalē martyris ho
dierna die colim⁹ fratres mei: nequaq̄ nos a virtute ei⁹
patiētie eſtimare extraneos debem⁹. Si ei adiuuāte nos
dn̄o virtutē patiētie ſeruare cōtendimus: ⁊ in pace eccl̄ie
viuimus: ⁊ tn̄ martyrij palmā tenemus. Duo quippe ſunt
martyrij gn̄a: vnū in publico / aliud in mēte ſimul ⁊ actio-
Spiritale martyrium. ne. Itaq̧ eſſe martyres poſſum⁹ etiā ſi nullo ferro ꝑcutiē
tium trucidemur. Mori quippe a ꝑſequente / martyriū in
aperto ope eſt: ferre ṽo contumelias / odiētē diligere / mar
tyriū eſt in occulta cogitatiōe. Nā q: duo ſunt martyrij ge
nera: vnū in occulto opere / aliud in publico: teſtat̄ ṽitas
Mat. xx. que Zebedei filios requirit dicēs. Poteſtis bibere calicē
quem ego bibiturus ſum? Cui cū protinus reſponderunt
poſſum⁹. Ilico dn̄s reſpondit dicēs. Calicem quidē meū
bibetis. Quid eīm ꝑ calicē / niſi dolorem paſſionis accipi-
Mat. xxvj. mus? De quo alio loco dicit. Pater / ſi fieri pōt / tranſeat a
me calix iſte. Et Zebedei filij i. Iacobus ⁊ Ioānes / non
vterq̧ ꝑ martyriū occubuit: ⁊ tn̄ ꝙ vterq̧ calicem biberet
audiuit. Ioānes nāq̧ nequaq̄ ꝑ martyriū vitā finiuit / ſ;
tamē martyr extitit: q: paſſione quā nō ſuſcepit in corpo-
re / ſeruauit in mēte. Et nos ergo hoc exemplo ſine ferro
martyres eſſe poſſum⁹ / ſi patientiā veraciter in aīo cuſto
diamus. Nō abre arbitror: fratres chariſſimi ſi vnū vobis
exemplū ſeruande patiētie ad edificationē loquar. Fuit
quidē dieb⁹ noſtris Stephan⁹ noīe: pater monaſterij in-
tra Reatine vrbis menia cōſtituti: vir valde ſanct⁹ / patiē-
tie virtute ſingularis. Et ſuperſunt multi qui illū noue-
runt: eiuſq̧ vel vitam vel obitum narrant. Erat autē hu-
ius lingua ruſtica ſed docta vita. Hic pro amore celeſtis
patrie cuncta deſpexerat / poſſidere aliquid in hoc mūdo
fugiebat. Tumultus deuitabat hominum: crebris ac pro
lixioribus orationibus intentus erat. Uirtus tamen pa-
tientie in eo vehementer excreuerat: ita vt ſibi amicum
crederet / qui ſibi moleſtie aliquid irrogaret. Reddebat
contumelijs gratias. Si quod in ipſa ſui inopia ei dānū
fuiſſet illatum: hoc maximū lucrum putabat. Oēs ſuos
aduerſarios / nihil aliud q̄ adiutores eſtimabat. Hūc cū
dies mortis eius egredi de corpore vrgeret: conuenerunt
multi / vt tam ſancte anime de hoc mundo recedenti / ſu-
as animas cōmendarent. Cūq̧ circa lectum illius hi qui
conuenerant omnes aſſiſterent: alij corporeis oculis in-
gredientes angelos viderunt / ſed dicere aliq̄d nullo mo
do potuerunt. Alij omnino nihil viderunt: ſed omnes q̄
aderant / ita vehementiſſimus timor perculſit: vt nullus
egrediente illa ſancta anima / illic ſtare potuiſſet. Et hi q̄
qui viderāt: ⁊ hi qui omnino nihil viderāt / vno omnes ti
more perculſi ⁊ territi fugerūt: nulluſq̧ illic aſſiſtere illo
moriente potuit. Penſate ergo fratres: omnipotēs deus
qualiter terreat quando diſtrictus iudex venturus eſt: ſi
ſic aſſiſtentes terruit quando gratus remunerans venit.
Aut qualiter timeri poteſt cum videri poterit ſi ſic mētes
preſentium ſtrauit / ⁊ quando videri nō potuit. Ecce fra-
tres chariſſimi ſeruata illa / ⁊ in eccleſiaſtica pace patien-
tia / ad quantum hunc retributionis culmē euexit. Quid
huic ſuus cōditor intus dedit: de quo nobis tantā gloriā
in die exitus eius et foris innotuit? Quibus hunc creda-
mus / niſi ſanctis martyribus ſociatū: quē atteſtātib⁹ cor-
poreis q̄z oculis a beatis ſpiritib⁹ cōſtat eſſe ſuſceptū? Nul
lo iſte gladio ꝑcuſſus occubuit: ⁊ tamen coronā patiētie
quā in mente tenuit / in egreſſione ꝑcepit. Probam⁹ quo-
tidie verū eſſe qḋ ante nos dictū eſt: q: ſancta eccleſia ele-
ctoꝝ floribus plena / habet in pace lilia / in bello roſas. Sciē
dum preterea eſt / ꝙ duob⁹ modis virt⁹ patiētie exerceri Duplex
ſolet. Alia nāq̧ ſunt q̄ a deo: alia q̄ ab antiquo aduerſario exercitiā
alia que a proximo ſuſtinem⁹. A proximo nāq̧ ꝑſecutiōes patiētie.
damna ⁊ cōtumelias: ab antiquo aduerſario tentamen-
ta: a deo autē flagella toleramus. Sed in oībus his trib⁹
modis: vigilāti oculo ſemetipſam debet mens circūſpice
re: ne cōtra mala proximi pertrahat̄ ad retributionē ma-
li: ne cōtra tentamenta aduerſarij ſeducat̄ ad delectatio-
nem vel cōſenſum delicti: ne cōtra flagella opificis ad ex-
ceſſum prouoat murmurationis. Perfecte eīm aduerſari⁹
vincit̄: quādo mens noſtra ⁊ inter tentamēta eius ad de
lectationē / atq̧ cōſenſum nō trahitur: ⁊ inter cōtumelias
ꝓximi cuſtodit̄ ab odio: ⁊ iter flagella dei cōpeſcit̄ a mur
muratione. Nec hec agentes / retribui nobis p̄ſentia bo-
na requiram⁹. Nam pro labore patientie / bona ſperāda
ſunt ſequentis vite: vt tunc premiū noſtri laboris incipiat
quādo oīs iam labor funditus ceſſat. Unde ⁊ per pſalmi-
ſtam dicitur. Nō in finem obliuio erit pauperis / patiētia
pauperū non peribit in finem. Quaſi eīm periſſe patien- Ps. ix.
tia pauperū cernitur: cū nil pro illa in hac vita humilib⁹
recompenſat̄. Sed patientia pauperū in finē nō perit: q:
tunc eius gloria percipit̄: cum ſimul oīa laborioſa termi-
nant̄. Seruate ergo fratres in mēte patiētiā / eāq̧ cū res
exigit exercere in operatione. Nullū veſtrū ad odiū proxi
mi cōtumelioſa verba cōmoueat: nulla periturarū rerū
dāna perturbent. Si eīm ſixa mente manſura dāna perti-
meſcitis: dāna rerum tranſeuntiū grauia nō putatis. Si
eterne retributionis gloriā cōcupiſcitis / de temporali in-
iuria nō doletis. Tolerate ergo aduerſarios veſtros: ſed
vt fratres diligite quos toleratis. Eterna premia pro dā-
nis temporalibus querite. Nec quiſq̄ veſtrum ſuis ſe viri
bus hanc implere poſſe confidat / ſed obtinere precibus:
vt ipſe hanc qui imperat preſtet. Et ſcimus quia perent-
tes libenter exaudiet: quādo hoc petitur largiri quod im

Digitized by Google

bet. Cũ cõtinue pulſat̃ in õce: cõcite opitulat̃ in tẽtatiõe
per dñm nr̃m Jeſum chriſtũ/ q̃ cũ eo viuit ꝛ regnat de⁹ in
vnitate ſpiritusſancti: per oia ſecula ſeculorum. Amen.

¶ De martyribus. Matthei. V.

¶ In illo tempore: Uidens Jeſus turbas aſcen
dit in montem. Et cum ſediſſet acceſſerunt ad eũ
diſcipuli eius. Et aperiens os ſuum docebat eos
dicens. Beati pauperes ſpũ. Et reliqua. Homi
lia beati Auguſtini epiſcopi.

Sermonẽ quẽ locutus
eſt dñs noſter Jeſus chriſt⁹ in mõte: ſicut in euã
gelio ſm Mattheũ legim⁹: ſi q̃s pie/ ſobrieq; cõ
ſiderat: puta ꝙ inueniat in eo quod ad mores optimos
pertinet/ perfectũ vite chriſtiane modũ. Quod polliceri
nõ temere audemus/ ſed ex ipſis eiuſdem domini verbis
cõijcimus. Nam ſic ipſe ſermo concludit̃: vt appareat in
mat. vij. eo precepta eſſe oia: q ad informandã vitã pertinent. Sic
enim dicit. Omnis g qui audit verba mea hec/ ꝛ facit ea
aſſimilabo eum viro ſapiẽti: qui edificauit domũ ſuã ſu
pra petram. Deſcendit pluuia/ venerũt flumina/ flauerũt
venti ꝛ offenderũt domũ illam/ ꝛ nõ cecidit: fundata eñ
erat ſupra petram. Et oĩs qui audit verba mea hec/ ꝛ nõ
facit ea: ſimilabo eũ viro ſtulto: qui edificauit domũ ſuaꝫ
ſup arenã. Deſcendit pluuia/ venerũt flumina/ flauerunt
vẽti: ꝛ offenderũt domũ illã ꝛ cecidit: ꝛ facta eſt ei⁹ ruina
magna. Cũ vero nõ dixit. Qui audit ṽba mea tãtũ/ ſꝫ ad
didit dicens. Qui audit verba mea hec: ſatis vt arbitror
ſignificauit hec ṽba q̃ in mõte locutus eſt/ tam ꝑfecte in
ſtruere vitã eoꝝ qui voluerint ſm ea viuere: vt merito cõ
parent̃ edificãti ſupra petrã. Hoc dixi vt appareat iſtum
ſermonẽ omnib⁹ preceptis quibus chriſtiana vita infor
matur eſſe ꝑfectũ: nam de hoc capitulo diligentius ſuo lo
co tractabit̃. Huius igitur ſermonis initium ſic aſſumit̃.
Tex. ¶ Cum vidiſſet Jeſus turbas multas aſcẽdit in montẽ.
Et cũ ſediſſet acceſſerũt ad eũ diſcipuli eius. Et aperiens
Mõtis os ſuũ docebat eos. Si querit̃ quid ſignificet mõs: bene
ſignifi intelligit̃ ſignificare maiora precepta iuſtitie: q: minora
catio. erant que iudeis data ſunt. Unus aũt deus ꝑ ſanctos ꝓ
phetas ꝛ famulos ſuos: ſm ordinatiſſimã diſtributioneꝫ
temporũ dedit minora ꝓcepta ꝑplo: quem timore adhuc
alligari oportebat: ꝛ ꝑ filiũ ſuũ maiora ꝑplo: quẽ charita
te iam liberari cõuenerat. Cũ aũt minora minorib⁹ maio
ra maiorib⁹ dant̃: ab eo dant̃ qui ſolus nouit cõgruẽtem
ſuis tꝑib⁹ generi hũano exhibere medicinã. Nec mirũ eſt
fratres ꝙ dantur precepta maiora ꝓpter regnũ celorũ: et
minora data ſunt ꝓpter regnũ terrarũ/ ab eodẽ vno deo
qui fecit celũ ꝛ terrã. De hac ergo iuſtitia q̃ maior eſt: dicit̃
per ꝓphetã. Juſtitia tua ſicut montes dei. Et hoc bene ſi
gnificat ꝙ ab vno magiſtro ſolo docendis tantis rebus
idoneo docemur in monte. Sedẽs autẽ docet: qḋ ꝑtinet
ad dignitatem magiſtri. Et accedũt ad eũ diſcipuli eius:
vt audiendis illis ṽbis hi eſſent etiã corpore viciniores: q̃
preceptis implendis aio ꝓpinquabant. Aperuit os ſuũ ꝛ
docebat eos. Iſta circũlocutio qua ſcribit̃. Et aperiẽs os
ſuũ/ fortaſſe ipſa mora cõmendat aliquanto longiorẽ fu
Tex. turũ eſſe ſermonem: niſi forte nõ vacet ꝙ nũc eũ dictũ eſt
Eccls. vi aperuiſſe os ſuũ: qḋ in lege veteri aperire ſoleret ora pro
phetarum. Quid ergo dicit? ¶ Beati pauperes ſpiritu:
qm̃ ipſoꝝ eſt regnũ celoꝝ. Legimus ſcriptũ de appetitio
ne rerũ tẽporaliũ. Omnia vanitas ꝛ preſumptio ſpiritus
Preſumptio aũt ſpũs: audaciam ꝛ ſupbiã ſignificat. Uul
go etiã magnos ſpũs ſupbi habere dicũt̃: ꝛ recte quãdo
quidem ſpũs etiã ventus vocat̃. Unde ſcriptũ eſt. Ignis
grando nix glacies: ꝛ ſpũs tempeſtatis. Quis ṽo neſciat
ſupbos inflatos dici/ tãq̃ vento diſtentos? Unde eſt illud
I. Co. viij etiã apl̃i. Scientia inflat/ charitas edificat. Quapropter
recte hic intelligunt̃/ pauperes ſpũ/ humiles ꝛ timẽtes
dñm. i. nõ habentes inflantẽ ſpiritũ. Nec aliũde oino inci
pere oportuit beatitudinẽ: ſiquidem ꝑuẽtura eſt ad ſum
mã ſapientiã. Initiũ autem ſapientie timor dñi. Quoniã
ꝛ econtrario. Initiũ oĩs peccati ſuperbia ſcribit̃. Super Eccli. i.
bi ergo appetant ꝛ diligant regna terrarũ. Beati autem Eccli. x.
pauperes ſpiritu qm̃ ipſorum eſt regnũ celorũ. ¶ Beati Tex.
mites: quoniã ipſi hereditate poſſidebunt terrã. Illã cre
do terrã: de qua in pſalmis dicitur. Spes mea es tu: por
tio mea in terra viuentiũ. Significat eñ quandã ſolidita
tem ꝛ ſtabilitatem hereditatis perpetue/ vbi anima per
bonum affectum tãq̃ loco ſuo requieſcit/ ſicut corpus in
terra: ꝛ inde cibo ſuo alitur ſicut corpus ex terra: ipſa eſt
requies ꝛ vita ſanctorum. Mites aũt ſunt qui cedũt im Ro. vij.
probitatibus: ꝛ non reſiſtunt in malo/ ſed vincunt in bo
no malo. Rixentur ergo immites ꝛ dimicẽt pro negotijs
temporalibus. Beati autem mites: quoniam ipſi heredi
tate poſſidebunt terrã: de qua pelli non poſſunt. ¶ Bea Tex.
ti lugẽtes: quoniã ipi cõſolabunt̃. Luctus eſt triſtitia de
amiſſione charorũ: cõuerſi aũt ad dñm/ ea que in hoc mũ Luctus
do chara amplectabant̃ amittũt. Neq; eñ gaudent his ratio.
rebus quibus ante gaudebant: ꝛ donec fiat in illis amor
eternoꝝ/ nõnulla meſtitia ſauciant̃. Cõſolabunt̃ ergo ſpi
ritusſancto: qui maxime propterea paracletus noiatur: id
eſt conſolator: vt tẽporalẽ amittentes/ eterna letitia per
fruantur. ¶ Beati qui eſuriunt ꝛ ſitiunt iuſtitiã: quoniã Tex.
ipſi ſaturabunt̃. Jam vos amatores dicit veri ꝛ incõcuſſi
boni. Illo ergo cibo ſaturabuntur: de quo ipſe dñs dicit.
Meus cibus eſt/ vt faciã volũtatem patris mei/ qḋ eſt iu Jo. iiij.
ſtitia. Et illa aqua de qua quiſquis biberit: (vt idẽ dicit)
fiet in ea fons aque ſalientis in vitã eternã. ¶ Beati mi Tex.
ſericordes: quoniã ipſorũ miſerebit̃ deus. Beatos eſſe di
cit qui ſubueniũt miſeris: qm̃ eis ita rependit̃/ vt de miſe
ria liberent̃. ¶ Beati mundo corde: quoniã ipſi deum vi Tex.
debunt. Qz ergo ſtulti ſunt: qui dñm iſtis exteriorib⁹ ocu
lis querũt cũ corde videat̃: ſicut alibi ſcriptũ eſt. Et in ſim Sap. i.
plicitate cordis querite illũ. Hoc eſt eñ mũdũ cor/ qḋ eſt
ſimplex cor: ꝛ quẽadmodũ lumen hoc videri nõ poteſt ni
ſi oculis mũdis: ita nec deus videtur/ niſi mundũ illud ſit
quo videri põt. ¶ Beati pacifici: qm̃ filij dei vocabũtur. Tex.
In pace perfectio eſt vbi nihil repugnat. Et ideo filij dei
pacifici/ qm̃ nihil reſiſtit deo: ꝛ vtiq; filij ſimilitudinẽ pa
tris habere debẽt. Pacifici aũt in ſemetipſis ſunt: qui oẽs
animi ſui motus cõponentes: ꝛ ſubijciẽtes rationi/ id eſt
menti ꝛ ſpiritui carnaleſq; cõcupiſcentias habentes edo
mitas/ fiunt regnũ dei: in quo ita ordinata ſunt oĩa: vt id
quod eſt in hoie precipuũ ꝛ excellẽs/ hoc imperet ceteris Pacifici
non reluctãtibus: que ſunt nobis beſtijſq; cõmunia. Atq; q dicant̃
ad idipſum quod excellit in hoie. i. mens ꝛ ratio ſubijciat̃
potiori: quod eſt ipſa veritas vnigenitus dei filius. Neq;
eñ imperare poteſt inferiorib⁹: niſi ſuperiori ſeipſe ſubij
ciat. Et hec eſt pax que dat̃ in terra hoibus bone volũta
tis. Hec vita cõſummati ꝑfectiq; ſapiẽtis. De huiuſmodi Luce. ij.
regno pacatiſſimo ꝛ ordinatiſſimo miſſus eſt foras prin
ceps hui⁹ ſeculi: qui ꝑuerſis inordinatiſq; dominat̃. Hac
pace intrinſecus cõſtituta atq; firmata: quaſcũq; perſecu
tiões ille q̃ foris miſſus eſt/ forinſecus cõcitauerit/ auget
gloriã/ que ſm dominũ eſt: nõ aliq̃d in illo edificio labefa
ctãs/ ſed deficiẽtibus machinis ſuis innoteſcere faciens
quãta firmitas intus extructa ſit. Ideo ſequit̃. ¶ Beati Tex.
qui ꝑſecutionẽ patiunt̃ ꝓpter iuſtitiã: qm̃ ipſoꝝ eſt regnũ
celorũ. Sũt aũt oẽs iſte octo ſententie. Jam enim ceteros
cõpellãs loquit̃ ad illos q̃ aderãt dicẽs. Beati eritis cum
vos maledicẽt ꝛ ꝑſequent̃. Superiores aũt ſententias ge
neraliter digerebat. Nõ enim dixit. Beati pauperes ſpũ/
qm̃ veſtrũ eſt regnũ celoꝝ: ſed qm̃ ipſoꝝ eſt inq̃t regnũ ce
lorũ. Neq;. Beati mites/ qm̃ vos poſſidebitis terrã: ſꝫ qm̃
illi ſunt inexcuſabiles/q̄bus lex data non eſt neq; audito tia ar-
euangelio dormierūt: q: per creaturā poteſt creatorem guitur.
agnoſcere. Hoc eſt em̄ q̄ſi metere vbi nō ſeminauit. i. eos etiā ipiecratis reos tenere: q̄bus verbū legis/aut euāgelij nō miniſtratū eſt. Hoc autē veluti periculū iudicij deuitātes/pigro lāguore a verbi miniſtratiōe cōq̄eſcūt: et hoc eſt quaſi in ſudario ligare qđ acceperunt. ¶ Dicit ei. De Tex.
ore tuo te iudico ſerue nequā. Seru⁹ nequā vocatꝛ: q: piger ⁊ deſes eſt ad exercendū negotiū: et procax ex ſuperbus ad accuſandū dn̄i iudiciū. ¶ Sciebas q ego auſte-
rus hō ſum/tollēs qđ nō poſui: ⁊ metēs qđ nō ſeminaui. Tex.
Et quare nō dediſti pecuniā meā ad mēſem. Qđ putauerat ſe pro excuſatione dixiſſe/in culpam propriā vertitur. Si inquit durum et crudelem eſſe me noueras: et aliena ſectari/ibiq; metere vbi non ſeuerim: quare iſtiuſmodi cogitatio tibi non incuſſit timorem: vt ſcires me mea diligentius queſiturum: et dares pecuniam meam/ſiue argentum ad menſem. Utrumq; enim argyrion grecus ſermo ſignificat. Eloquia domini inquit eloquentia ca- Pſ. xj.
ſta/argentum igne examinatum. Pecunia ergo ⁊ argentum predicatio euangelij eſt: et ſermo diuinus qui dari debuit ad mēſem/hoc eſt promptis paratiſq; fideliū cor-

Digitized by Google

dibus intimari. Ad quã videlicet menſam .i. auditoꝝ mẽ
tem: nõ alia ꝙ̃ dñica eſt deferenda pecunia: vt oĩs ſermo
docentis ſcripture ſenſum ſequat̃. Nã ꝙ hic dñs nõ quali
bet pecuniã/ſed ſuã dicit numularijs eſſe deferendam ex
i. Pe. iiij. ponit apl's dicens. Si q̃s loq̃tur q̃ſi ſermones dei. ¶ Et
Tex. ego veniẽs cũ vſuris vtiq; exegiſſem illud. Qui verbi pe-
cuniam a doctore ꝑcipit em: teq; credẽdo/neceſſe eſt eã cũ
vſuris ſoluat operãdo: vt qð auditu didicit/exequitur in
actu. In vſura q̃ppe pecunia etiã nõ data recipit̃. Vel cer
te de accepto verbi fenore vſuras ſoluit: q̃ ex eo qð audit
etiã alia ſtudet intelligere/q̃ necdũ ex p̃dicatoris ore didi
Tex. cit. ¶ Et aſtantibus dixit. Auferte ab illo mnã: ⁊ date illi
q̃ decẽ mnas habet. Et dixerũt ei. Dñe habet decẽ mnas.
Recte amittit collatã gratiã quã p̃dicando alijs cõmuni
care neglexit: vt ei augeat̃ q̃ inde laborauit. Iuxta quod
Apo. ij. angelo Epheſi eccleſie dicitur. Et mouebo cãdelabrum
tuum de loco ſuo/niſi penitentiam egeris. Et cum regiũ
chriſma quod ſuperbiendo Saul amiſit: Dauid obedien
do promeruit. Spiritus inquit domini diſceſſit a Saul: ⁊
Allego- directꝰ eſt in Dauid a die illa/⁊ deinceps. Quod vero ab-
rica ex- lata a nequã ſeruo mna ei qui decem mnas habebat dari
poſitio. iuſſa eſt: myſtice vt reor indicat: intrante plenitudine gẽ-
tium omnẽ Iſrael ſaluum futurũ: ⁊ tunc abũdantiã gra-
tie ſpiritualis quã modo repenter exercemꝰ illius populi
Tex. doctoribus eſſe conferendã. ¶ Dico autẽ vobis: q: oĩ ha
benti dabitur/⁊ abundabit: ab eo autẽ qui non habet/et
quod habet auferet̃ ab eo. Hoc ad ſuperiorẽ ſententiam
reſpicit: docens ⁊ illum poſſe amittere munus dei: qui ha
bens non habet .i. non vtit̃: ⁊ in eo augeri qui habens ha
bet/hoc eſt bene vtit̃. Que gratiarũ mutatio: q̃m in hac
vita geri ſolet. Notandũ qð illud dñi redeuntis examen:
etiã nunc ex parte celebratũ/ſed tunc eſt vniuerſaliter im
plẽdũ. Quotidie nãq; accepto a patre regno redit quia
peregrinãtis in terra eccleſie ſemper ſtatũ cõſpicit. Quo
tidie i tãto fideliũ ſeruoꝝ numero huic pecuniã negotia-
turo cõmodat: in altero modũ cõſummati operis exami
nat. Hũc fideliter/prudenterq; laborantẽ amplioris gra-
tie munere donat: illum deſidias molles ⁊ marcida luxu
otia ſectãtem: ⁊ eo qð dederat priuat. Verum vniuerſali
manifeſtato iudicio: qð dictu q; terribile eſt/m̃lti q̃ ad do
cẽdũ videbant̃ idonei/ob negligẽtie ſue notã inter indo
ctos reputabunt̃. At illi ſimpliciores fratres/⁊ elemẽtoꝝ
penitꝰ ignari: ob cõuerſatiõis tñ eximie deuotionẽ: inter
Mat. x. apoſtolicos doctores p̃mia ſumma ꝑcipiẽt. Qui em̃ reci-
pit ꝓphetã in noĩe ꝓphete/mercedẽ ꝓphete accipiet. In
Tex. hoc autẽ qð ſequit̃. ¶ Verũtñ inimicos meos illos q̃ no
luerũt me regnare ſuper ſe: adducite huc ⁊ interficite an-
te me: impietatẽ iudeorũ/vel reproborũ ad chriſtũ cõuer-
ti nolentiũ ſignificat in die iudicij puniendã: ⁊ ꝑ duos fi-
Epilogꝰ deles ſeruos/vtriuſq; ppl'i doctores: ꝑ decẽ ⁊ quiq; mnas
euãgelij id eſt credentes ppl'i: per ſeruũ nequã/mali catholici: per
inimicos q̃ cũ ſuꝑ ſe regnare noluerũt/impietates eorũ
q̃ ꝟbũ fidei: aut nũq̃ audire/aut male interp̃tãdo corrũ-
pere maluerunt: per meſſionẽ ruris nõ ſeminati: eorum
etiam quos verbũ dei audire contigit diſcuſſio ſignetur.
Quibus quinq; perſonis omne genus humanuz quod
in die iudicij eſt futurum exprimitur. Tu autem.

¶ De confeſſoribus. Luce. XII.

¶ In illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis.
Sint lumbi veſtri p̃cincti: et lucerne ardẽtes. Et
vos ſimiles hominibus expectantibus dominuz
ſuum quando reuertatur a nuptijs. Et reliqua.
Homilia beati Gregorij pape.

Sancti euãgelij fratres
chariſſimi aperta eſt nobis lectio recitata. Sed
ne aliquibus ipſa eius planities alta fortaſſe vi
deatur/eam ſub breuitate rãſcurrimus: quatenus eius
expoſitio ita neſcientibꝰ fiat cognita vt tamen ſcientibus
nõ ſit oneroſa. Quia viris luxuria in lumbis ſit/feminis
in vmbilico: teſtatur dñs qui de diabolo ad beatũ Iob lo Iob. xl.
quitur dicens. Virtus eiꝰ in lumbis eiꝰ: ⁊ fortitudo illius
in vmbilico ventris eius. A principali igitur ſexu lũborũ
nomine luxuria deſignat̃/cum dñs dicit. ¶ Sint lumbi Tex.
veſtri precincti. Lũbos em̃ precingimꝰ: cũ carnis luxuriã
per continẽtiam coarctamus. Sed q: minus eſt mala nõ
agere: niſi etiã q̃ſq; ſtudeat ⁊ bonis opibus inſudare pro-
tinus addit̃. ¶ Et lucerne ardentes in manibus veſtris. Tex.
Lucernas q̃ppe ardentes in manibꝰ tenemus: cũ ꝑ bona
opa proximis nr̃is lucis exẽpla mõſtramus. De q̃bus: pro
fecto opibus dñs dicit. Luceat lux veſtra corã hoĩbus/vt Mat. v
videãt opa veſtra bona: ⁊ glorificẽt patrẽ veſtrũ qui in ce
lis eſt. Duo aũt ſunt q̃ iubent̃: ⁊ lumbos reſtringere/⁊ lu
cernas tenere: vt ⁊ mũditia ſit caſtitatis in corpore: ⁊ lumẽ
veritatis in operatione. Redemptori em̃ noſtro vnũ ſine Copula
altero nequaq̃ placere põt: ſi aut is q̃ bona agit/adhuc virtutũ
luxurie inq̃namẽta nõ deſerit: aut is q̃ caſtitate p̃eminet/
necdũ ſe ꝑ bona opa exercet. Nec caſtitas g̃ magna eſt ſi-
ne bono ope: nec opus bonũ eſt aliqð ſine caſtitate. Sed
etſi vtrũq; agit̃: reſtat vt q̃ſquis ille eſt/ſpe ad ſupernam
patriã tẽdat: ⁊ nequaq̃ ſe a vitijs ꝓ mũdi huiꝰ honeſtate
cõtineat. Qui etſi q̃ bona aliq̃ñ pro honeſtate inchoat in
eius tñ intẽtione nõ debet permanere: nec per bona opa
preſentis mundi gloriã querere: ſed totã ſpem in redem-
ptoris ſui aduẽtu cõſtituat. Vñ ⁊ ꝓtinus ſubditur. ¶ Et Tex.
vos ſimiles hoĩbus expectãtibus dñm ſuũ/q̃ñ reuertat̃ a
nuptijs. Ad nuptias q̃ppe dñs abijt: q: reſurgẽs a mortu-
is/aſcẽdens in celũ/ſupernã ſibi angeloꝝ multitudinem
nouꝰ hõ copulauit. Qui tũc reuertit̃ cũ nobis iam per iu
diciũ manifeſtat̃. Bñ aũt de ſeruis expectãtibus ſubdit̃.
¶ Ut cũ venerit ⁊ pulſauerit/cõfeſtim aperiãt ei. Venit Tex.
q̃ppe cũ ad iudiciũ ꝓperat. Pulſat vero/cũ iam ꝑ egritu-
dinis moleſtias eſſe mortẽ vicinã deſignat. Cui cõfeſtim
aperimꝰ ſi hũc cũ amore ſuſcipimꝰ. Aperire em̃ iudici pul
ſanti nõ vult/q̃ exire de corpe trepidat: ⁊ videre eũ quẽ cõ
tẽpſiſſe ſe meminit/iudicẽ formidat. Qui autẽ de ſua ſpe
⁊ operatione ſecurꝰ eſt/pulſanti cõfeſtim aperit: q: letꝰ iu
dicem ſuſtinet: et cũ tẽpus ꝓpinque mortis agnouerit/de
gloria retributionis hilareſcit. Unde ⁊ ꝓtinus ſubditur.
¶ Bti ſunt ſerui illi q̃s cũ venerit dñs/inuenerit vigilan- Tex.
tes. Vigilat/q̃ ad aſpectũ veri luminis mẽtis oculos ap-
tos tenet. Vigilat/q̃ ſeruat operãdo qð credit. Vigilat/q̃
a ſe torporis ⁊ negligẽtie tenebras repellit. Hinc etenim
Paulꝰ dicit. Euigilate iuſti/⁊ nolite peccare. Hinc rurſus i. Cor. xv
dicit. Hora eſt nos iam de ſomno ſurgere. Sed veniens Ro. xiij
dominus/quid vigilantibus ſeruis exhibeat audiamus.
¶ Amen dico vobis ꝙ precinget ſe: ⁊ faciet illos diſcum- Tex.
bere: et tranſiens miniſtrabit illis. Precinget ſe: id eſt ad
retributionem preparat. Et faciet illos diſcũbere: id eſt in
eterna quiete refoueri. Diſcũbere quippe noſtrum in re-
gno q̃eſcere eſt. Unde rurſus dominus dicit. Venient et Mat.
recumbent cũ Abraã/Iſaac ⁊ Iacob. Trãſiens autẽ dñs viij.
miniſtrat: q: lucis ſue illuſtratione nos ſaciat. Tranſiens
ꝟo dictũ eſt: cũ de iudicio ad regnum redit. Vel certe no
bis dñs poſt iudiciũ trãſit: q: ab humanitatis forma in di
uinitatis ſue cõtemplationem nos eleuat. Et trãſire eiꝰ
eſt in claritatis ſue ſpeculationẽ nos ducere: cũ eum queꝫ
in humanitate in iudicio cernimꝰ: etiã in diuinitate poſt
iudicium videmus. Ad iudiciũ quippe veniens: in forma
ſerui omnibus apparet: quia ſcriptum eſt. Videbunt in Zacha.
quem tranſfixerunt. Sed cum reprobi in ſupplicium cor- xij.
ruunt/iuſti ad claritatis eius gloriam pertrahũtur: ſicut
ſcriptum eſt. Tollatur impius/ne videat gloriam dei.
Sed quid ſi ſerui in prima vigilia negligentes exiſtunt? Eſaie
Prima quippe vigilia: prime etatis cuſtodia eſt. Sed xxvi.
neq; ſic deſperandum eſt/et a bono opere ceſſandum.
Nam longanimitatis ſue patientiam inſinuans dominꝰ
ſubdit. ¶ Et ſi venerit in ſc'da vigilia: ⁊ ſi in tertia vigilia Tex.
venerit

Digitized by Google

venerit: ⁊ ita inuenerit/beati ſunt ſerui illi. Prima q̄ppe
vigilia primeuū tp̄s. i. pueritia. Sc̄da adoleſcētia vel iu-
uētus: q auctoritate ſacri eloquij vnū ſunt/dicēte Salo-
Eccs. xi. mone. Letare iuuenis in adoleſcētia tua. Tertia aūt ſe-
nect⁹ accipit. Qui ergo vigilare in prima vigilia noluit/
cuſtodiat vel ſecūdā: vt q̄ cōuerti a prauitatibus ſuis in
pueritia neglexerit/ad vias vite ſaltem in tp̄e iuuētutis
Vigilie euigilet. Et q̄ in ſc̄da vigilia vigilare noluit: tertie vigi-
tres my- lie remedia nō amittat: vt q̄ in iuuētute ad vias vite non
ſtici. vigilat/ſaltē in ſenectute reſipiſcat. Pēſate fratres cha-
riſſimi: q: cōcluſit pietas dei duritiā noſtrā. Non eſt iā q̄
homo excuſationēs inueniat. Deus deſpicit ⁊ expectat:
cōtēni ſe videt ⁊ reuocat: iniuriā de cōtēptu ſuo ſuſcipit/
et tn̄ q̄nq̄ reuertētibus etiā premia p̄mittit. Sed nemo
hāc eius lōganimitatē negligat: q: tāto diſtrictior ē iuſti-
tiam in iudicio exiget: quāto longior ē patientiā ante iu-
diciū prerogauit. Hinc etem̄ Paulus dicit. Ignoras q̄m
Rom. ij. benignitas dei ad penitētiā te adducit. Sc̄d; duritiā au
tē tuā ⁊ cor impenitēs/theſaurizas tibi irā in die ire ⁊ re-
uelationis iuſti iudicij dei. Hinc pſalmiſta ait. Deus iu-
dex iuſtus/fortis ⁊ longanimis. Dictur⁹ q̄ppe lōganimē
premiſit iuſtū: vt quē vides peccata delinquētiū diu pa-
tiēter ferre/ſcias hūc q̄nq̄ etiā diſtricte iudicare. Hinc p
quēdā ſapiētē dicit. Altiſſimus em̄ eſt patiens redditor.
Eccli. v. patiens em̄ redditor dicit: q: peccata hominū ⁊ patitur
et reddit. Nā quos diu vt cōuertant tolerat/non cōuer-
ſos durius dānat. Ad excutiendā vero mētis noſtre deſi
diā/etiam exteriora dāna per ſimilitudinē deducūtur: vt
per hec animus ad ſui cuſtodiam ſuſcitet. Nam dicitur.
Tex. ¶ Hoc aūt ſcitote: q̄m ſi ſciret paterfamilias qua hora
fur veniret: vigilaret vtiq̄ ⁊ nō ſineret perfodi domū ſuā
Ex qua premiſſa ſimilitudine etiā exhortatio ſubinfert/
Tex. qua dicit. ¶ Et vos eſtote parati: q: qua hora non puta-
tis filius hois veniet. Neſciēte em̄ patrefamilias fur do-
mū perfodit/q: dū a ſui cuſtodia ſpūs dormit: improuiſa
mors veniens carnis noſtre habitaculū irrūpit: ⁊ eū quē
dn̄m domus inuenerit dormiētē necat: q: cū ventura dā-
na ſpiritus minime preuidet/hūc mors ad ſuppliciū ne-
ſcientem rapit. Furi aūt reſiſteret ſi vigilaret: q: aduētū
iudicis qui occulte animā rapit/precauēs ei penitendo
occurreret/ne impenitēs periret. Horā vero vltimā dn̄s
noſter idcirco nobis voluit eſſe incognitā: vt ſemp poſſit
eſſe ſuſpecta: vt dū illā preuidere non poſſumus ad illam
ſine intermiſſione preparemur. Proinde fratres mei in
conditione mortalitatis veſtre mentis oculos figite: ve-
Moni- nienti vos iudici p fletus quotidie ⁊ lamēta preparate.
tio mora Et cum certa mors maneat omnibus/nolite de tēpora-
lis. lis vite prouidentia incerta cogitare. Terrenarū rerum
vos cura nō aggrauet. Quantiſlibet enim auri ⁊ argēti
molibus circūdetur: q̄buſlibet p̄cioſis veſtib⁹ induat ca
ro: quid eſt aliud q̄ caro? Nolite attēdere q̄d habetis/ſ;
conſiderate q̄d eſtis. Vultis audire q̄d eſtis? Propheta
Eſa. xl. indicat dicens. Vere fenū eſt populus. Si em̄ fenū popu
lus nō eſt/vbi ſunt illi q̄ ea que hodie colim⁹/vobiſcum
tranſacto anno beati. N. natalitia celebrauerūt? O quā-
ta ⁊ qualia de preſentis vite prouiſione cogitabāt: ſ; ſur-
ripiente mortis articulo/repēte in his que preuidere no
lebant inuēti ſunt: ⁊ cuncta ſimul tēporalia congregata:
que quaſi ſtabiliter tenere videbant amiſerunt. Si ergo
tranſacta multitudo generis humani p natiuitatē viruit
in carne: per mortem aruit in puluere/velut fenum fuit.
Quia igit momentis ſuis hore fugiūt: agite fratres cha
Eccs. ix. riſſimi/vt in bona operis mercede teneātur. Audite q̄d
ſapiens Salomon dicat. Quodcūq̄ poteſt manus tua
facere/inſtāter operare: quia nec opus/nec ratio/nec ſciē
tia/nec ſapientia erunt apud inferos quo tu properas.
Quia ergo ⁊ venture mortis tempus ignoramus: ⁊ poſt
mortē operare nō poſſum⁹/upereſt vt ante mortē tp̄a in-
dulta rapiamus. Sic em̄ mors ipſa cum venerit vincitur
ſi priuſq̄ veniat ſemper timeatur. Tu autē.

¶ De confeſſoribus. Luce. XII.
¶ In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis:
Sint lumbi veſtri precincti: ⁊ lucerne ardētes in
manib⁹ veſtris. Et reliqua. Homilia Haimonis.

Inter ceteras virtu-
tes quas dn̄s noſter Jeſus chriſt⁹ diſcipulis tra
didit: ⁊ p diſcipulos nobis maximā ⁊ precipuā
caſtitatem oſtendit. Nam cū ſuperius ad ſpontaneā pau
pertatem amandam nos incitaſſet dicens. Facite vobis
ſacculos qui non veteraſcunt theſaurum non deficientē
in celis quo fur non appropiat: nec tinea corrumpit/con
tinuo de ſeruanda caſtitate adiecit di. ¶ Sint lumbi ve- Tex.
ſtri precincti. Quod enim luxuria viris in lumbis ſit: ⁊ fe
minis in vmbilico: dominus teſtatur cum de diabolo lo-
quitur ad beatū Job. Virtus eius in lumbis eius: ⁊ for- Job. xl.
titudo illius in vmbilico ventris eius. Lumborum ergo
nomine hic luxuria deſignatur: cum dicitur. Sint lumbi
veſtri precincti. Lumbos enim precingimus: cum ardo-
rem libidinis amore caſtitatis refrenamus. Taliter lum
bos precinctos habebat Joānes baptiſta: de quo ſcriptū
eſt. Quia erat veſtitus pilis cameli: ⁊ zona pellicea circa Marc. i.
lumbos eius: nec erat de immundis/qui propter fluxum
ſeminis eijciebantur extra caſtra: ſed caſtitatem quaz in
mente habebat/in ipſo habitu corporis demonſtrabat.
Sic ⁊ Helias zonam circa lumbos habebat. Qui enim iiij. reg. i
non propter amorem filiorum iunguntur/ſed propter li-
bidinē explendā: lūbos precinctos non habent: ſ; potius
de illis ſunt/qui propter immunditiā extra caſtra eijciun
tur/comparati iumentis inſipientibus. Qui vero tollēs
mēbra chriſti facit ea mēbra meretricis: nequaq̄ lumbos
h; p̄cinctos: q̄m ſicut hec ait ap̄ls Paul⁹. Sine pace ⁊ ca- Heb. xij.
ſtimonia nemo videbit deū. Quātū em̄ incorruptio car-
nis deo placeat: ipſe p pphetā teſtat dicēs. Hec dicit dn̄s Eſa. lvi.
eunuchis: qui cuſtodierint ſabbata mea ⁊ elegerint q̄ vo
lui/tenuerint fed⁹ meū: dabo eis in domo mea: ⁊ in mu-
ris meis locū nominatum: ⁊ nomen melius a filijs et fi-
liabus: nomen ſempiternū q̄d non peribit. Et in Apoca- Caſti-
lypſi de talibus dicit. Hi ſunt qui cū mulieribus nō ſunt monie
coinquinati: virgines em̄ ſunt. Quod cū oibus fidelib⁹ cōmēda
generaliter obſeruandū ſit/ſpecialiter tn̄ miniſtris eccle- tio.
ſiaſtici ordinis cuſtodiendū iniungitur: q̄n in veteri lege
carnes agni: qui in figura corporis ⁊ ſanguinis immola
tus eſt: nō prius comedere permiſſi ſunt/q̄ renes accin-
ctos haberēt dn̄o dicente. Sic ergo comedetis illum: re-
nes vr̄os accingetis/calciamēta habebitis in pedib⁹. Itē
Et dixit dn̄s ad Moyſen. Loquere ad Aaron ⁊ ad filios Exo. xij.
ei⁹. Homo de ſemine vr̄o i q̄ fuerit macula: nō accedat ad al Leui. xxi
tare. Si gibb⁹ fuerit/ſi lipp⁹/ſi albuginē hn̄s in oculo/ſi
impetiginē in corpe/vel iugē ſcabiem/ſi cecus fuerit vel
claudus/ſi fracto pede/vel torto nato/ſi fuerit pondero-
ſus/vel hernioſus. Qui em̄ ſacra myſteria manib⁹ tracta
re/⁊ alijs miniſtrare debēt: dignū eſt vt ab oī imūda pol-
lutione ſint alieni: vt ſc; ⁊ mēte ſint caſti ⁊ corpore pudici
Nō in ope Dauid diſcim⁹. Qui cū veniſſet ad Archime- i. reg. xxi.
lech ſacerdotē nō pri⁹ panes ſctificatos accipe voluit: q̄
ſe ſuoſq̄ mūdos a mulierib⁹ teſtaret: nō vtiq̄ ſolis alienis
neq̄ cōcubinis/ſ; etiā a pprijs vxorib⁹. Ait em̄. Et q̄dē ſi
de mulierib⁹ agit: cōtinuim⁹ nos ab heri ⁊ nudiuſterti⁹
q̄n egrediebamur: ⁊ fuerūt vaſa puerorū mūda. Quapro
pter cſideret vnuſq̄ſq̄ cōſcientiā ſuā: ⁊ ſi ſe incōtinentem
ſenſerit i corpe/abſtineat ſe a ſacra cōione forte: ne ad iu-
diciū accipiat/q̄d fidelib⁹ datū eſt ad remediū: timēs illō
q̄d terribiliter clamat ap̄ls dicēs. Quicūq̄ māducauerit
panē/vl biberit calicē dn̄i indigne: re⁹ erit corpis ⁊ ſangui i. Cor. xi.
nis dn̄i. Probet aūt ſeip; hō: ⁊ ſic de pane illo edat ⁊ de ca
lice bibat. Qui em̄ māducat ⁊ bibit indigne: iudiciū ſibi
māducat ⁊ bibit/nō dijudicās corp⁹ dn̄i. Vel certe alr: lū
bos p̄cingim⁹/cū oīa ipedimēta mūdi poſtponim⁹: vt in

via mandatoꝝ dei/greſſum mētis firmiter figere valea
mus. Qui cū diſcinctus eſt: ipis ſuis veſtimētis impedif
Militia duplex. ne libere ambulet. Qui vero p̄cinct⁹ eſt: qua quauerſus
liber diſcurrere pōt. Precingit ad preliū miles: ⁊ circa re
nes gladiū portat: quo aduerſariū ſuū pcutiat. Et tu er
go q̄ cupis eſſe miles dei/precinge lūbos tuos.i.oia fluxa
⁊ impedimenta mundi poſtpone: vt pugnare valeas nō
aduerſus carnē ⁊ ſanguinē/ſed aduerſus mūdi rectores
tenebrarū harum: contra ſpiritualia nequitie in celeſtib⁹
Ephe.vi. vt impleaf in te qđ idem aplš ſubiungit. State ergo ſuc
cincti lūbos veſtros in veritate: ⁊ induti lorica iuſtitie et
calciati pedes in preparatiōe euāgelij pacis. Taliter mi
les caſtroꝝ lūbos precinxerat: qñ audiuit. Accinge ſicut
vir lūbos tuos. Vñ ⁊ in laude eccleſie dr̄. Accinxit fortitu
Prouer. xxxi. dine lūbos ſuos/⁊ roborauit brachiū ſuū. Quiſquis aūt
talis eſt: alijs ad exemplū imitationis proponēdus eſt: q2
Mat.v. ſicut ait dñs. Nemo accēdit lucernā ⁊ ponit eam ſub mo
dio/ſed ſuper cādelabrum: vt luceat oibus qui in domo
ſunt. Vñ poſtq̄ dixit. Sint lūbi veſtri precincti ⁊ lucerne
ardentes: quid p lucernas/niſi opa bona deſignanf. Lu
cernas ardētes habere: eſt bona opera alijs ad imitādū
oſtēdere: iuxta illud qđ dñs alibi ait. Luceat lux vr̄a corā
hominib⁹: vt videant opera veſtra bona: ⁊ glorificēt pa
trē veſtrū qui in celis eſt. Conſiderādum aūt illud eſt: q
duo ſunt q̄ precipiunf/lumbos ſcʒ precingere/⁊ lucernas
ardētes habere: q2 nec caſtitas prodeſt ſine bono opere/
nec bonū opus aliq̄d valet ſine caſtitate. Primū em̄ pre
cipimur lūbos reſtringere/⁊ poſt lucernas tenere: q2 ille
ad alioꝝ exēpla promouēdus eſt: in cuius pectore ſalutar
ria deſideria vigēt: ⁊ cuius mentē carnalis voluptas nō
Nume. viij. occupat. Qđ in lege prefiguratū eſt: cū p Moyſen preci
pitur: vt leuite vſq; ad quinquageſimū annū miniſtrent
poſt annū vō quinquageſimū cuſtodes vaſoꝝ fiāt: legi
timū tēpus attendentes/ſiue ad regēdū/ſiue ad officiū
predicationis ſuſcipiendū. Sed querif quare p̄cipiat lu
Mat.vi cernas tenere/cū alibi dicat. Tu aūt cū oraueris/intra in
cubiculū tuū: ⁊ clauſo oſtio ora patrē tuum. Ad qđ dicen
dum: q2 illis precipitur bonum opus ad exemplū alioꝝ
oſtendere: qui tam perfecti ſunt vt ab hominibus lauda
ti non extollātur. Illis autē q̄ imperfecti ſunt/aut quos
fauor humanus extollit/precipif. Tu autem cum oraue
ris/intra in cubiculū tuū: ⁊ cū facis eleemoſynā neſciat
ſiniſtra tua quid faciat dextera tua. Et q2 iuxta Joannis
j.Joā.iij vocem. Si cor noſtrū non reprehenderit nos/fiduciā ha
bemus in die iudicij: quicūq; lumbos habent precinctos
⁊ lucernas ardentes/aduentū dñi nō tam timere debēt
q̄ diligere. Unde ⁊ ſubdif. ¶ Et vos ſimiles hominib⁹
Tex. expectantibus dñm ſuū/quādo reuertatur a nuptijs: vt
cū venerit ⁊ pulſauerit/cōfeſtim aperiant ei. Ad nuptias
quippe dñs noſter abijt: quando aſcendēs in celū/multi
tudinem angeloꝝ nouus homo ſibi ſociauit. Tunc autē
reuertetur ad ſeruos ſuos: qñ per iudiciū manifeſtari ce
Expoſitio duplex. perit. Siue alr̄. Certe dñs nobis quotidie venit/cū cōſciē
tias noſtras per ſuā gratiā viſitat: ⁊ cor noſtrū ſuo amore
inflāmat. Pulſat vō: qñ per egritudinis moleſtiā/vicinā
mortē denūciat. Cui ille ſtatim aperit: q̄ letus de corpore
exit: ⁊ eius ſpeciē quem ſemp deſiderauit videre concupi
ſcit. Pulſanti iudici aperiri timet: q̄ eius preceptis ſe mi
nime obtēperaſſe cognoſcit: ⁊ videre eū exiens de corpo
re trepidat/quē cōtēpſiſſe ſe meminit: ⁊ quaſi videre iu
dicē metuit/cui⁹ iuſſis ſe obtēperaſſe nō recognoſcit. Si
cut em̄ iudicis aduētum in ciuitate eius iuſti diligūt/fu
res ⁊ latrones timēt: ita ⁊ aduentū dñi illi timent q̄ eius
preceptis ſe minime obtemperaſſe ſciūt. Soli aūt illi dili
gūt: q̄ recte ſe viuere recolunt: qđ illoꝝ eſt facere: q̄ vitaʒ
ſuā quantū humana fragilitas patif/inculpabilē cuſto
diūt: ⁊ cor ſuū de terreno amore in celeſtis patrie gaudio
ponunt. Talis erat Paulus aplš: q̄ de bonis actib⁹ ſecu
ij.Tim. iiij. rus dicebat. Ego aūt iā delibor: ⁊ tēpus mee reſolutiōis
inſtat. Bonū certamē certaui/curſum cōſummaui/fideʒ
ſeruaui: de reliq̄ repoſita eſt mihi corona iuſtitie. Et ite
rū. Cupio diſſolui ⁊ eſſe cū chriſto/multo em̄ melius. Et Phil.j.
rurſus. Uiuo aūt iā nō ego: viuit vō in me chriſt⁹. Tali Gal.ij.
ter pulſanti iudici beatus Martin⁹ aperire parat⁹ erat:
qñ inter egritudinis moleſtiā cōſtitut⁹/diſcipuloꝝ fleti
bus cōmotus dicebat. Grauis eſt dñe pugna laboris q̄
hucuſq; certaui: ſed ſi adhuc pplo tuo ſum neceſſari⁹: no
recuſo pp̄ter eos ſubire laborē: fiat volūtas tua. Talib⁹
qualis remuneratio p̄parata ſit dñs manifeſtat cū ſub
dit. ¶ Bti ſerui illi: quos cū venerit dñs/inuenerit vigi Tex.
lantes. Uigilare em̄ eſt in bono opere vnūquēq; ſolicitū
eſſe. Ille vō bene vigilat: q̄ recte credit ⁊ recte viuit. Ui
gilat/q̄ ad aſpectū veri luminis aptos tenet oculos men
tis. Uel certe vigilat/q̄ torporē ⁊ negligentiā a ſe excutit
et diuinis mādatis ardēti aio inheret. Taliter Paulus j.Corin. xv.
aplš vigilare monebat: q̄bus dicebat. Euigilate iuſti: et
nolite peccare. Et iterū. Hora eſt iā nos de ſomno ſurge Roma. xiij.
re. Et rurſus. Uigilare ⁊ orate: ⁊ ſtate in fide. Adhuc etiā
ipſius remunerationis qualitas inſinuaf cum ſubditur. j.Co.xvj
¶ Amen dico vobis q̄ pcinget ſe: ⁊ faciet illos diſcūbe Tex.
re: ⁊ trāſiēs miniſtrabit illis. Precingi vō dei eſt ad retri
butionē ſe preparare. Noſtrū aūt diſcūbere/eſt in eterna
btitudine q̄ſcere: iuxta qđ ipſe alibi ait. Multi venient
ab oriēte ⁊ occidēte: ⁊ recūbent cū Abrahā ⁊ Iſaac ⁊ Ja
cob in regno celoꝝ. Trāſire vō dr̄: cum poſt iudiciū ad re
gnū pperat. Uel certe dñs trāſiens nobis miniſtrabit/
cū de forma humanitatis/vſq; ad cōtēplādā charitatē di
uinitatis nos pducet. Omnib⁹ enim in iudicio in forma
hūanitatis apparebit/iuſtis ſcʒ ⁊ iniuſtis: ſicut ſcriptum
eſt. Et videbit ois caro ſalutare dei nr̄i. Sed reprobis iu Luc.iij.
ſto iudicio dānatis: iuxta illud qđ ſcriptū eſt. Tollaf im Eſa.xxvi
pius ne videat gloriā dei. Solis electis trāſiet: q̄s de viſio
ne hūanitatis/vſq; ad cōtēplādā claritatem diuinitatis
ſublimabit: vt q̄ mō intuenf tm̄ hoiem: tūc facie ad faciē
mereanf videre deū: q̄liter pr̄ in filio/⁊ filius maneat in
pr̄e. Sed q2 oibus p̄ſentis vite termin⁹ incert⁹ eſt: recte
ſubiūgif. ¶ Et ſi venerit in ſcđa vigilia: ⁊ ſi in tertia vigi Tex.
lia venerit: ⁊ ita inuenerit: bti ſunt ſerui illi. Antiq̄ em̄ no
ctē in q̄ttuor vigilias diuidebant: ita vt vnaqueq; vigilia
trinas haberet horas. Uarietates nāq; horarū/diuerſita
tē ſignificāt hūane vocatiōis. Prima em̄ vigilia: p̄meuū
eſt tps nr̄e etatis.i.pueritia. Scđa vigilia adoleſcētia vel
iuuent⁹: q̄ pene idē ſunt/Salomone dicēte. Letare iuue
nis in adoleſcētia tua. Tertia vigilia ſenect⁹ eſt. Cū vero Eccle.xi.
dñs nōnullos in pueritia bñ operātes ab hac vita vocat
q̄ſi ad ſeruos vigilātes in pria vigilia venit. Cū vō alios
in adoleſcētia/vel in iuuētute ab hac vita ducit: quaſi in
ſcđa vigilia venit. Si q̄s ergo in pria vigilia vigilare no
luerit/ſaltē in ſcđa vigilet.i.ſi q̄s in pueritia a bono ope
torpuit/ſaltē in adoleſcētia/vel iuuētute ſomnū torporis
a ſe excutiat: ⁊ dū virt⁹ corporis viget/in bono ope ſe ex
erceat. Si q̄s aūt tā negligēs ⁊ deſidioſus fuerit iuuēt⁹:
vt nec in prima nec in ſcđa vigilia vigilauerit/ſaltē in ter
tia.i.in ſenectute iā reſipiſcat: ⁊ tūc vigilare nō timeat: cū
parū vigilatur⁹ eſt. Neq; em̄ ſero cōuerſos diuina pietas
deſpicit: q̄ per pphetā ait. Uiuo ego dicit dñs: nolo mor Ezech. xxxiij.
tē peccatoris/ſʒ vt cōuertaf ⁊ viuat. Et iterū. Peccator qua
cūq; die cōuerſus fuerit ⁊ ingemuerit/ſaluus erit. Sʒ q2
ſolet antiquus hoſtis in hac parte tepidos decipere chri
ſtianos: vt q̄bus ſuadet culpā/lōgā promittat vitam: ad
huc dñs admonendo ſimilitudinem incerti finis ſubdit/
dicens. ¶ Hoc aūt ſcitote q̄m ſi ſciret paterfamilias qua Tex.
hora fur veniret: vigilaret vtiq;: ⁊ non ſineret perfodi do
mū ſuam. Juxta literā ita eſt: q2 paterfamilias theſaurū
recōditum habens in domo/ſi furis aduētū ſciret/vigi
lias inſtrueret: cuſtodias adhiberet: infirmiora loca mu
niret: ⁊ ne ſua domus aliqua fraude perfodi poſſet ſolici
tus precaueret. Spiritualiter aūt paterfamilias iſte/no
ſter eſt animus: qui tūc male ſecurus dormit: quādo diē
mortis obliuiſcens/a bono opere torpet: et breuiſſimum

Digitized by Google

tempus vite pꝛeſentis/quaſi longũ ſibi pꝛomittit. Furis
aũt aduent⁹ moꝛs eſt: que impꝛouiſa ſubito dũ non ſpe-
ratur veniens/theſaurum anime noſtre ad penas rapit.
Huius ergo furis aduentũ vt pꝛecauere poſſim⁹: neceſ-
ſe eſt vt diẽ moꝛtis ſemꝑ ante oculos habeamus. Multũ
enim nos aduerſus peccatũ iuuat/ſi finis vite a memo-
Eccli. vij. ria non recedat: monente ſcriptura. In oĩbus operibus
tuis memoꝛare nouiſſima tua: et ineternũ nõ peccabis.
Tex. Unde ⁊ dñs admonẽdo ſubiungit dicẽs. ¶ Et vos eſto-
te parati: quia qua hoꝛa nõ putatis fili⁹ hominis veniet.
Si autẽ terminũ vite noſtre ſciremus: aliud tempus foꝛ-
Hoꝛa moꝛtis incerta. taſſis voluptati/⁊ aliud tempus penitẽtie deputarem⁹.
Cũ vero oĩbus incerta ſit hoꝛa moꝛtis: nõ debet eſſe con-
ſcientia ſecura a bono opere: q: dñs oĩpotens qui nemi-
nem vult perire/ſed oẽs ad cognitionẽ veritatis venire:
ideo voluit nos latere vltimũ diẽ: vt dũ ignoꝛatur vnus
obſeruẽtur omnes. Qd autem ait: q: qua hoꝛa non puta-
tis filius hoĩs veniet: ſi ad diẽ iudicij referamus: manife-
ſtum eſt: quia incertus eſt oĩbus ⁊ incognitus/ſicut ipſe
Mat. xxiiij. dicit in euangelio. De die autẽ illa ⁊ hoꝛa nemo ſcit/neq̃
angeli in celo/neq̃ filius hoĩs/niſi pater ſolus. Et iterũ
Act. j. Sicut fuit in diebus Noe: ſic erit aduẽtus filij hominis.
Et rurſuz. Sicut fulgur egredietur ab oꝛiẽte/⁊ penetrat
in occidentẽ: ſic erit aduentus filij hoĩs. Et poſt ſuam re-
ſurrectionẽ querentibus diſcipulis ait. Non eſt veſtrum
noſſe tempoꝛa ⁊ momenta: que pater poſuit in ſua pote-
ſtate. Hinc Petrus apoſtol⁹ dicit. Dies domini ſicut fur
in nocte/ita veniet. Sed qđ tunc generaliter futuruz eſt
omnibus in reſurrectione animarũ et coꝛpoꝛũ/quotidie
ſit ſingulis in animabus. Dũ enim nõ putam⁹ filius ho-
minis venit: qñ ſubita moꝛte pꝛeuẽti/ipſum habem⁹ ter-
minũ peccandi/quẽ et viuendi. Et dum mala non deſeri-
Eccli. v. mus/ſed a malis deſerimur: ſerã agimus penitẽtiã/non
attendentes illud quod ſcriptũ eſt. Nec tardes conuerti
ad deuz: neq̃ differas de die in diem/ne ſubito veniat ira
eius/⁊ in tempoꝛe vindicte diſperdat te.

¶ De confeſſoꝛibus. Luce. XI.

¶ In illo tempoꝛe: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis.
Nemo accendit lucernam et in abſcondito po-
nit: neq̃ ſub modio: ſed ſuper cãdelabꝛuz: vt qui
ingrediuntur lumen videant. Et reliqua. Homi-
lia venera. Bede pꝛeſby.

De ſeipſo dñs hec lo-
quitur: oſtendens etſi ſupꝛa dixerit nullũ gene-
ratiõi nequã/niſi ſignũ Jone dandũ: nequaq̃
tñ lucis ſue claritatẽ fidelibus occultandã. Ipſe quippe
lucernam accẽdit/qui teſtã humane nature flamma ſue
diuinitatis impleuit. Quã pꝛofecto lucernã/nec creden-
tibus abſcõdere/nec modio ſupponere: hoc eſt/ſub men-
ſura legis includere: vel intra vnius Judee gentis termi-
Tex. nos voluit cohibere. ¶ Sz ſupꝛa candelabꝛũ inq̃t: vt qui
ingrediuntur lumen videant. Candelabꝛũ eccleſiã dicit
cui lucernã ſuperpoſuit: q: noſtris in frontibus fidez ſue
incarnationis affixit: vt qui eccleſiã fideliter ingredi vo-
luerint/lumen veritatis palaz queant intueri. Qua ſen-
tentia iudeoꝛum quoq̃ pꝛoceres condẽnat: q̃ ſigna que-
rentes exterius apertam lucis ianuã noluerunt intrare
credendo. Deniq̃ pꝛecipit ne opera tãtummodo/ſed et
cogitationes et ipſas etiã coꝛdis intẽtiones/mũdare et
caſtigare meminerint. Naz ſequitur. ¶ Lucerna coꝛpo-
Tropologica expoſitio. ris tui eſt oculus tuus. Coꝛpus q̃dẽ dicit opera q̃ palã cũ-
ctis apparẽt: oculũ v̓o ipſius mentis intẽtionẽ qua ope-
ratur: ⁊ de cuius merito eadẽ opera lucis ac tenebꝛaruz
ſint opera/diſcernuntur: ſicut ipſe conſequenter exponit
Tex. dicens. ¶ Si oculus tu⁹ fuerit ſimplex/totũ coꝛpus tuũ
lucidũ erit. Si aũt nequã fuerit/etiã coꝛpus tuũ tenebꝛo-
ſum erit. Si (inquit) pura rectaq̃ intentione que potes

agere bona ſtudueris/lucis ꝑfecto ſunt opa que facis:
etiã ſi coꝛã hoĩbus impfectionis aliq̃d habere videant̃:
qm̃ diligentib⁹ deũ oĩa cooperant̃ in bonũ: his q̃ ſecũdũ Ro. viij
ꝓpoſitũ vocati ſunt ſcti. Si aũt ꝑuerſa eſt intentio q̃ ꝓce-
dit/ꝓuatũ eſt oẽ opus qđ ſequit̃: q̃uis rectũ eſſe videat̃.
¶ Uide ergo ne lumẽ qđ i te eſt/tenebꝛe ſint/hoc eſt/ne Tex.
ipſa coꝛdis intentio q̃ lumẽ eſt aĩe/vitioꝛũ caligine fuſce-
tur/ſedula diſcretione perpende/iuxta qđ alibi p̃cipitur.
Omni cuſtodia ſerua coꝛ tuum: qm̃ ex ipſo vita pꝛocedit. Tex.
¶ Si ergo coꝛp⁹ tuũ lucidũ fuerit: nõ habens aliquam Coꝛpus opera ſignat.
partem tenebꝛarũ/erit lucidũ totũ: et ſicut lucerna ful-
goꝛis illuminabit te. Totũ coꝛpus noſtrum oĩa opa nr̃a
dicit: q: ⁊ apl̃s mẽbꝛa noſtra nũcupat q̃dã opa/q̃ impꝛo-
bat ⁊ moꝛtificanda p̃cepit dicens. Moꝛtificate membꝛa
veſtra q̃ ſunt ſuꝑ terrã/foꝛnicationẽ/immunditiã/libidi-
nẽ/⁊ cetera talia. Si igit̃ ipſe bonũ bona intẽtiõe patra-
ueris/nõ habẽs in tua cõſciẽtia aliquã partez tenebꝛoſe
cogitationis/etiã ſi cõtigerit aliquẽ ꝓximoꝝ tua bona
actiõe noceri: verbi gratia/aut de pecunia quã a te indi-
gens ⁊ petẽs acceperat facere vl̓ pati aliq̃d mali: aut de
verbo exhoꝛtationis quo errãtem coꝛrigere volebas foꝛ-
te ꝑniciosius errare: tu tñ ꝓ tuo ſimplici ⁊ lucido coꝛde
et hic et in futuro lucis gratia donaberis. Tu autem.

¶ De confeſſoꝛibus. Luce. X.

¶ In illo tempoꝛe: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis.
Qui vos audit: me audit: et qui vos ſpernit: me
ſpernit. Et reliqua. Homilia vene. Bede pꝛeſby.

Ua ſuperioꝛibus plã-
xit dñs ciuitates q̃ poſt magna miracula atq̃
virtutes factas in ſe nõ penituerũt: peioꝛeſq̃
gẽtilib⁹ qui naturale ſolũmodo ius diſſipabãt: poſt dei
ſcriptũ legis cõtẽptũ/filiũ dei quoq̃ cõculcare: gratiãq̃
ingrati ſpernere nõ timuerũt. Et ne q̃s putaret hanc in-
crepationẽ illis tãtũmodo ciuitatib⁹: vel ꝑſonis q̃ dñm
in carne videntes ſpernebãt: ⁊ nõ in oĩbus q̃ hodie euã-
gelij verba deſpiciũt conuenire conſequenter adiungit
dicẽs. ¶ Qui vos audit/me audit: ⁊ qui vos ſpernit me Tex.
ſpernit: vt in audiẽdo quiſq̃ vel ſpernẽdo euãgelij p̄dica-
toꝛe: non viles iam qualeſq̃ ꝑſonas/ſed dñm ſaluatoꝛẽ im-
mo ipſum ſe ſpernere vel audire diſceret. Nam ſequitur.
¶ Qui autẽ me ſpernit/ſpernit eũ qui miſit me: q: pꝛo-
culdubio in diſcipulo magiſter audit̃: ⁊ in filio pater ho- Tex.
noꝛat̃. Põt ⁊ ita itelligi. Qui vos ſpernit: me ſpernit: q̃ nõ
facit miam vni de fratrib⁹ meis minimis/nec mihi facit
q: ⁊ ipſe ꝓ his foꝛmam ſerui ⁊ pauperis habituz ſuſcepi:
Qui aũt me ſpernit nolẽs credere deũ/et filiũ dei cõcul-
cans: ſpernit eũ q̃ me miſit: q: ego ⁊ pater vnum ſumus.
¶ Reuerſi ſunt autẽ ſeptuagintaduo cũ gaudio/dicen- Tex.
tes. Dñe etiã demonia ſubijciũtur nobis in nomine tuo.
Bene q̃dẽ confeſſi ſunt deferẽtes honoꝛẽ nomini chꝛiſti
ſed q: infirma adhuc fide gaudebãt in virtutibus/vide- Uerba notatu digna.
quid audiant. ¶ Et ait illis. Uidebã ſathanam ſicut ful-
gur de celo cadentẽ. Nõ modo video: ſed pꝛius videbaz
qñ coꝛruit. Qd autẽ ait/ſicut fulgur: vel pꝛecipitẽ de ſu-
nis ad ima lapſum ſignificat: vel q: deiectus adhuc trãſ-
figurat ſe i angelũ lucis. Quia ergo diſcipulos de ſigno-
rum operatione vidit elatos: exẽplo eos terret: atq̃ ad
humilitatẽ reuocat eius q̃ iam ſuperbiendo cecidit: vt q̃
hunc ob ſuperbiã celo recoꝛdarent̃ eiectũ/multomagis
ſe de terra editos ſi ſuꝑbierint/humiliandos agnoſcant.
¶ Ecce dedi vobis poteſtatẽ calcandi ſupꝛa ſerpẽtes et Tex.
ſcoꝛpiones: ⁊ ſuꝑ omnẽ virtutẽ inimici: ⁊ nihil vobis no-
cebit: hoc eſt oẽ gen⁹ immũdoꝛũ ſpirituũ de obſeſſis coꝛ-
poꝛib⁹ eijciẽdi. Quis ad literã rectiſſime poſſit accipi.
Deniq̃ ⁊ Paul⁹ a vipera inuaſus nil aduerſi patit̃: ⁊ Jo- Actuũ xxviij.
annes vt hiſtoꝛia tradidit hauſto veneno nõ ledit̃. Hoc
ſane inter ſerpentes qui dente: ⁊ ſcoꝛpiones q̃ cauda no-

Digitized by Google

cēt diſtare arbitror: ꝙ ſerpētes apte ſeuiētes / ſcorpiones
clāculo inſidiātes: vel hoīes vel demones ſignificēt. Serpē
tes q̄ inchoādis virtutib⁹ venena praue ꝑſuaſionis obij
ciunt: ſcorpiones q̄ cōſummatas virtutes ad finē vitiare
Tex. contēdūt. ❡ Verūtamē in hoc nolite gaudere: q2 ſpirit⁹
vobis ſubijciunt. De ſubiectiōe ſpirituū cū caro ſint gau
Miracula prauorum. dere ꝓhibent: q2 ſpūs eijcere ſicut ⁊ virtutes alias facere:
interdū nō ei⁹ eſt meriti q̄ operat / ſ3 inuocatio nominis
chriſti hoc agit: ob cōdēnationē eoꝝ q̄ inuocāt: vel ob vti
litatē eoꝝ q̄ vidēt ⁊ audiūt cōcedit: vt ſ3 hoīes deſpiciāt
Act. xix. ſigna faciētes / tn̄ deū honorēt ad cui⁹ inuocatione fiunt
tāta miracula. Nā et in actib⁹ apl'oꝝ filij Sceue videbā
Tex. tur eijcere demones: ⁊ Judas apl's cū animo ꝓditoris
multa ſigna inter ceteros apl'os feciſſe narrat. ❡ Gau
dere aūt ꝙ noīa veſtra ſcripta ſunt in celis. Si ſathanas
inquit per ſupbiā in celis ſedere cū ſocijs amiſit: nō opor
tet vos de illoꝝ humiliatiōe / ſed de veſtra ſublimatione
gaudere: quatenus vn̄ illi ruere ſubleuati / vos humiles
aſcēdatis. Nō aūt pueriliter ſapiendū: quaſi de⁹ ad reme
Hiere. xvij. diū obliuionis bonos i celis / malos ſcribat i terris / dicē
te Hieremia. Uniuerſi q̄ derelinquūt te confundent: re
cedētes a te in terra ſcribent: ſ3 ſalubriter intelligendū ꝙ
ſiue celeſtia ſiue terreſtria q̄s opera geſſerit / ꝑ hoc quaſi
literis annotat⁹ / apud dei memoriā ſit eternaliter affi
xus. Tu autem.

❡ De confeſſoribus. Mat. V.

In illo tēpore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis: Uos
eſtis ſal terre. Qd̄ ſi ſal euanuerit in quo ſalietur.
Et reliqua. Homilia beati Auguſtini epiſcopi.

Sermōe ſuperiori do
minus exēplo adhortatus eſt: q2 vera dicētes
ſolent perſecutionē pati: nec tn̄ ideo ꝓphete an
tiqui timore ꝑſecutionis / a veritatis ꝑdicatiōe defecerūt:
Tex. rectiſſime itaq3 ſequitur. ❡ Uos eſtis ſal terre: oſtēdens
fatuos eſſe iudicādos: qui tēporaliū bonoꝝ vel copiam
ſectantes / vel inopiā metuentes / amittūt eterna: q̄ nec
Tex. dari poſſunt ab hominibus nec auferri. ❡ Itaq3 ſi ſal in
fatuatus fuerit / in quo ſaliet: id eſt / ſi vos per quos con
diendi ſunt quodāmodo populi: metu perſecutionū tē
poraliū amiſeritis regna celoꝝ: qui erunt homines per
quos vobis error auferatur: cū vos elegerit de⁹: ꝑ quos
errorē auferat ceteroꝝ. Ergo ad nihilū valet ſal infatua
tus: niſi vt mittatur foras / et conculcetur ab hominib⁹.
Non itaq3 calcatur ab hoībus qui patitur perſecutionē:
ſed qui timendo ꝑ perſecutione infatuat. Calcari em̄ nō
poteſt niſi inferior. Sed inferior nō eſt: qui q̄uis corpore
Tex. multa ſuſtineat in terra / corde tn̄ i celo fixus eſt. ❡ Uos
eſtis lux mundi. Quō dixit ſuperius ſal terre: ſic nunc di
cit lux mundi. Nam neq3 ſuperi⁹ iſta terra accipiēda eſt
quā pedibus corporeis calcamus: ſed hoīes qui in terra
habitant: vel etiā peccatores: quorum condiendis et ex
tinguendis putoribus apoſtolicū ſalē dn̄s miſit. Et hic
mūdum nō celū ⁊ terrā / ſed homines qui ſunt in mundo
Tex. vel diligūt mūdū oportet intelligi: quibus illuminādis
apoſtoli miſſi ſunt. ❡ Non poteſt ciuitas abſcōdi ſuper
montē conſtituta: id eſt fundata ſuper inſignē magnāq3
Tex. iuſtitiā: quā ſignificat etiā ipſe mons in quo diſputat do
minus. ❡ Neq3 accendūt lucernā: ⁊ ponūt eam ſub mo
dio. Quid putamus ita eſſe dictum ſub modio: vt occul
tatio tantū lucerne accipiēda ſit: tāq̄ diceret: nemo ac
Modij ſignificatio. cendat lucernā / et occultet illā? An aliq̄d etiā modius ſi
gnificat: vt hoc ſit ponere lucernā ſub modio / ſuperiora
facere corporis cōmoda q̄ predicationē veritati: vt ideo
quiſq3 veritatem nō predicet / dum timet ne aliquid in re
ij. Cor. v. bus corporalibus ⁊ tēporalibus moleſtie patiatur. Et be
ne modius dicitur: ſiue ꝓpter retributionē menſure: q2
ea quiſq3 recipiet que geſſit in corpore: vt illic inquit apo
ſtolus recipiat vnuſquiſq3 que geſſit in corpore: ⁊ tāq̄ de

hoc modio corporis alio loco dicitur. In qua em̄ menſu Mat. vij.
ra mēſi fueritis / in ea remetietur vobis. Siue q2m̄ tēpo
ralia bona que corpore peragūtur / certā dierum ſignifi
cant mēſurā / ⁊ inchoant ⁊ tranſeūt: quā fortaſſis ſignifi
cat modius: eterna vero ⁊ ſpūalia nullo tali fine coercē
tur. Nō em̄ ad menſuram dat de⁹ ſpiritū. Sub modio er
go lucernam ponit: quiſquis lucē doctrine bone cōmo Joā. iij.
dis temporalibus obſcurat ⁊ tegit. Super candelabrū
autē: qui corpus ſuū miniſterio dei ſubijcit: vt ſuperior ſit
predicatio veritatis / ⁊ inferior ſit ſeruit⁹ corporis: per ip
ſam tn̄ corporis ſeruitutē excellentior luceat doctrina q̄
per officia corporalia: id eſt ꝑ vocē ⁊ linguam / ⁊ ceteros
corporis mot⁹ in bonis operib⁹ inſinuat diſcentib⁹. Su
per candelabrū ergo ponit lucernā apl's cū dicit. Non i. Corin. ix.
ſic pugno tamq̄ aerem verberās: ſed caſtigio corp⁹ meū
et ſeruituti ſubijcio: ne forte alijs pdicās / ipſe reprob⁹
efficiar. Qr vero ait. ❡ Ut luceat oībus q̄ in domo ſunt: Tex.
domū puto dictā habitationē hoīm: id eſt ipſum mūdū
ꝓpter id qd̄ ſuperius ait. Uos eſtis lux mundi. Aut ſi do
mum quiſq3 velit accipere eccleſiā: neq3 hoc abſurdū eſt.
❡ Sic luceat (inquit) lux veſtra corā hoībus / vt videāt Tex.
opera veſtra bona: ⁊ glorificent patrē veſtrū qui in celis
eſt. Si tantūmodo diceret: ſic luceat lumē veſtrum corā
hominibus / vt videant bona facta veſtra: finem conſti
tuiſſe videretur in laudibus hominum: quas querunt
hypocrite: et qui ambiūt honores / ⁊ cupiunt inaniſſimā
gloriā. Contra quos dicitur. Si adhuc hominib⁹ place Gal. i.
rem / chriſti ſeruus nō eſſem. Et per prophetā. Qui ho
minibus placent: confuſi ſunt: q2m̄ deus nihil fecit illos. Gal. v.
Et iterū. Deus cōfringet oſſa hominibus placentiū. Et
rurſum apoſtolus. Non efficiamur inanis glorie cupidi.
Et ipſe iterum. Probet autē ſe homo: et tunc in ſemetip
ſo gloriam habebit / ⁊ nō in altero. Non ergo tantum di Manifeſtatio bonorū operū
xit / vt videant bona facta veſtra: ſed addidit et glorificēt
patrem veſtrū qui in celis eſt: vt hoc ipſo ꝙ homo per bo
na opera placeat hominibus: non ibi finem cōſtituat vt
hominibus placeat / ſed referat hoc ad laudem dei: ⁊ ꝓ
pterea placeat hominib⁹ / vt in illo glorificet deus. Hoc Mat. ix.
enim laudātibus expedit: vt nō hominem / ſed deū hono
rent ſicut in ipſo homine quē portabāt / dn̄s oſtendit: vbi
admirātes turbe de paralytico ſanato / virtutes eius (ſi
cut in euangelio ſcriptum eſt) timuerunt / et glorificaue
runt deū: qui dedit poteſtatē talem hominibus. Cuius Gal. i.
imitator apoſtolus Paulus dicit. Tantū audiētes erāt:
quia qui aliquādo nos perſequebatur: nūc euangelizat
fidem quam aliquando vaſtabat: ⁊ in me magnificabāt
deum. Poſtea ergo q̄ cohortatus eſt audiētes: vt ſe pre
parēt ad omnia ſuſtinēda pro veritate atq3 iuſtitia: et vt
non abſcōderēt bonū qd̄ accepturi erant: ſed ea beneuo
lentia diſcerent vt alios docerent: non ad laudē ſuā / ſed
ad gloriam dei bona ſua opera referentes / incipit iam
eos informare ⁊ docere qd̄ doceāt. Tamq̄ ſi q̄rerēt dicē
tes. Ecce volum⁹ ⁊ omnia ſuſtinere ꝓ nomine tuo: ⁊ do
ctrinā tuam nō abſcōdere. Sed quid eſt hoc ipſum quod
vetas abſcōdi: ⁊ pro quo iubes omnia tolerari? Nūquid
alia dictur⁹ es cōtra ea que in lege ſcripta ſunt? Non in Tex.
quit. ❡ Nolite putare: quoniā veni ſoluere legē aut pro
phetas. Non veni ſoluere / ſed adimplere. In hac ſenten
tia duplex ſenſus eſt: ſecūdū vtrūq3 tractandū eſt. Nā qui
dicit: nō veni ſoluere legē / ſed adimplere: aut addēdo di
cit quod minus habet / aut faciendo quod habet. Illud
ergo prius cōſiderem⁹ qd̄ primum poſuimus. Nam qui
addidit qd̄ minus habet: non vtiq3 ſoluit quod inuenit /
ſed magis perficiēdo cōfirmat. Et ideo ſequitur ⁊ dicit. Tex.
❡ Amen dico vobis: donec tranſeat celum et terra: iota
vnum aut vnus apex non preteribit a lege / donec omnia
fiant. Dum enim fiunt etiam illa que adduntur ad perfe
ctionē: multo magis fiunt illa que premiſſa ſunt ad in
choationē. Quod autem ait / iota vnum aut vnus apex
nō tranſiet a lege: nihil pōt aliud intelligi / niſi vehemēs

Digitized by Google

expreſſio ꝑfectionis: qñ per literas ſingulas demonſtratū eſt inter quas literas iota minoꝛ eſt ceteris/ quia vno ductu fit: apex autem eſt etiam ipſius aliqua in ſummo particula. Quibus verbis oſtēdit in lege ad effectū etiā minima queqꝫ ꝑduci. Deniqꝫ ſubiecit.

Tex.

¶ Qui enim ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis: ⁊ docuerit ſic homines/ minimus vocabitur in regno celoꝛum. Mandata ergo minima ſignificantur per vnum iota et per vnū apicem. Qui ergo ſoluerit et docuerit ſic: id eſt ſecūdum id qđ ſoluit/ non ſecūdū id qđ inuenit ⁊ legit: minimꝰ vocabitur in regno celoꝛum: et foꝛtaſſe non erit in regno celoꝛū vbi niſi magni eſſe non poſſunt.

Tex.

¶ Qui autē fecerit ⁊ docuerit ſic. Qui autem fecerit: hoc eſt qui autem non ſoluerit ⁊ docuerit ſic ſecūdū id quod non ſoluit. Quod vero magnus vocabitur in regno celoꝝ ſequitur: vt etiā ſit in regno celoꝛum quo magni admittūtur. Ad hoc eñ pertinet quod ſequitur.

Tex.

¶ Dico enim vobis/ q: niſi abūdauerit iuſtitia veſtra pluſqꝫ ſcribarum et phariſeoꝛū: nō intrabitis in regnū celoꝛū: ideſt niſi nō ſolū illa minima legis pꝛecepta impleueritis q̄ inchoant homines: ſꝫ etiā iſta que a me adduntur: qui non veni ſoluere legem ſed adimplere: non intrabitis in regnum celoꝛū.

Queſtio mouetur.

Sed dicis mihi. Si de illis mandatis minimꝰ cū ſuperiꝰ loquereꝛ: dixit minimum vocari in regno celoꝛū quiſquis vnū eoꝛum ſoluerit/ ⁊ ſecūdū ſuam voluntatē docuerit magnū autē quiſqꝫ vocari qui ea fecerit ⁊ ſic docuerit/ et ex eo iā in regno celoꝛū futurū eſſe quia magnus eſt: quid opus eſt addi pꝛeceptis legis minimis: ſi iam in regno celoꝛuꝫ poteſt eſſe/ q: magnus eſt quiſquis ea fecerit ⁊ ſic docuerit? Quapꝛopter ſic eſt accipienda illa ſententia: qui aūt fecerit ⁊ docuerit ſic: magnus vocabitur in regno celoꝝ ideſt nō ſecūdū illa minima: ſed ſecūdū ea que ego dicturus ſum. Que ſunt aūt iſta? Ut abūdet inquit iuſtitia veſtra ſup ſcribarū ⁊ phariſeoꝛū: q: niſi abūdauerit iuſtitia non intrabitis in regnū celoꝛū. Ergo qui ſoluerit illa minima/ et ſic docuerit/ minimus vocabitur: qui autem fecerit illa minima/ ⁊ ſic docuerit: nō iam magnus habendus eſt et idoneus in regno celoꝛū: ſed tamen non tā minimꝰ ꝙ̄ ille qui ſoluit. Ut autem ſit magnꝰ atqꝫ illi in regno aptus: facere debet et docere ſicut chꝛiſtus nunc docet: ideſt/ vt abundet iuſtitia eius ſuper ſcribarū ⁊ phariſeoꝛum: per quam intret in regnum dei. Amen.

¶ De virginibus. Mat. XIII.

¶ In illo tempoꝛe: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hāc. Simile eſt regnum celoꝛū theſauro abſcondito in agro: quem qui inuenit homo abſcondit: et pꝛe gaudio illius vadit et vēdit vniuerſa que habet et emit agrum illum. Et reliqua. Homilia Haymonis.

Virtus et ſapiētia dei dñs Jeſus chꝛiſtus: nō ſolum ad ſuſcipiendaꝫ humanā naturā hominibus compari dignatus eſt: ſed etiā humane ignoꝛātie condeſcēdēs/ ſuis ſanctis ſermonibus/ rerū tempoꝛaliū ſimilitudines frequēter adhibuit: vt ex collatiōe rerū viſibiliū/ ad inuiſibiliū amoꝛē animos audientiū incitaret. Unde cū celeſtē gloriam ſtudioſe amādam doceret: illā rerū ſimilitudinem adhibuit/ quas hoīes plurimum diligere ſolent/ dicens.

Theſaurus qđ ſignet

¶ Simile eſt regnū celoꝛū theſauro abſcondito in agro: quē qui inuenit homo abſcondit. Ubi theſauri nomine ſpūaliter celeſtis patrie amoꝛē intelligere debemus: vbi ſunt diuitie que nō deficiūt: theſaurus q̄ nūqꝫ marceſcit: vbi nos dñs theſaurizare admonet: iuxta qđ alibi loquitur/ dicens.

Mat. vi.

Theſaurizate vobis theſauros in celo: vbi neqꝫ erugo/ neqꝫ tinea demolitur: ⁊ vbi fures nō effodiunt nec furantur: ⁊ vbi theſaurꝰ tuus/ ibi eſt et coꝛ tuū. Qui pꝛofecto theſaurus tāto magis cumulaꝛ: quanto magis tēpoꝛalis theſaurus atqꝫ facultas ſtudioſius ꝓ deo expēditur. Unde de eo qui theſauruꝫ inuenit dicit.

Tex.

¶ Et pꝛe gaudio illius vadit ⁊ vendit vniuerſa que habet: et emit agrum illū. Ager in quo theſaurus abſcōditꝰ inuenitur/ nos ſumus: ſi tñ in nobis manet celeſte deſideriū. Queꝫ ille venditis oībus cōparat: qui coꝛpus ſuuꝫ per celeſtis patrie diſciplinā affligit in ieiunijs/ vigilijs ⁊ oꝛationibꝰ Sed ⁊ ille agrum cum theſauro inuento datis omnibꝰ emit: qui crucifigens mēbꝛa ſua cū vitijs et concupiſcentijs/ chꝛiſtū ſequitur: ⁊ quodāmodo ſpirituali venundatione ſeipſum mutat/ declinando a malo ⁊ faciendo bonum. Hunc enim theſaurum abſconditū in agro: cuidā dominus emere perſuadebat cū dicebat. Si vis perfectꝰ eſſe/ vade et vende oīa que habes et da pauperibꝰ: ⁊ habebis theſaurum in celo: et veni ſequere me.

Mat. xix.

Illud autē notandum/ ꝙ theſaurus inuentꝰ cuſtoditur vt ſeruetur: quatenus intelligamus ꝙ̄ ſtudioſe in bono opere/ vanā gloꝛiam cauere debeamꝰ. Sic eſt enim pꝛeſens vita quaſi via: latrones autem iuxta viam/ et immundi ſunt ſpiritus qui illis maxime inuident: quos cum ſpirituali theſauro ad celeſtem patriam tendere cognoſcūt: ſicut per pꝛophetaꝫ de eoꝛū capite dicitur. Sedet in inſidijs/ cum diuitibus in occultis: vt interficiat innocentem.

Uane gloꝛie cautio.

Illoꝛuꝫ ergo diuitias iſti latrones rapiunt: qui per inanem iactātiā bona ſua opera coꝛam hominibus denudant. Unde neceſſe eſt: vt cum opus bonum exterius agimus intentionem deo placendi ſemper in occulto teneamus: iuxta quod ipſe nos admonet/ dicēs. Cū facis eleemoſynā/ neſciat ſiniſtra tua/ quid faciat dextera tua. Et iterū. Tu autem cū oꝛaueris/ intra in cubiculū/ et clauſo oſtio oꝛa patrem tuū: et pater tuus q̄ videt in abſcōdito reddet tibi.

Mat. vi. Ibidē.

Ad accendendum autem menteꝫ in amoꝛem celeſtis deſiderij/ alia ſimilitudo datur cū ſubinfertur.

Tex.

¶ Iterum ſimile eſt regnū celoꝛū homini negotiatoꝛi/ querenti bonas margaritas: inuenta autem vna pꝛecioſa margarita abijt et vendidit omnia que habuit ⁊ emit eam. Ubi pꝛecioſe margarite noīe dulcedo vel claritas eterne patrie intelligitur que pꝛecioſioꝛ eſt cūctis pꝛecioſis rebꝰ: ⁊ ſuauioꝛ oībus delectationibus. Negotiatoꝛes autē ſpūaliter nos ſumus: qui de terrenis facultatibus celeſtē gloriam mercari iubemur. Notandū autē quod ait: vendidit oīa que habuit ⁊ emit eā: q: ille pꝛecioſam margaritā vnā/ ideſt celeſtem patriam datis oībus emit: qui non ſolum terrenis facultatibus: ſed etiā pꝛopꝛijs renuntiat voluntatibus. Qui vero ſua pauperibꝰ tribuit/ ſed adhuc pꝛopꝛijs voluntatibus ſeruit pꝛecioſam margaritā nondum emit: q: quod charius deo poterat offerre retinuit. Non eñ deus noſtra ſed nos querit: qui terrenaꝫ ſubſtātiam/ non niſi pꝛopter lucrū aiaruꝫ dare pꝛecepit. Quia ergo negotiatoꝛi bonas margaritas querenti/ boniſqꝫ margaritis ſumus cōparati: ſeruare debemus in opere/ quod accepimꝰ in nomine.

Negotiatio ſpūalis.

Et ſicut terrenos negotiatores: nō maris pericula ab officio negotiandi pꝛohibent: non latronū inſidie terrent: non aſperi caſus itineris vexant: nō hyemis frigus/ nō eſtatis caloꝛ retinet: tñ vt terrenū lucrū acq̄rere poſſint. Ita et nos qui ſpūales ſumꝰ negotiatoꝛes: ab amoꝛe celeſtis patrie nulla mundi blādimenta retineant: nulla eius aduerſitas terreat: nec aliqua tribulatio ꝓhibeat: vt pꝛecioſam margaritā amātes cū aplō dicere valeamꝰ. Quis ergo nos ſeparabit a charitate chꝛiſti? Tribulatio an anguſtia/ an ꝑſecutio/ an fames/ an nuditas/ an periculū/ an gladiꝰ? Certꝰ ſum aūt: q: neqꝫ moꝛs/ neqꝫ vita/ neqꝫ angeli/ neqꝫ pꝛincipatus/ neqꝫ poteſtates/ neqꝫ inſtātia/ neqꝫ futura/ neqꝫ foꝛtitudo/ neqꝫ altitudo/ neqꝫ ꝓfundum/ neqꝫ creatura alia poterit nos ſeparare a charitate dei: q̄ eſt i chꝛiſto Jeſu dño nr̄o.

Ro. viij.

Imitemur ⁊ aliud negotiatoꝛū opꝰ. Habet eñ hoc pꝛopꝛiū hi q̄ negotiādi operibꝰ inſiſtūt: vt ſi in vno negotio dāna incurrerint/ ſtudioſiꝰ negotiādi opibꝰ inſiſtāt: quiſqꝫ qđ in vna re ꝑdiderūt/ in alia acq̄rant. Ita ergo ⁊ nos/ ſi

Digitized by Google

in aliquo caſu damnũ anime inciderim⁹/ſtudioſi⁹ ince-
pto bono operi inſiſtamus:vt qđ per negligentiá amiſi-
mus/per bonũ opus recuperem⁹: quatenus ad precioſe
Mat. xxv. margarite lucrũ peruenire poſſimus:et vocẽ dñi audire
mereamur/dicentis. Euge ſerue bone et fidelis:q: ſup pau
ca fuiſti fidelis/ſupra multa te conſtituá:intra in gaudiũ
dñi tui. Hec aũt margarita tam chara eſt:vt nullis terre-
nis diuitijs poſſit cõparari:tam vilis/vt ſola bona volun
tate poſſit acq̃ri. Hanc margaritam precioſã/multis fa-
cultatibus Zacheus cõparare ſtuduit:q̃ cũ hui⁹ margari
te largitorẽ in domo ſua ſuſcepiſſet:pre nimio gaudio di-
Lu. xix. xit. Dñe dimidium bonorũ meorũ do pauperibus: ⁊ ſi cui
aliquid tuli/in quadruplũ reſtituo. Hanc quoq; marga-
ritam vidua illa duob⁹ eris minutis/in gazophylacio la-
cratis cõparauit. Cui⁹ preciũ/ipſe teſtis cõſciẽtie dñs ſꝫ
collaudauit/dicẽs. Amen amen dico vobis:q: vidua hec
pauper plus oĩbus miſit qui miſerunt in gazophylaciũ.
Vidue laus. Omnes enim ex eo q̄ abundauit illis miſerũt: hec vero
de penuria ſua qđ habuit miſit totũ victũ ſuũ. Hui⁹ mar
garite pulchritudinẽ: beatiſſima. N. cuius hodie feſtiuã
celebramus feſtiuitatẽ/multis diuitijs datis cõparauit:
quando ꝓ eius amore regni potẽtiá derelinquẽs: ⁊ tho
rum regalis matrimonij ſpernens/ad ſpontaneam pau
pertatem ſe contulit. Unde ſine dubio: q: regis terreni
coniugiũ contempſit/ſponſa effecta eſt regis celeſtis: et
que noluit cũ terreno rege regnare in mũdo / regnat cũ
chriſto in celo. Et q: ſalutationes ⁊ officia refugit rega-
liũ miniſtrorũ: miniſtrat nũc cum chriſto coniuncta ceti-
bus angelorum. Et ideo dignum eſt: vt qui temporalem
reginá honore debito veneramur: hanc deo acceptã re-
ginam deuotis precib⁹ ſupplicemus: vt quia nos ſuo exẽ
plo in nomine chriſti cõgregauit: ſuis nos meritis ⁊ ora-
tionibus in preſenti vita iocũdos efficiat: ⁊ in futura ac
Tex. ceptos reddat. ¶ Iterũ ſimile eſt regnũ celorũ/ſagene
miſſe in mare: et ex omni genere piſciũ congregãti. Pul-
chre ſagene aſſimilat̃ eccleſia: q: ⁊ piſcatorũ eſt cõmiſſa: ⁊
intra rete fidei quotidie homines capit. Sicut enim pi-
ſcatorũ eſt cũ ſagena de profundis gurgitibus piſces ad
littus trahere: ſic quotidie eccleſia per doctriná predica
torum/de turbulentis et amaris gurgitibus/mundi mẽ
tes hominũ ad verá lucẽ retrahere ſtudet. Et qm̃ q̃diu
in preſenti vita. ex eccleſia cũ bonis colligit ⁊ malos: recte
de eadẽ ſagena ſubditur. ¶ Quam cũ impleta eſſet edu
centes/et ſec⁹ littus ſedẽtes: elegerũt bonos in vaſa ſua:
malos autẽ foras miſerunt. Ubi cũ boni et mali nominá
tur: preſentis temporis eccleſia deſignatur. Boni eñi ſo-
li nuſq̃ ſunt/niſi in celo: mali autem nuſq̃ ſunt/niſi in in-
ferno. Hec aũt eccleſia que in medio cõſiſtit: vtriuſq; pa-
trie ciues recipit/ſicut per pſalmiſtá dicitur. Annũtiaui ⁊
locutus ſum: multiplicati ſunt ſuper numerũ. Ubi conſi
derandũ eſt: q: ſuper numerũ electorum modo in eccle-
ſia multi reprobi intrare poſſunt: ſed regnum celorũ non
Tex. poſſunt. Unde et bene dicitur. ¶ Elegerũt bonos in va-
ſa ſua: malos autẽ foras miſerunt. In quibus verbis ma
Allegoria ꝟborum. nifeſte diſcretio electorũ ⁊ reproborũ in fine ſeculi futu-
ra eſſe oſtẽditur. Sicut eñi mare ſeculũ: ſic littus maris
finem ſignificat ſeculi. In littore enim ſedẽtes elegerũt
bonos in vaſa ſua: malos autẽ foras miſerunt: q: in fine
ſeculi electi aſſumentur ad gloriá ⁊ reprobi ſeparabũtur
Luce xvij. ad pená: iuxta qđ alibi dñs ait in euãgelio. In illa nocte
erunt duo in lecto vno: vn⁹ aſſumetur et vnus relinque-
Tex. tur. Unde ⁊ exponẽs dñs ſimilitudinẽ adiunxit. ¶ Sic
erit in conſummatione ſeculi. Exibunt angeli et ſepara-
bunt malos de medio iuſtorũ: ⁊ mittent eos in caminũ
ignis: ibi erit fletus et ſtridor dentium. Hoc eſt qđ domi-
nus alibi in euangelio dicit. Mittet filius hoĩs angelos
Mat. xiij. ſuos: ⁊ colligent de regno eius oĩa ſcandala. Et item de
zizanijs que inimic⁹ homo ſuperſeminauit tritico: interro-
gat⁹ ait. Sinite vtraq; creſcere vſq; ad meſſem/⁊ in tẽpo-
re meſſis dicam meſſoribus: colligite primũ zizania: ⁊ alli-
gate ea in faſciculos ad cõburendũ: triticũ aũt congre-
gate in horreũ meũ. Idipſum eſt: qđ alibi dr̃ a dño. Cũ ſe Mat. xxv.
derit filius hoĩs in ſede maieſtatis ſue: cõgregabuntur
ante eũ omnes gẽtes: ⁊ ſeparabit eos abinuicẽ/ſicut pa
ſtor ſegregat oues ab hedis ⁊c. In eo aũt quod ſubiun-
gitur. Ibi erit fletus et ſtridor dentium: manifeſte quali-
tas penarũ deſcribit̃. Oculi eñi pre nimio fumo fluere
lachrymas ſolent: dentes vehementi frigore ſtrideſcere.
Cũ vero ait: ibi erit fletus ⁊ ſtridor dentiũ: oſtendit q: re-
probi in gehenna/⁊ frigus intolerabile/⁊ calorem ineſti
mabilẽ ſuſtinebunt: iuxta illud qđ per beatũ Iob dicitur
Ad calorẽ nimiũ tranſibunt ab aquis niuiũ: et vſq; ad in Iob xxiiij.
feros peccatũ illius obliuiſcatur eius miſericordia: dul-
cedo illius vermis. Finita aũt ſimilitudine/de eius intel
lectu ſaluator diſcipulos requirit / oſtendens p̃ũs magi-
ſtris vt alios poſſint erudire / aliq̃n interrogare debere.
Ait enim. ¶ Intellexiſtis hec oĩa: Illiſq; dicẽtibus/etiã Tex.
de ꝓfectu illorũ gloriabat̃/dicẽs. Ideo omĩs ſcriba doct⁹
in regno celorũ/ſimilis eſt homini patrifamilias: q̃ ꝓfert
de theſauro ſuo noua ⁊ vetera. Qđ ſpecialr̃ ad aplos ꝑti-
nere/ex eo manifeſtũ eſt/q̄ hoĩ patrifamilias cõparant̃/ꝓ-
ferenti de theſauro ſuo noua et vetera. Si eñi per noua
⁊ vetera vet⁹ ⁊ nouũ teſtamẽtũ accipim⁹ Abraã ⁊ Moy
ſen ceteroſq; patres: q̃ ante dñi aduentũ fuerunt: noua
cũ veteribus non ꝓtuliſſe cognoſcim⁹: q: ⁊ ſi noua nar-
rauerunt: dñi tamen incarnationẽ nouá corporalib⁹ ocu
lis non viderũt: ſicut ip̃e diſcipulis ſuis ait. Multi reges Lu. x.
et ꝓphete voluerunt videre q̃ vos videtis/et nõ viderũt
et audire que auditis/⁊ nõ audierunt. Apoſtoli autẽ no
ua et vetera ſpũaliter intellexerunt: et noua corporalib⁹
oculis viderũt. Quibus ipſe ait. Mandatũ nouũ do vo- Io. xiij.
bis/vt diligatis inuicem. Siue aliter. Uetera ad penã/
noua pertinẽt ad gloriá. Uetuſtũ enim erat homini poſt
peccatũ ire ad pená: cui aliq̃d nouum per redẽptoris ad
uentum cõtingit q̃n bene operantib⁹ gloria eſt repromiſ
ſa. Cũ ergo dñs diſcipulos collaudat / dicẽs. ¶ Omnis Tex.
ſcriba doctus in regno celorum/ſimilis eſt homini patri-
familias: q̃ ꝓfert de theſauro ſuo noua et vetera: oſten-
dit hũc ordinẽ doctorib⁹ in p̃dicatione ſeruandũ: vt vete
ra ꝓferant de terrore ſupplicij: ⁊ noua de ꝓmiſſione pre-
mij. Quod et in huius lectionis ſerie ſuo exẽplo dñs oſtẽ
dit: cũ in prioribus ſimilitudinib⁹ incitauit ad premium/ Concluſio pulchra.
et in ſequentibus comminatur ſuppliciũ: oſtendens vt
dictum eſt doctoribus: q: ſic bene operantibus debẽt ꝓ-
mittere gloriá: vt non ceſſant peccantibus cõminari pe-
ná. Quod etiá in lege figurate oſtẽdit: q̃n per Moyſen Deut. xxiiij.
tale preceptũ dedit/dicens. Non accipies loco pignoris
ſuperiorẽ et inferiorẽ molam: q: appoſuit tibi animá ſuá.
Superior enim et inferior mola ſpes et timor accipitur.
Quaſi eñi a debitoribus pignus accipimus/ cum cõfeſ-
ſionẽ pctõris recipimus. Cui ſi penitenti ſpẽ nõ repromit-
timus/veniá negamus/ſuperiorẽ molá tollimus. Si au
tẽ peccatori ſecuritatẽ damus/inferiorẽ abſtrahim⁹. Sꝫ
vtrũ obſeruandũ eſt: vt ſic penitentibus promittam⁹ ve
niam: quatenus in pctõ perſeuerantib⁹ cõminemur pe-
nam: vt quos nõ prouocant ad bene agẽdum premia ꝓ-
miſſa/ſaltem denunciata terreant ſupplicia. Tu autem.

¶ De virginibus. Matthei. XXV.

¶ In illo tempore: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis
parabolam hanc. Simile eſt regnum celorũ de-
cem virginibus: que accipientes lampades ſuas
exierunt obuiam ſponſo et ſponſe. Et reliqua.
Homilia beati Auguſtini epiſcopi.

Que ſint decem virgi-
nes dicte quarũ ſunt q̃nq; prudẽtes: q̃nq; ſtulte
nõ facile indagari pot. Uerũtñ ſm ea que con
tinet ipſa lectio: que charitati veſtre de euangelio ho-

die eſt recitata: quātū mihi dominus intellectum dona-
re dignatur: nō mihi videtur iſta parabola vel ſimilitudo
ad eas ſolas pertinere: que proprie excellentiori ſanctita-
te virgines in eccleſia nominātur: quas etiam vſitatiori
vocabulo ſanctimoniales appellare conſueuimus. Sed
(niſi fallo:) hec ſimilitudo ad vniuerſam eccleſiam perti-
net. Quis ⁊ ſi illas ſolas intelligeremꝰ/ que ſanctimonia-
les vocantur/ nūquid decem ſunt? Abſit vt tāta virginum
Queſtio ſoluitur. multitudo/ ad tam exiguū numerū reuocetur. Forte au-
tem dicat aliqs. Quid ſi multe ſunt nomine: et tam pau-
ce ſunt in veritate/ vt vix decem inueniantur? Non eſt ita:
nam ſi ſolas decem vellet intelligi bonas/ non ibi oſtēde-
ret eſſe quinqȝ fatuas. Si eñ multe ſunt virgines q̄ vocā-
tur: ⁊ vere decem virgines inueniunẗ: quare contra qnqȝ
oſtia domus magne claudunẗ? Intelligamus ergo cha-
riſſimi ad omnes nos: id eſt/ ad vniuerſam eccleſiam iſtā
pertinere parabolā: non ſolū ad prepoſitos/ nec ad ſolas
plebes/ ſed prorſus ad oēs. Quare ergo quinqȝ ⁊ quinqȝ
virgines iſte? Quinqȝ ⁊ quinqȝ virgines omnes omnino
ſunt anime chriſtianorū. Sed vt dicamus vobis (qđ deo
inſpirante ſentimꝰ) non qualeſcūqȝ anime/ ſed tales aīe
que habēt catholicam fidem: ⁊ habere videntur opa bo-
na in eccleſia dei: ⁊ tamen ex ipſis quinqȝ ſunt prudentes
⁊ quinqȝ fatue. Quare ergo appellate ſunt qnqȝ ⁊ quare
virgines/ primo videamus: ac deinde cetera conſideremꝰ.
Omnis anima in corpore ideo quinario numero cenſeẗ:
quia quinqȝ ſenſibꝰ vtiẗ. Nihil eſt eñ qđ ſentimus in cor-
pore/ niſi ianua quinqȝpartita: aut vidēdo: aut audiēdo:
aut odorando: aut guſtando: aut tangendo. Qui ergo ſe
abſtineat ab illicito viſu/ abſtinet ab illicito auditu: ab il-
licito odoratu: ab illicito guſtu: ab illicito tactu: propter
ipſam integritatem virginis nomē accepit. Sed ſi bonū
eſt abſtinere ab illicitis ſentiēdi motibus: et ideo vnaqqȝ
anima chriſtiana nomē virginis habet: quare quinqȝ ad-
admittuntur ⁊ quinqȝ repelluntur: ⁊ virgines ſunt et re-
pellūtur? Parum eſt/ quia virgines ſunt ⁊ lampades ha-
bent. Virgines propter abſtinentiam ab illicitis ſenſibꝰ:
lampades habētes propter opera bona. De quibus ope-
Mat. v. ribus dominus dicit. Luceant opera veſtra bona coram
hominibus/ vt videant bona facta veſtra: et glorificent
patrem veſtrum qui in celis eſt. Itē diſcipulis dicit. Sint
Luc. xij. lumbi veſtri precincti: ⁊ lucerne ardentes in manibus ve-
ſtris. In lumbis accinctis virginitas: in lucernis ardēti-
bus/ opera bona. Nō ſolet vtiqȝ dici virginitas in cōiuga-
tis: et tñ ibi etiā eſt fidei ꝟginitas: q̄ exhibet pudicitiam
coniugalem. Nam vt nouerit ſanctitas veſtra/ nō impor-
Duplex virginitas. tune ſm aīam ⁊ ſm integritatem fidei/ qua etiā fide ab
illicitis abſtineẗ: ⁊ bona opera fiunt: vnāquāqȝ animam
virginē dici: hoc eſt/ tota eccła que conſtat ex virginibꝰ ⁊
pueris/ ⁊ maritatis feminis/ ⁊ vxoratis viris/ vno nomīe
virgo eſt apellata. Unde hoc probamꝰ? Apoſtolum audi
dicentē: non ſolum ſanctimonialibꝰ/ ſed vniuerſe prorſus
ij. Co. xj eccłie. Deſpondi vos vni viro virginem caſtam exhibere
chriſto. Et quia huiꝰ virginitatis corruptor diabolꝰ cauē-
dus eſt: continuo ipē apoſtolus cum dixiſſet: deſpōdi vos
vni viro virginem caſtam exhibere chriſto/ adiunxit ⁊ ait
Timeo autem ne ſicut ſerpēs Euam ſeduxit verſutia ſua
ſic ⁊ ſenſus veſtri corrumpantur a caſtitate que eſt in chri-
ſto. In corpore pauci virginitatem habēt: in corde oēs ha-
bere debent. Si ergo ab illicitis abſtinentia bona eſt: vn-
de virginitas nomen accepit: etſi opera bona laudabilia
ſunt que ſignificantur lampadibus: quare quinqȝ admit-
tuntur ⁊ quinqȝ excludūtur? Si ⁊ virgo eſt ⁊ lampadem
fert: ⁊ tamen non admittitur vbi ſe videt: qui nec virgini-
tatem ab illicitis ſeruat: nec opera bona volens habere/
in tenebris ambulat? De iſtis ergo fratres mei: de iſtis po-
tius diſputemus. Qui non vult videre quod malum eſt:
qui nō vult audire quod malum eſt: ab illicitis ſacrificio-
rum odoribus auertit odoratum: ab illicitis ſacrificiorū
cibis auertit guſtum: fugit complexum alienum: frangit

panem eſurienti/ hoſpitem inducit in domum/ veſtit nu-
dum/ cōcordat litigioſum/ viſitat egrotū/ ſepelit mortuū:
ecce virgo/ ecce habet lampadem. Quid querimꝰ ampliꝰ?
Adhuc quero. Quid adhuc queris? Adhuc inq̄t quero:
Intentū me fecit euangeliū ſanctū. Etiā ipſas virgines
⁊ ferentes lampades/ alias dixit prudētes/ alias ſtultas.
Unde intuemur/ vnde diſcernimꝰ? De oleo. Aliquid ma-
gnū ſignificat oleū? Ualde magnū. Putas non charitas
eſt? Querēdo dicimus: nō ſententiā precipitamꝰ. Uñ mihi
videaẗ per oleū charitas ſignificari/ dicā vobis. Apoſto-
lus dicit. Adhuc ſupereminentiorē viā vobis demonſtro. j. Co. xij
Supereminentiorē viam quā demōſtrat? Si linguis ho-
minū loquar ⁊ angelorū: charitatē autem nō habeam: fa- j. Co. xiij
ctus ſum velut es ſonans: aut cymbalū tinniēs. Ipſa eſt
ſupereminens via. i. charitas q̄ merito oleum ſignificat.
Omnibus eñ humoribꝰ oleū ſupereminet. Mitte aquā
⁊ ſuperinfunde oleū/ oleum ſupereminet. Mitte oleum
⁊ ſuperinfunde aquā/ oleum ſupereminet. Si ordinē ſer-
uaueris vincit: ſi ordinē mutaueris vicit. Charitas nūq̄
cadit. Quid ḡ fratres? Iā diſceptemꝰ de quinqȝ virgini- Quid ſit ire obuiā chriſto.
bus prudentibus: ⁊ quinqȝ fatuis q̄ voluerunt ire obuiā
ſponſo. Quid eſt ire obuiā ſpōſo? Corde ire: expectare eiꝰ
aduentū. Sed ille tardabat. Dum tardat ille: dormierūt
oēs. Quid eſt oēs? Et ſapientes ⁊ fatue obdormitauerūt
⁊ dormierūt. Putamus bonus eſt iſte ſomnus? Quid eſt
ſomnus iſte? Ne forte tardante ſponſo quoniam abūdat Mat. xxiiij.
iniquitas: refrigeſcet charitas multorum? Siccine intel-
lecturi ſumus iſtum ſomnum? Non mihi placet: dico qua-
re. Quia ſunt ibi prudentes. Et vtiqȝ quando dixit domi-
nus. Quoniam abundabit iniq̄tas refrigeſcet charitas
multorum/ ſubiecit ⁊ ait. Qui autem perſeuerauerit vſqȝ
in finem: hic ſaluus erit. Ubi vultis eſſe iſtas prudentes? Ibidem
Nonne in his que perſeuerauerunt vſqȝ in finem? Nō ob
aliud fratres: non ob aliud prorſus admitterentur intro:
niſi quia perſeuerauerunt vſqȝ in finem? Non ergo eis
obrepſit frigus charitatis: non in eis refriguit charitas:
ſed ferbuit vſqȝ in finem. Quia feruet vſqȝ in finem: ideo
ſponſi ianue patuerunt: ideo dictum eſt eis vt intrarent:
ſicut illi optimo ſeruo. Intra in gaudiū dñi tui. Quid er- Mat. xxv.
go eſt: dormitauerūt omnes? Eſt alius ſomnus: quem ne-
mo euadit. Non recordamini apoſtolum dicentē: De dor-
mientibus nolo vos ignorare fratres: id eſt/ de his q̄ mor- j. Theſ. iiij.
tui ſunt. Quare enim dormientes vocantur: niſi quia ſuo
die reſuſcitantur? Ergo dormiunt omnes. Putas quia
prudens eſt: ideo nō habet mori? Fatua ſit virgo/ prudēs
ſit virgo ſomnum mortis omnes patiuntur. Aliquando
autē dicūt ſibi homines. Ecce iam dies iudicij venit. Tā-
ta mala fiunt: tāte tribulationes crebreſcūt: ecce oia que
prophete dixerūt pene completa ſunt/ iam dies iudicij in-
ſtat. Qui hoc dicūt ⁊ fideliter dicūt: tanq̄ obuiam eunt Signa iudicij quomodo intelligenda.
ſponſo cogitatiōibus talibꝰ. Sed ecce bellū ſuper bellū:
tribulatio ſuper tribulationē/ terremotus ſuper terremo-
tum/ fames ſuper famē/ gens ſuper gētem/ ⁊ nōdū ſpon-
ſus venit. Cū ergo expectaẗ vt veniat: dormiunt omnes
illi qui dicūt/ ecce venit: ⁊ dies iudicij nos inuenit. Cū di-
cit dormit. Ergo obſeruet ad ſomnū ſuū: ⁊ pſeueret i cha-
ritate vſqȝ ad ſomnū ſuū: expectantem illū inueniat ſom-
nus. Putas eñ quia dormiunt? Nunquid qui dormit: nō
adijciet vt reſurgat? Dormierunt ergo omnes: et de illis
prudentibus/ et de illis fatuis dictum eſt/ dormierunt.
¶ Ecce media nocte clamor factus eſt. Quid eſt media Tex.
nocte? Quādo nō ſperaẗ: qñ nō crediẗ. Noctē poſuit pro
ignorantia: ne aliqs q̄ſi cōputat ſibi ⁊ dicat: ecce ab Adā
tot anni trāſierūt: ⁊ cōplenẗ ſex milia annorū: ⁊ continuo
quō q̄dā tractatores cōputauerūt: continuo veniet dies
iudicij. Et veniūt ⁊ tranſeunt cōputationes: et adhuc re-
moratur ſponſi aduētus: et dormiūt virgines que obuiā
ierant. Ecce non ſperaẗ dum dicitur ſex milia annorū ex-
pectabantur et tranſierunt: vnde ſcimus iam quando ve-
niet? Media nocte veniet. Quid eſt media nocte veniet?

Digitized by Google

Dum neſcitur veniet? Quare dum neſcitur veniet? Ipſuz
Act. i. dn̄m audi. Non eſt veſtruz noſſe tēpora: q̄ pater poſuit in
i. Theſ. v ſua poteſtate. Dies dn̄i apl's ait tanq̄ fur in nocte ita ve-
niet. Ergo vigila in nocte, ne furem patiaris. Nam ſom-
nus mortis, velis nolis veniet: ſed cū fact⁹ fuerit clamor
i. Co. xv. media nocte. Quis iſte clamor, niſi de quo apl's dicit. In
ictu oculi, in nouiſſima tuba. Canet eñ tuba: ⁊ mortui re-
ſurgent incorrupti: ⁊ nos immutabimur. Deniq; clamore
facto mediaq; nocte qua clamabit. Ecce ſponſus venit
quid ſequit? Surrexerūt oēs. Quid eſt ſurrexerunt oēs?
Veniet hora (dixit ipſe dn̄s) qn̄ omnes qui ſunt in monu-
Jo. v. mētis audiēt vocē ei⁹ ⁊ procedent. Ergo ad tubā nouiſſi-
Tex. mam ſurrexerunt omnes. ¶ Prudētes aūt ille tulerunt
oleum ſecū in vaſis ſuis, ſtulte vo ille nō tulerunt oleum
ſecū. Quid eſt non tulerūt oleū ſecū in vaſis ſuis? Quid
eſt in vaſis ſuis: id eſt in cordib⁹ ſuis. Vn̄ dicit apoſtolus.
ii. Cor. i. Gloria noſtra hec eſt teſtimoniū conſcientie noſtre. Ibi
oleum: magnū oleū: de dono dei hoc oleū eſt. Deniq; ho-
mines oleū mittere intro poſſunt, oliuaz creare non pn̄t.
Interior Ecce habeo oleū: de dei dono eſt. Habes oleū, porta tecū
aie pul- Quid eſt porta tecū? Intus habe, ibi deo place. Etenim
chritudo ecce iſte virgines ſtulte que nō portauerūt oleum ſecum,
abſtinētia ſua qua vgines appellant: et bonis operibus
ſuis qn̄ lampades ferre vident, hominib⁹ volūt placere:
et ſi hominibus volūt placere, et ideo oīa iſta laudabilia
faciūt, oleū ſecū non portāt. Tu ergo tecum porta, intus
porta: vbi de⁹ videt, ibi porta teſtimoniū conſcientie tue.
Qui ambulat ad teſtimoniū alienū, oleū nō portat ſecū:
ſi ideo abſtines ab illicitis ⁊ facis opa bona: vt ab hoīb⁹
lauderis, nō eſt intus oleū. Deniq; cū ceperint hoīes lau-
dare: non deficiēt lāpades. Intēdat itaq; charitas veſtra.
Anteq̄ dormirent ille virgines nō eſt dictū: q: extingue-
bantur lāpades illarū. Sapientiū lampades ardebāt de
oleo eterno, de conſcientie ſecuritate: de interiori gloria,
de intima charitate. Ardebāt tn̄ ⁊ illarū fatuarū. Quare
tunc ardebant? Quia non deerant laudes hominum.
Tex. ¶ Poſtea vo q̄ ſurrexerūt: id eſt i reſurrectiōe a mortuis
ceperūt aptare lāpades ſuas. i. preparare deo operū ſuo-
rum reddere rationē. Et q: tūc nemo eſt q̄ laudet: oīs ho-
mo cauſe ſue vacat, nemo eſt tūc qui nō de ſe cogitet. Nō
ergo erāt qui oleū venderēt. Ceperūt deficere lampades
Tex. ⁊ cōuerterūt ſe fatue ad quinq; prudētes. ¶ Date nobis
de oleo veſtro, q: lampades nr̄e extinguunt. At ille: Ne
forte inquiunt non ſufficiat nobis et vobis: ite potius ad
vēdentes ⁊ emite vobis. Nō cōſulentiū, ſed irridentium
eſt iſta reſpōſio. Quare irridentiū? Quia ſapiētes erant:
q: ſapientia erat in illis. Non eñ ſapiētes de ſuo erāt: ſed
illa in illis erat ſapientia, de qua ſcriptū eſt in quodam li-
bro, que dicit cōtemptorib⁹ ſuis, cū venerint ad mala q̄ il-
lis minata ſunt. Et ego veſtre perditioni ſuperridebo.
Prou. i. Quid mirū eſt: q: ſapiētes irrident fatuas? Quid eſt irri-
dere? Ite ad vendētes ⁊ emite vobis: q̄ non ſolebatis bn̄
viuere: niſi q: hos hoīes laudabant: q: vobis oleū vende-
Oleo bant. Quid eſt vobis oleū vēdebāt? Laudes vendebāt.
laus ſi- Qui vendūt laudes niſi adulatores? Quāto magis non
gnat. acquieſceretis adulatorib⁹: ⁊ intus oleum portaretis: et
ꝓpter bonā cōſcientiā oīa opa bona faceretis: tūc dicere-
tis. Emēdabit me iuſt⁹ in mīa ⁊ arguet me: oleū aūt pec-
catoris non impinguet caput meū. Meli⁹ inq̄t emendet
me iuſt⁹, arguet me iuſtus, corriget me iuſtus: colaphizet
me iuſt⁹: q̄ impinguet caput meū oleū peccatoris. Quid
eſt oleo peccatoris, niſi blādimenta adulatoris? Ite ḡ ad
vēdētes ⁊ emite vobis: hoc eñ facere cōſueuiſtis: nos au-
tē nō vobis dam⁹. Quare? Ne forte non ſufficiat nobis ⁊
vobis. Quid eſt nō ſufficiat? Nō deſperatiōe dictum eſt
ſed ſobria ⁊ pia humilitate. Quāuis eñ bon⁹ habeat bo-
nam cōſcientiā: vnde ſcit quēadmodū iudicet ille, q̄ nemi-
nem fallit? Habet bonā cōſcientiā: non illū titillant crimi-
na in corde concepta: ſed ꝓpter quotidiana quedam vite
humane peccata: licet cōſcientia bona ſit: tamē dicit deo
Dimitte nobis debita nr̄a: q: fecit qd̄ ſequitur: ſicut ⁊ nos Mat. vi
dimittimus debitorib⁹ noſtris. Fregit panē eſurienti ex
corde: veſtiuit nudum ex corde: de oleo interiori fecit ope-
ra bona: ⁊ tamen in illo iudicio trepidat ipa bona conſciē-
tia. Vide quid eſt date nobis de oleo? Audierunt. Ite po-
tius ad vendentes: q: laudibus humanis bene viuere cō-
ſueuiſtis vobiſcum oleum non portatis: nō autē damus,
ne forte non ſufficiat nobis et vobis. Vix enim de nobis
iudicamus: quanto minus poſſumus iudicare de vobis?
Quid eſt vix de nobis iudicamus? Quia cū rex iuſtus ſe-
derit in throno: quis gloriabitur caſtū ſe habere cor? For-
te tu non inuenies aliquid in conſcientia tua: ⁊ inueniet
ille qui melius videt: cuius acies diuina penetrat altiora
Videt forte aliquid: inuenit forte aliquid. Quanto me-
lius illi dicis: ne intres in iudiciū cū ſeruo tuo. Etiā quā-
to melius dicis. Dimitte nobis debita noſtra: quia ⁊ dicit Mat. vi
tibi propter illas faces, propter illas lampades: eſuriui ⁊ Mat.
dediſtis mihi manducare. Quid ergo? Et ille nō illud fe- xxv.
cerunt. Non fecerunt ante illū. Sed quomodo fecerunt? Mat. vi
Quomodo prohibet deus qui dixit? Cauete facere iuſti-
tiam veſtrā coram hominibus, vt videamini ab eis: alio-
quin non habebitis mercedem apud patrē veſtrum qui
in celis eſt. Et nolite ſimiles eſſe hypocritis quando ora-
tis: amant eñ ſtare in plateis ⁊ orare vt videantur ab ho-
minibus. Amen dico vobis q̄ perceperunt mercedē ſuā.
Emerunt oleū, preciū dederūt: emerūt, nō ſunt fraudati
laudibus humanis: queſierūt laudes hoīm, habuerunt.
Iſte laudes humane: in die iudicij nō eos adiuuant. Ille Mat. v
autē quō fecerūt? Luceāt opera vr̄a corā hoīb⁹: vt videāt
bona facta vr̄a: ⁊ glorificent patrē veſtrū qui in celis eſt.
Nō ait, vos: nō eñ de tuo habes oleū. Iacta te ⁊ dic. Ha-
beo. Sed nō habes. Quid eñ habes qd̄ nō accepiſti? Er- i. Co. iiii
go ille ſic fecerūt: ille ſic. Nō eſt autē mirādū, cū eunt eme-
re: cū querūt a quib⁹ laudent ⁊ nō inueniūt: cū querunt a
q̄bus adiuuent ⁊ nō erunt: cū q̄rūt a quib⁹ conſolent et
nō inueniūt: aperta eſt ianua, venit ſpōſus ⁊ ſponſa. Tūc
glorificata eſt cū chriſto eccl'ia: vt ſingula mēbra ad totuz Nuptie
ſe colligāt ⁊ intrauerūt cum eo ad nuptias ⁊ clauſum eſt agni fu-
oſtiū ⁊ ille fatue poſtea venerūt. Sz nūq̄d oleū emerunt: ture.
aut a q̄b⁹ emerēt inuenerūt? Ideo clauſas ianuas iuene-
runt pulſare ceperūt, ſed ſero. Dictū eſt, verū eſt: nō falla-
citer dictū eſt. Pulſate ⁊ aperiet vobis. Sz quō? Qn̄ tp̄s
eſt mīe: non qn̄ tp̄s eſt iudicij. Non eñ pn̄t confundi iſta
tp̄a: cū miam ⁊ iudiciū cantet dn̄o ſua eccl'ia. Tempus eſt
mīe age penitentiā. Tēpore iudicij illā habes agere: eris
in vginibus illis, cōtra q̄s clauſum eſt oſtiū. ¶ Dn̄e dn̄e Tex.
aperi nobis? Nunq̄d nō penitētiā egerūt, q̄ ſecū oleū nō
portauerunt. Et q̄d illis profuit ſera pnīa: qn̄ illas irride-
bat vera ſapiētia? Clauſū eſt ḡ oſtiū. Et q̄d illis dictū eſt?
¶ Non noui vos ait. Non illas nouit: q̄ oīa nouit? Quid Tex.
ergo eſt, nō noui vos? Improbo vos: reprobo vos: in arte
mea nō vos agnoſco: et ars mea vitia neſcit. Hoc eſt aūt
magnū: ⁊ neſcit vitia: ⁊ iudicat vitia. Neſcit faciēdo, iudi-
cat arguēdo. Sic ḡ non noui vos. Ierūt ergo: ⁊ intraue-
rūt quinq; prudētes. Et multi eſtis fratres mei in nomie
chriſti: ſint in vobis q̄nq; prudētes, ſz nolite quinq; hoīes
Sint in vobis quinq; prudētes, ad iſtā prudētiā quinarij
numeri pertinētes. Veniet eñ hora: ⁊ qn̄ neſcim⁹ veniet.
Media nocte veniet: vigilate. Sic clauſit euangelium.
¶ Vigilate: q: neſcitis diem neq; horā. Si ḡ dormituri ſu- Tex.
mus: quō vigilabim⁹? Corde vigila: fide vigila, ſpe vigi-
la, charitate vigila, operib⁹ vigila. Et qn̄ corpe dormieris
veniet tp̄s vt ſurgas. Cū aūt ſurrexeris, ꝑpara lāpades:
tūc nō extinguant, tunc interiori cōſciētie oleo vegetent.
Tunc te ſponſus ille in corporeis nexibus amplectatur:
tunc te introducet in domū vbi nūq̄ dormias, vbi nunq̄
tua lampas poſſit extingui. Hodie vo laboramus: ⁊ lam-
pades noſtre inter ventos ſeculi tentationeſq; fluctuant
ſed ardeat in robore flamma nr̄a: vt ventus tentationis
augeat ignē potius q̄ extinguat. Tu autem domine.

Digitized by Google

¶ De virginibus. Mat.XXV.

¶ In illo tempoꝛe: Dixit Jeſus diſcipulis ſuis parabolam hāc. Simile eſt regnum celoꝝ decē virginibus: que accipientes lampades ſuas: exie runt obuiam ſponſo ⁊ ſponſe. Et reliqua. Homi lia beati Gregoꝛij pape.

Epe vos fratres cha riſſimi admoneo/praua opera fugere: mūdi hu ius inquinamēta deuitare: ſed hodierna ſancti euāgelij lectione compellor dicere: vt ⁊ bona que agitis cum mala cautela timeatis: nec per hoc quod a vobis re ctum geritur/fauoꝛ ⁊ gratia humana reqratur: ne appe titus laudis ſurripiat: ⁊ quod foꝛis oſtendit/intus a mer cede vacuetur. Ecce enim redēptoꝛis voce decem virgi nes: ⁊ oēs dicuntur virgines ⁊ tamen intra beatitudinis ianuam non omnes ſunt recepte: quia earum quedā dū de virginitate ſua gloꝛiā foꝛis expetūt: in vaſis ſuis oleū habere noluerunt. Sed prius querēdum nobis eſt: quid ſit regnum celoꝛum/aut cur decem virginibus compare tur: que etiam virgines prudentes ⁊ fatue dicantur: dum enim celoꝛum regnum conſtet quia reproboꝛum nullus ingreditur: etiam fatuis virginibus cur ſimile eſſe perhi betur. Sed ſciendū nobis eſt: ꝙ ſepe in ſacro eloquio/re gnum celoꝛum preſentis tēpoꝛis eccleſia dicitur. De quo

Mat. xiij. alio in loco dominus dicit. Mittet filius hominis ange los ſuos: ⁊ colliget de regno eius oīa ſcandala. Neqꝫ enī in illo regno beatitudinis in quo pax ſumma eſt: inueniri ſcandala poterunt que colligantur. Et vnde rurſum dici

Mat.v. tur. Qui ergo ſoluerit vnū de mandatis iſtis minimis: ⁊ docuerit ſic homines minimus vocabit in regno celoꝝ. Qui autem fecerit ⁊ docuerit: hic magn⁹ vocabitur in re gno celoꝛum. Mandatū quippe ſoluit et docet: quando hoc quiſqꝫ voce predicat/qꝺ viuendo nō implet. Sed ad regnū eterne beatitudinis peruenire non valet/qui non

Allegoꝛica expoſitio. vult opere implere qꝺ docet. Quomodo ergo in eo mi nimus vocabitur: q̄ ad hoc nullo modo intrare permitti tur? Quid itaqꝫ per hanc ſententiaꝫ/niſi preſens eccleſia regnū celoꝝ dicitur. In qua doctoꝛ qui mandatū ſoluerit minimus vocatur: quia cuius vita deſpicitur/reſtat vt ei⁹ predicatio contēnatur. In quinqꝫ autem ſenſibus coꝛpo ris vnuſquiſqꝫ ſubſiſtit. Geminat⁹ autē quinarius dena rium perficit. Et quia ex vtroqꝫ ſexu fidelium multitudo colligitur/ſancta eccleſia decē virginibus ſimilis eſſe de nūtiatur. In qua quia mali cū bonis ⁊ reprobi cū electis commixti ſunt/recte ſimilis virginibus prudētibus et fa tuis eſſe perhibetur. Sunt nāqꝫ pleriqꝫ continentes: q̄ ab exterioꝛi ſe appetitu cuſtodiunt: ⁊ ſpe ad interioꝛa rapiū tur/carnem macerant: ⁊ toto deſiderio ad ſupernam pa triam anhelant: eterna premia expetunt/ꝓ laboꝛib⁹ ſuis recipere laudes humanas nolunt. Hi nimirum gloꝛiam ſuā non in oꝛe hominū ponunt/ſed intra conſcientiā con tegunt. Et ſunt pleriqꝫ: qui coꝛpus per abſtinentiam affli gunt/ſed de ipſa ſua abſtinentia humanos fauoꝛes expe tunt: doctrine inſeruiūt: indigētib⁹ multa largiunt. Sed fatue ꝓfecto ſunt ꝟgines: q̄ ſolā laudis trāſitoꝛie retribu

Tex. tionē querunt. Unde et aperte ſubdit. ¶ Quinqꝫ fatue acceptis lāpadibus/nō ſumpſerūt oleū ſecum: prudētes autē acceperūt oleū in vaſis ſuis cū lāpadib⁹. Per oleum quippe nitoꝛ gloꝛie deſignat. Vaſcula autem nr̄a ſunt coꝛ da/in quibus ferim⁹ cūcta q̄ cogitam⁹. Prudentes ergo oleum in vaſis habent: quia nitoꝛem gloꝛie intra cōſcien

j. Coꝛ. j. tiam retinēt/Paulo atteſtāte qui ait. Gloꝛia noſtra hec eſt teſtimoniū conſcientie nr̄e. Fatue aūt ꝟgines/oleum ſecum non ſumūt: quia gloꝛiā intra conſcientiā nō habēt dum hanc ab oꝛe proximoꝝ querūt. Notandū ꝟo ꝙ oēs lampades habēt/ſed oleū omnes non habent: quia ple rumqꝫ bona in ſe opera cum electis ⁊ reprobis oſtēdunt. Sed ſoli ad ſponſum cum oleo veniūt: qui de his q̄ foꝛis egerint/intus gloꝛiā requirunt. Unū per pſalmiſtā quoqꝫ de ſancta electoꝝ eccleſia dicit. Omnis gloꝛia ei⁹ filie re

gis ab intus. ¶ Moꝛam autē faciente ſponſo/doꝛmita uerūt omnes et doꝛmierūt: quia dū venire iudex ad extre mum iudiciū differt/electi et reprobi in moꝛtis ſomno ſo piuntur. Doꝛmire etenī moꝛi eſt: ante ſomnum ꝟo doꝛmi tare eſt ante moꝛtem a ſalute langueſcere: q̄ per pondus Tex.

egritudinis peruenitur ad ſomnū moꝛtis. ¶ Media au Tex.

tem nocte clamoꝛ fact⁹ eſt: ecce ſpōſus venit/exite obuiā ei. De aduentu ſponſi clamoꝛ in media nocte fit: quia ſic dies iudicij ſurripit/vt preuideri nō valeat qn̄ venit. Unī ſcriptum eſt. Dies dn̄i ſicut fur in nocte ita veniet. ¶ Tūc Tex.

oēs virgines ſurgunt: quia electi et reprobi a ſomno ſue moꝛtis excitantur. Lampades oꝛnant: quia ſua ſecū ope ra numerant/pꝛo quibus eternam recipere beatitudinē expectant. Sed lampades fatuarum virginū extinguū tur: quia earum opera que clara hominibus foꝛis appa Intellectus moꝛalis.

ruerant/in aduētu iudicis intus obſcurantur: ⁊ a deo re tributionem non inueniunt: q̄ pꝛo eis receperunt ab ho minibus laudes quas amauerūt. Quid eſt autem ꝙ tūc a prudentibus oleū petūt: niſi ꝙ in aduentu iudicis cum ſe intus vacuas inuenerint/⁊ teſtimonium foꝛis querūt? Ac ſi a ſua fiducia decepte proximis dicāt: quia nos quaſi ſine opere repelli conſpicitis/dicite de noſtris operib⁹ qꝺ vidiſtis. Sed prudentes virgines reſpondent dicentes.

¶ Ne foꝛte non ſufficiat nobis ⁊ vobis. In illo enim die Tex.

(quod tamen de quibuſdam in pace eccleſie quieſcenti bus loquoꝛ) ſibimetipſi teſtimonium vniuſcuiuſqꝫ vix ſuf ficit: quanto minus ſibi ⁊ proximo? Unde ⁊ protinus per increpationem ſubdunt. ¶ Ite potius ad vendentes: et Tex.

emite vobis. Uēditoꝛes q̄ppe olei adulatoꝛes ſunt. Qui enim accepta qualibet gratia/vanis ſuis laudibus nitoꝛ rem gloꝛie offerunt: quaſi oleum vendunt. De quo pꝛofe cto oleo pſalmiſta dicit. Oleum autem peccatoꝛis nō im pinguet caput meū. Principale etenī noſtrum caput eſt. Pſ. cxl.

Appellatione etenim capitis: ea que principatur coꝛpoꝛi mens vocat. Impinguat ergo caput oleū peccatoꝛis: cū demulcet mentē fauoꝛ adulātis. ¶ Sed dū irent emere/ Tex.

venit ſpōſus: q̄ cū vite ſue teſtimoniū a ꝓximis querunt/ iudex venit: q̄ non ſolū operum: ſed et coꝛdium teſtis eſt. ¶ Que aūt parate erāt/intrauerunt cū eo ad nuptias: ⁊ Tex.

clauſa eſt ianua. O ſi ſapere in coꝛdis palato poſſit: quid mirationis hꝫ qꝺ dr̄/venit ſponſus: q̄d dulcedinis/intraue rūt cū eo ad nuptias: q̄d amaritudinis/⁊ clauſa eſt ianua. Venit quippe ille: qui in aduētu ſuo elementa cōcutit: in cuius conſpectu celū ⁊ terra cōtremiſcit. Unī etiā per pꝛo phetā dicit. Adhuc ſemel ⁊ ego mouebo: nō ſolū terram: ſed etiā celū. Ad cui⁹ examen oē humanum genus dedu Agge. ij.

citur: cui ad vindictā maloꝝ/remunerationēqꝫ bonoꝝ/ angeli/archāgeli/throni/ꝑncipat⁹ ⁊ dn̄atiōes obſequūt. Penſate fratres chariſſimi ante cōſpectū tanti iudicis q̄ in illo die terroꝛ erit: qn̄ iam in pena remediū nō erit: que illa confuſio/cui reatu ſuo exigente: contingent in cōuen tu oīm angeloꝝ/hominūqꝫ erubeſcere: qui pauoꝛ eū quē ⁊ tranquillum mens humana capere nō valet etiam ira tum videre. Quem diem bene pꝛopheta intuēs ait. Dies Ultime diei pꝛenūtiatio

ire dies illa: dies tribulationis ⁊ anguſtie: dies calamita tis ⁊ miſerie: dies tenebraꝝ ⁊ caliginis: dies nebule et tur binis: dies tube et clangoꝛis. Penſate fratres chariſſimi extremi diem iudicij ſuper coꝛda reproboꝛum/qua aſpe ritate pꝛopheta vidit amareſcere: quem tot appellationi bus non valet explicare. Quanta vero tunc erit electoꝛū letitia: qui de eius merētur viſione gaudere/de cuius cō ſpectu vidēt elemēta omnia contremiſcere: cum eo ſimul ad nuptias intrare: qui ⁊ in ſponſi nuptijs gaudēt: ⁊ ta men ipſi ſunt ſponſe: quia in illo eterni regis thalamo/vi ſioni noſtre deus coniungitur: que ſcilicet viſio nunq̄ iam in perpetuum ab amoꝛis ſui amplexibus euellitur. Tunc regni ianua lugentib⁹ clauditur que modo quoti

Digitized by Google

die penitētibus aperiꝭ. Erit nāqꝫ tunc penitentia/ſed fru
ctuoſa iam nō erit: quia nequaqꝫ tunc veniā inuenit/qui
ij.Co.vj. modo aptū venie tēpus perdit. Hinc etenī Paulus dicit
Ecce nūc tempꝰ acceptabile: ecce nūc dies ſalutis. Hinc
Eſa.lv. ꝓpheta ait. Querite dn̄z dū inueniri poteſt: inuocate eū
dū ꝓpe eſt. Unde ⁊ eaſdē fatuas virgines inuocātes dn̄s
non audit: q: interclusa regni ianua: is q̄ prope eſſe pote/
Tex. rat/prope iam nō eſt. Nam ſubdiꝭ. ¶ Nouiſſime veniunt
et relique ꝟgines dicentes. Dn̄e dn̄e aperi nobis. At ille
reſpōdens ait. Amen dico vobis/neſcio vos. Ibi iā a dn̄o
nō pōt mereri qđ petit: qui hic noluit audire qđ iuſſit: q:
qui tēpus congrue penitētie perdidit/fruſtra ante regni
ianuam cū precibus venit. Hinc eſt eñ ꝙ per Salomonē
Prou.j. dn̄s dicit. Uocaui ⁊ renuiſtis: extendi manū meā/et non
fuit qui aſpiceret: deſpexiſtis oē cōſiliū meū: ⁊ increpatio
nes meas neglexiſtis: ego quoqꝫ in interitu veſtro ride/
bo: ⁊ ſubſannabo cū vobis id qđ timebatis aduenerit: cū
Vox dn̄i irruerit repentina calamitas/et interitus quaſi tempe/
ad impe ſtas ingruerit: qñ venerit ſuꝑ vos tribulatio et anguſtia:
nitentes tunc inuocabūt me ⁊ non exaudiā: mane conſurgēt/⁊ nō
inuenient me. Ecce aperi clamāt: et repulſionis ſue dolore
cōpulſe/appellationem dominātis ingeminat dicentes.
Tex. ¶ Dn̄e dn̄e aperi nobis. Preces offerunt/ſed neſciuntur
quia tunc velut incognitos deꝰ deſerit/quos modo ſuos
per vite meritū non agnoſcit. Ubi aperte quoqꝫ genera/
Tex. lis ad diſcipulos cohortatio ſubinferꝭ: cū dr̄. ¶ Uigilate
itaqꝫ: q: neſcitis diē neqꝫ horam. Quia poſt peccata deus
penitentiā ſuſcipit: ſi ſciret quiſqꝫ de pſenti ſeculo quo tē/
pore exiret/aliud tēpus voluptatibus/atqꝫ aliud penitē/
tie aptare potuiſſet. Sed q̄ penitēti veniā ſpopondit/pec
canti diem craſtinū non promiſit. Sempꝫ ergo extremum
diem debemus metuere/quez nūq̄ poſſumus preuidere.
Ecce huncipſum diē de quo loquimur/ad inducias con/
uerſionis accepimꝰ: ⁊ tamē mala que fecimꝰ flere recuſa
mus. Non ſolū commiſſa nō plangimus/ſed etiā que de/
fleātur augemus. At ſi nos aliqua egritudo corripiat/ſi
ſigna egritudinis vicinā mortē denūtient: inducias viuē
di querimus/vt peccata noſtra defleamus: et eas cū ma/
gno eſtu deſiderij petimus/q̄s acceptas modo ꝓ nihilo
habemus. Rem fratres refero: quē ſi intente vult audire
charitas veſtra/ex cōſideratione illiꝰ vehemēter inſtruiꝭ
Quidā vir nobilis in Ualeria ꝓuincia noīe Chryſauriꝰ
Exēplū. fuit: quem lingua ruſtica populus Chryſerium vocabat
vir valde idoneus: ſed tātū plenus vitijs quantū rebꝰ: ſu
perbia tumidus: carnis ſue voluptatibꝰ ſubditus: in acq̄/
rendis rebus auaritie facibꝰ accenſus. Sed cū tot malis
dn̄s finem ponere decreuiſſet: ſicuti a religioſo quodam
(qui nūc ſupereſt) propinquo illius didici: corporis lan/
guore percuſſus eſt. Qui ad extremū veniens/ea hora q̄
iam de corpore erat exiturꝰ: apertis oculis vidit tetros et
nigerrimos ſpūs corā ſe aſſiſtere: ⁊ vehemēter imminere
vt ad inferni clauſtra ſe raperēt. Cepit tremere/palleſce/ Exēplū inducit.
re/ſudare/⁊ magnis vocibꝰ inducias petere: filiūqꝫ ſuū
nomine Maximū: quē ipſe iam monachꝰ monachū vidit
nimijs et turbatis clamoribus vocare dicens. Maxime
curre/nunq̄ tibi aliquid mali feci/in fide tua me ſuſcipe.
Turbatus mox Maximꝰ/affuit lugēs: ⁊ perſtrepens fa/
milia cōuenit. Eos aūt quos ille inſiſtēs ſibi grauiter to
lerabat: ipſi malignos ſpūs videre non poterāt: ſed eorū
preſentiā in cōfuſione ⁊ pallore ac tremore illius qui tra/
hebatur videbāt. Pauore autē tetre eorꝫ imaginis/huc il
lucqꝫ vertebatur. In lectulo iacebat in ſiniſtro latere/aſpe
ctum eorꝫ ferre non poterat: vertebatur ad parietem/ibi
aderant. Cūqꝫ conſtrictus nimis relaxari ſe iam poſſe de
ſperaret/cepit magnis vocibꝰ clamare dicens. Inducias
vel vſqꝫ mane: inducias vel vſqꝫ mane. Sed cum hec cla/
maret/in ipſis ſuis vocibꝰ/de habitaculo ſue carnis euul
ſus eſt. De quo nimirū conſtat: q: pro nobis iſta/non ꝓ ſe
viderit: vt eiꝰ viſio nobis ꝓficiat: quos adhuc diuina pa/
tiētia lōganimiter expectat. Nā ille tetros ſpūs ante mor
tem vidiſſe/⁊ inducias petiſſe quid profuit: qui eaſdē in/
ducias quas petijt/nō accepit. Nos ḡ fratres chariſſimi
nos ſollicite iſta cogitemꝰ: ne nobis inuacuum tempora
pereant/⁊ tunc queramꝰ ad bene agendū viuere: cū iam
cōpellimur de corꝑe exire. Memētote quid veritas dicat
Orate/ne fiat fuga veſtra hyeme vel ſabbato. Per legis Mat. xxiiij.
quippe mādatū/ambulare longius in ſabbato non licet.
Hyems qꝫ ad ambulandū impedimentum eſt: q: greſſus
ambulantium/torpor frigoris aſtringit. Ait ergo. Orate
ne fiat fuga veſtra hyeme vel ſabbato. Ac ſi dicat. Uide/
te ne tunc queratis peccata veſtra fugere qñ iam non li/
cet ambulare. Illud ergo tēpus quo fugere nō licet/nūc
debet cogitari dum licet. Illa hora eſt exitus nr̄i ſemper
intuenda: iſta redemptoris admonitio ante mentis ocu/
los ſemper ponenda qui ait. Uigilate itaqꝫ: quia neſcitis
diem neqꝫ horam. Tu autem domine.

¶ Explicit opus inſigne homiliarū atqꝫ ſermonū: quibus chriſtianus ritus
per cyclum anni vtitur pro ſacra concione. Congeſtum quidem pijs
votis Caroli magni Imperatoris ſemper Auguſti. Ardenti
ſtudio Alchuini doctoris ac Secretarij imperialis.
Nunc vero vigili opera recognitū ⁊ illuſtratū.
Impreſſum Lugduni per honoratum
virū Joannem Clein Alemannū
Librarium prime note atqꝫ
Calchographum. Anno
ab incarnatione dn̄i/
ca. M.ccccc.xx.
ix.cal. Julij.

¶ Regeſtum huius partis.
A.B.C.D.E.F.G.H.J.K.L.
Omnes ſunt terni preter. K. qui eſt duernus.

Digitized by Google

Index homiliarum et ſermonū de ſanctis.

¶ Homiliarum et ſermonum tam de ſanctis: q̄ alijs feſtis diebus ſm ordinem alphabeti collecta adnotatio.

A

Andree vigilia. fo.ij.
Andree feſto homilia. fo.iij.
Andree feſto ſermo. fo.iij.
Andree octaua. fo.iij.
Agnetis ſermo. fo.iiij.
Aduentus ſermo. fo.vij.
Animarum die ſermo. fo.xlij.
Annuntiationis Marie. fo.vij.
Apoſtolorum vigilia. fo.xliiij.
De apoſtolis ſermo. fo.xlv.
De apoſtolis homilia. fo.xlv.
Aſſumptionis Marie vigilia. fo.xxvij.
Aſſumptionis Marie ſermo. fo.xxvij.⁊.xxviij.
Aſſumptionis Marie feſto homilia. fo.xxix.⁊.xxx.

B

Bartholomei feſto. fo.xxx.

C

Commune ſanctorum. fo.xliiij.
De confeſſoribus ſermo. fo.lv.⁊.lvi.
De confeſſoribus homilie. fo.lvi.⁊.lvij.
Crucis inuentione homilia. Erat homo. fo.x.⁊.xi.
Crucis inuentione/alia homilia. fo.xij.

D

Decollatione Joannis. fo.xxxi.

F

Felicitatis homilia. fo.xxij.

J

Jacobi apoſtoli. fo.xxiiij.
Joannis baptiſte vigilia. fo.xiij.
Joannis baptiſte feſto ſermo. fo.xv.
Joannis baptiſte homilia. fo.xv.⁊.xvi.
Joannis decollatione. fo.xxxi.
Joannis apoſtoli ⁊ euangeliſte: quere in homilijs de tēpore. fo.xx.
Innocentū/querere in homilia de tempore. fo.xxij.

L

Laurentij ſermo. fo.xxvi.
Laurentij homilia. fo.xxvi ⁊.xxvij.
Luce ſermo. fo.xxxvij.
Luce homilia. fo.xxxviij.

M

Magdalene ſermo. fo.xxij.
Magdalene homilia. fo.xxiij.
Marie annūtiatione ſermo. fo.vij.
Marie annūtiatione homilia. fo.viij.
Marie natiuitate. fo.xxxiij.
Marie purificatione. fo.v.
Marie aſſumptione. fo.xxvij.⁊.xxviij.
Marie commemoratione: quere in homilijs de tēpore. folio liij.
De vno martyre ſermo. fo.xlviij.
De vno martyre homilia. fo.eodem.
De vno martyre homilia ſuper euangelio. Niſi granum frumenti. fo.xxvi.⁊.xxvij.
De pluribus martyribus ſermo. fo.li.
De pluribus martyribus homilia. fo.lij.
Matthei apoſtoli. fo.xxxiiij.
Michaelis dedicatio et miracula. fo.xxxv.
Michaelis homilie. fo.xxxv.⁊.xxxvi.

N

Natiuitatis Marie. fo.viij.⁊.xxxiij.
Natiuitatis Joannis baptiſte. fo.xv.

O

Omnium ſanctorum ſermo. fo.xl.
Omnium ſanctorum homilia. fo.xli.
Omnium animarū ſermo. fo.xlij.

P

Paſcali pape homilia de ſanctis. fo.xiij.
Pauli conuerſione ſermo. fo.iiij.
Pauli cōmemoratione. fo.xix.
Pauli feſto homilia. fo.xix.
Petri ⁊ Pauli vigilia. fo.xvi.
Petri feſto. fo.xvij.
Petri ⁊ Pauli ſermo. fo.xviij ⁊.xx.
Petri et Pauli octaua. fo.xxi.
Petri vinculis ſermo. fo.xxv.
Petri cathedre inſtitutio. fo.vi.
Petri cathedra homilia. fo.eodem.
Philippi ⁊ Jacobi. fo.ix.
Purificationis Marie ſermo. fo.v.
Purificationis Marie homilia. fo.v.

S

Sanctorum omnium feſto. fo.xl.
Stephani protomartyris/querere in homilijs de tempore: folio. xvij.

T

Thome feſto/querere in homilijs de tempore. fo.xlix.

V

De virginibus. folio.lxi.

¶ Finis.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google